This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

VI. A.

Digitized by Google

FRIDERICI GVILIELMI
BIERLINGII

COMMENTATIO
DE
PYRRHONISMO HISTORICO.

ACCESSIT
PROPTER ADFINITATEM
ARGVMENTI
DE
IVDICIO HISTORICO
DISSERTATIO.

A. v. W.

LIPSIAE,
Sumpt. NICOLAI FOERSTERI et FILII,
BIBLIOP. AUL. HANOVERANI.
M DCC XXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

QVum labente ſaeculo decimo quinto, poſt inventam artem typographicam, renaſcerentur litterae, in ſtudium etiam hiſtoricum, antea neglectum, incumbebant viri docti. Hiſtoria prodeſt, ornat, delectat, atque vtili dulce tanta

Digitized by Google

ſuauitate miſcet, vt mirum non ſit, plures eam inueniſſe ſui cultores et admiratores. Neque tamen ea ſtatim enituit facie, quali hodie conſpicitur. (a) Sufficiebat initio in ordinem redigere, quae per veteris et medii aeui monumenta diſperſa erant; acceſſit deinde tractatio hiſtoriae pragmatica et politica; tandem ſtudium

(a) Fata ſtudii hiſtorici prolixe et docte exponit IAC. FRID. REIMMANNVS *hiſtor. litterar. vol. V. p. 292. ſeqq.*

Digitized by Google

um criticum ſuppetias tulit, vt hodie non amplius ſpectetur, quis dicat, ſed quid dicatur, quibuſue corroborentur dicta teſtimoniis. Ita hiſtoria euaſit pragmatico-critica, nec piaculo ſibi duxerunt perſpicaciores, in veritatem narrationum a maioribus acceptarum inquirere, atque inter fabulas, vel ſaltem res dubias referre, quae olim conſtantiſſime fuerant credita.

Hinc ſenſim per orbem

Digitized by Google

eruditum vires eundo acquisiuit *pyrrhonismus historicus*. Duodeuicesimus labitur annus, quando excitatus desiderio Viri amplissimi et praenobilissimi GERARDI PATIE, tunc ciuis nostri perpoliti, et elegantiorum litterarum cupidissimi, hodie sanctioris aerarii, quod Hanouerae est, librarii, dissertationem academicam de hoc argumento conscriberem, quam ille, vt moris est, respondendo publice defen-

Digitized by Google

defendit. Eam noua omnino forma indutam in lucem aliquando rursus prodituram, isto quidem tempore minime cogitavi; at enimuero diuersae fuerunt posteriores cogitationes a prioribus: num meliores fuerint, id omne tuo iudicio tuaeque beneuolentiae permitto, humanissime lector.

Dissertationem de iudicio historico ante vnum supra viginti annos me praeside habuit am-

Digitized by Google

pliſſimus et iuriſconſultiſſimus Vir IOANNES REINHARD. ERNST, auditor olim meus, nunc curiae noſtrae prouincialis ſacrique Synedrii Senator ſpectatiſſimus, et in eo, quem vltimum nominaui, conſeſſu Collega. Pauca hic addidi, vel mutaui.

Equidem haud me fugit, non deeſſe, quibus diſplicet, quam adhibui, methodus, proprios nimirum labores annotationibus locupletandi. Sed

Digitized by Google

Sed quemadmodum methodus eſt arbitraria; ita haec multum iuuat ad res ordinate et diſtincte proponendas, magnorumque Virorum, THOMASII, PFAFFII, BVDDEI, GVNDLINGII, MENCKENII, FABRICII, WOLFII, HEVMANNI, aliorumque exemplis facile ſe tuetur.

Poteras ita dimitti, longiore praefatione haud detinendus, amice lector. Sed concedes exiguum ſpicilegium, nec

Digitized by Google

aegre feres, addi non nulla, quae post transmissum iam, vt prelo subiiceretur, manuscriptum obseruaui.

Cap. I. Sect. XVI. agitur de Ioanna Papissa, nulloque negotio patet, me eorum partes sequi, qui feminam Romae pontificem fuisse, valde dubitant. Misit deinde ad me Academiae Iuliae Professor celeberrimus, POLYCARP. LEYSERVS, amicitiae et sanguinis necessitudine mihi coniunctis-

Digitized by Google

ctiſſimus, Prodromum nouae ad Ioannae Papiſſae vulgo dictae exiſtentiam probandam demonſtrationis, ſuperiori anno editum. Expecto luculentiores de argumento difficili et curioſo commentarios, quos pollicetur Vir πολυμαθέστατος, qui aeque humanus atque doctus facile largietur, vt interea, dum illi prodeant, in ea, quam probabilem adhuc iudico, hypotheſi tantiſper acquieſcam.

Cap.

Digitized by Google

Cap. I. Sect. XVIII. lit. a. Wallenſteinium Academiae Altorfinae ciuem fuiſſe, Wagenſeilio praeeunte, monui, qui et docet, falſam eſſe vulgarem famam, poena carceris, quod antrum caninum dicitur, in eum fuiſſe animaduerſum. Egregie narrata Wagenſeilii ſupplet IO. FABRICIVS, (b) cuius verba addo: *Interim quod variis actionibus implicitus* (Wallenſtei-

(b) Vid. Summe reuer. Viri *amoenit. theol. p. 690. 691.*

Digitized by Google

ſteinius) *ipſi etiam homicidio, a Io. Hartmut de Steinau in Wolfgango Fuchſio, ciuis Altorfini filio, commiſſo, adfuiſſet, quod tamen modis omnibus debuiſſet impedire, et aggreſſorem a facinore iſto dehortari, iuſſu illuſtris SENATVS Norimbergenſis arreſto conſtrictus fuit, et conſilium accepit abeundi. Et quamuis mox arreſtum aliquatenus relaxaretur, ſententia tamen de abitu ſuadendo non mutata,*

Digitized by Google

tata, ſed potius confirmata fuit.

Cap. II. Sect. III. lit. y. pyrrhonice inquiritur in cauſſam odii, quo proſecutus eſt Richelius Thuanum, hiſtorici filium, vltimo eius inſtinctu ſupplicio necatum. Vidi deinde, Patini coniecturam calculo ſuo approbare illuſtrem MENCKENIVM. (c)

Quae *Cap. II. Sect. X. litter. l.* de Bohuslao Haſſenſteinio attuli, olim a me excerpta, pleraque, fateor, iam habet doctiſſimus IO. CHRISTOPH. COLERVS in commentatione de vita Haſſenſteinii, cuius deinde, quum

(c) In *annot.* ad LANGLETI FRENOII *manud. ad hiſt. cap. XVIII. p. 323. edit. germ. 1718. 8.*

Digitized by Google

quum iſta ſcripſiſſem, copia mihi facta eſt. Nolui tamen, labore ſemel exantlato, et digeſtis in ordinem collectaneis meis, quidquam mutare.

Num errata typographica irrepſerint opuſculo, ignoro, qui nihil eius typis expreſſum adhuc vidi. Non tamen fore exſtantiora, aut ſenſum dubium reddentia, perſuaſus ſum. Pollicitus eſt enim omnem accurationem, qui ſumtus tulit, Vir de augenda re libraria et bibliothecaria praeclare meritus. Vale, mi lector, et Deo propitio res tuas feliciter perage. Scribebam die V. Aprilis cIↃ IↃcc XXIV.

Nun-

Digitized by Google

NVnquam qui dubitat, ſimplex cenſetur et excors :
Qui dubitat ſemper, non magis ille ſapit.
Scepticus haud ſophus eſt, ſed plenus fraude Sophiſta,
Se dubitare aiens, quae dubitare nequit.
Non dubites nunquam, tibi ſi ſapientia cordi eſt:
Nec ſemper dubites. Error vterque grauis.
Qui ſpernit ridetque omnes aeque rationes,
Nil quicquam credens, is ratione caret.
Non minus, error cui ſtat pro ratione vetuſtus,
Deſipit, et nunquam cui dubitare placet.
Ergo ars ſit, dices, dubitandi certa neceſſe eſt,
Eſt ſane. En, illam te docet iſte liber.
Iſte liber, cuius *Doctor BIERLINGIVS* auctor,
Theologus praeſtans, Philoſophûmque decus,
Hiſtoricusque ſcholae Rintlenſis, id eſt, Polyhiſtor,
Rhetor et ingenio magnus & arte potens.
Diſce ab eo *dubitare*, ab eo quoque *credere* diſce,
Qui legis hiſtorias, qui cupis eſſe ſophus.

Eruditiſſimo huic Summe Reuerendi Auctoris libro praeſcribebat

CHRISTOPH. AVG. HEVMANNVS.

Digitized by Google

CAPVT I.

QVID PER PYRRHONISMVM HIC INTELLIGATVR ET QVATENVS CIRCA FIDEM HISTORICAM LOCVM ILLE HABEAT.

ΣΤΝΟΨΙΣ.

Pyrrhoniſmi vocabulum a labe ſua purgari poteſt, I.

Quid per pyrrhoniſmum hiſtoricum hic intelligatur? II.

Pyrrho num inſipiens fuerit? III.

Num ſceleratus? IV.

Quid permouerit Scepticos ad ſingularem philoſophandi modum? V.

Num detur medium ad conuincendos Scepticos? VI.

De fide hiſtorica, & num in hiſtoria detur aliquid certi? VII.

Tres conſtituuntur claſſes rerum hiſtoricarum, atque de earum prima diſſeritur, quæ exhibet res certas, VIII.

Digitized by Google

ANT. DE GVEVARA *& aliorum ſingulares opinationes*, IX.
Audax IO. HARDVINI *ſententia*, X.
Secunda claſſis rerum hiſtoricarum ſiſtit res probabiles, XI.
Exempla huc pertinentia. Carolus V. cur imperio ſe abdicaverit? XII.
Quae rationes mouerint Chriſtinam? XIII.
De diuortio inter Henricum VIII. & Catharinam Arragoniam, XIV.
Tertia claſſis rerum hiſtoricarum ad ἐποχὴν ducit, XV.
Exempla quaedam. De Ioanna Papiſſa, XVI.
De Maria Scotica. XVII.
De vltimis Wallenſteinii conſiliis, XVIII.
Vlterius oſtenditur, circumſtantias peculiares & cauſſas rerum geſtarum ſaepenumero latere, aut dubias eſſe. Exempla quaedam, XIX.
Rationes huius rei adferuntur, XX.

I.

Pyrrhoniſmi vocabulum a labe ſua purgari poteſt.

NOn ignoro, vulgo odioſum eſſe pyrrhoniſmi nomen, quo ſcilicet vix intellecto multi neſcio quae errorum monſtra ſuſpicantur. Hinc, ne quemquam inſcriptio huius commentationis in ipſo ſtatim limine offendat, mentem meam diſtinctius exponere conſultum duco. Probe igitur notandum exiſtimo, pyrrhoniſmi vocabulum

bulum ita esse comparatum, vt a labe perpetuae & vniuersalis dubitationis, quam Pyrrhonis discipuli eidem adsperserunt, purgari facili negotio possit. Non approbo pyrrhonismum siue scepticismum in genere consideratum, (a) probe gnarus, minime consul-

(a) Dogmaticae, academicae, & scepticae philosophiae differentiam perspicue & egregie explicat SEXTVS EMPIRICVS *pyrrhon. hypotyp. lib. 1. cap. 1.* cuius verba secundum interpretationem latinam haec sunt: *Quicumque rem aliquam quaerunt, eos huc tandem deuenire consentaneum est, vt aut eam inueniant, aut a se inueniri posse negent, comprehendique non posse fateantur, vel in eius inuestigatione perseuerent. Quamobrem fortasse in iis etiam, quae circa philosophiam quaeruntur, alii quidem verum se inuenisse dixerunt, alii vero id esse eiusmodi, quod comprehendi non posset, pronunciarunt, alii vero quaerere pergunt. Inuenisse sibi videntur ii, qui peculiari nomine Dogmatici appellantur, vt Aristoteles, Epicurus, & Stoici, & alii quidam. Negarunt autem comprehendi posse Clitomachus, Carneades & ceteri Academici. At Sceptici etiamnum quaerunt. Vnde merito tres esse generalissimae philosophandi rationes existimantur, Dogmatica, Academica, Sceptica.* Addo, quae ad locum allatum annotauit

sultum esse, in extrema ruere, vitare scyllam, & in charybdin incidere, a nimia definiendi fidentia ad artem nihil siue credendi siue statuendi, quod multis accidit, delabi. (b) Non laudo,

πολυμαθέστατος IO. ALB. FABRICIVS: *in hoc a dogmaticis pariter & academicis sceptici differebant, quod dogmatici scire se haud dubie complura, certoque cognoscere ac percipere arbitrarentur: academici contra non minus obstinato negarent quidquam sciri aut comprehendi posse, adeoque hoc ipso erant quoddam veluti contrarium genus dogmaticorum. At sceptici vt de omnibus, ita etiam de hoc ipso dubitare se profitebantur, an nihil scirent vel possent scire: nondum quidem sibi videri comprehendisse vera, sed fieri tamen posse fortassis, vt ea comprehenderent, disputantes. Infra cap. 33.* (sect. 226) ὁ δὲ Σκεπτικὸς ἐνδέχεσθαι καὶ καταληφθῆναί τινα προσδοκᾷ, Scepticus nori desperat, fieri posse, vt aliquid comprehendatur. *Hinc dicti* ζητητικοὶ, *Gellio XI. 5.* quaesitores.

(b) Egregie SAM. WERENFELSIVS: *non vident*, (loquitur de illis, qui se supra vulgus sapere putant, amantque vocari *esprits forts*, homines magno mentis robore praediti) *se hoc ipso, quo se a vulgo distinguere volunt, vulgo fieri simillimos. Vulgus, cum multa vera sibi narrari videt, credit vera esse*

do, quando animus, inter pyrrhonismum & dogmatismum, liceat ita loqui, fluctuat, (c) cuiusmodi conditio accedit ad conditionem hominis in oceano natantis, nullumque, quorsum se recipiat, portum conspicientis. Non vero laudare non possum dubitationem rationis & sapientiae legibus

esse omnia. Hi sapientes, cum multa falsa narrari audiant, credunt omnia esse falsa. Sed vtriusque vitii eadem est caussa: in eo enim conueniunt, quod verum a falso discernere nequeunt. Si sapientes essent, relictis illis triuialibus, examinarent factorum, de quibus agimus, (miraculorum scripturae) *veritatem, eo modo, quo examinare decet: in hoc impendissent ingenii acumen, quod sibi tribuunt. Hoc si non fecerunt, agnoscant, se judicare non posse de re, quam examinare aut propter stupiditatem non potuerunt, aut propter socordiam noluerunt.* Vide *opusc. theol. philos. & philol. p. 88.*

(c) *Petrus Baelius* ita aliquando *Io. la Placette*, qui scepticismum ipsi obiecerat, periculumque inde imminens ostenderat, respondit: *J'en sai trop pour être Pyrrhonien, & j'en sai trop peu pour être Dogmatique.* Vide celeberrimi CHRISTOPH. MATTHAEI PFAFFII *diss. Anti-Bael. I. p. 6.*

Digitized by Google

gibus conſentaneam, illisque circumſcriptam. Viri eruditi & ſapientes rationum momenta vtrimque examinant: factorum teſtimonia ponderant: perſpecta veritate pronunciant: re dubia ad ἐποχὴν ſe recipiunt, neque dedecori ſibi ducunt dicere: *non liquet*. Et ſic accedunt ad pyrrhoniſmum, non vero ſunt Pyrrhonici. Nerui & artus ſapientiae ſunt, prudenter dubitare: (d) nerui & artus inſipientiae, vel temere aliquid adfirmare aut negare, vel nihil prorſus definire, quamquam euidentes adſint definiendi rationes.

II. Fa-

(d) Solide diſtinguit illuſtris THOMASIVS *in praxi logices cap. 1. §. 29 - 86.* inter dubium dogmaticum & ſcepticum, vtilitatem dubitationis oſtendit, eiusque limites accurate conſtituit. Sceptici quondam vocabantur quaeſitores: neque ſe inuenire poſſe aliquid veri omnino deſperabant, interea tamen non inueniebant. Verus philoſophus quaerit, vt inueniat: quae inuenit, profert: quae inuenire nequit, de illis pronunciare non audet. Prudenter igitur dubitare nihil aliud eſt, quam veritatem ſolicite inueſtigare, errores inueteratos profligare.

Digitized by Google

II.

Facile ex dictis colligi potest, quid per pyrrhonismum historicum intelligam. Non in omni suo ambitu accipio hanc vocem: Pyrrhonis & sectatorum eius hypothesin in nulla eruditionis parte, ne quidem in historia, maximis alioqui dubiis exposita, in vniuersum admitti posse, sentio: *pyrrhonismum* vero *temperatum* in hominum opinionibus, dictis, factisque examinandis, in rebus, quae ratione vel humano testimonio nituntur, insignem habere vsum, absque haesitantia adfirmo. Quaeris: in quo consistat ille *pyrrhonismus temperatus?* Tres tibi commendo regulas: *inquire sedulo; iudica circumspecte; rebus ita exigentibus iudicium cohibe, altumque sapere noli.* Haec vltima regula ad ἐποχὴν, ad *adsensionis retentionem* (e) ducit, ad iudicii moderatio-

Quid per pyrrhonismum historicum hic intelligatur?

(e) Ita vocabulum ἐποχῆς reddidit CICERO *quaest. acad. lib. IV. cap. 18. p. 1071. b. edit. Gronou.* quae prodiit *Lugd. Bat. 1692. 4.* Voces Scepticis vsitatos recenset SEXTVS EMPIRICVS *pyrrhon. instit. lib. I. c. 19 - 27.* Sunt illae: οὐ μᾶλλον, *non magis hoc, quam illud;* τάχα, ἔξεσι, ἐνδέχεται, *fortasse, licet, fieri potest;* ἐπέχω, *adsensum cohibeo;*

tionem, perquam neceſſariam in omni propemodum, quae in homines cadere poteſt, cognitione. (f) Quando-qui-

οὐδὲν ὁρίζω, *nihil definio*; πάντα ἐστὶν ἀόριστα, *omnia ita ſunt comparata, vt definiri nequeant*; πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα, *omnia ſunt incomprehenſibilia*; ἀκαταλήπτῳ, οὐ καταλαμβάνω, *non concipio, non comprehendo*; παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, *omni rationi ratio paris momenti opponitur*. Vocare etiam ſolebant philoſophiam ſuam ἐφεκτικὴν ἀγωγὴν, *ephecticam diſciplinam*, vid. EMPIR. *loc. cit. cap. 28. in fin. Guil. Budaeus* cunctatores & haeſitatores dici poſſe exiſtimat, vt habet HENR. STEPHANVS *in theſ. lingu. graec. voc.* ἐφεκτικὸς *tom. 1. col. 1343.* Cunctando, ſi modus ſeruetur, interdum felicius res reſtituitur, quam feſtinando: certe nulli excitantur motus, ſed moti fluctus potius componuntur. Philoſophia ἐριστικὴ, *contentioſa* non decet virum ſapientem. Vide STEPHANI *notam I. ad Empir. pyrrh. hyp. p. 200. b. 201. a. edit. Fabric.*

(f) Neceſſitatem ἐποχῆς theologicae, abſit vt pyrrhoniſmum hic commendem, cane peius atque angue fugiendum, ſuadent verba Pauli: ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν, *1. Cor. XIII, 9.* ſuadet τὸ βλέπομεν, ad quod vltimo ſibi deueniendum eſſe idem Apoſtolus cum admiratione agnoſcit

quidem vero nemo infitias ibit, in historia, quae testimonio humano nititur, de historia enim sacra oraculorum diuinorum sermonem haud esse, aequi rerum aestimatores facile intelligunt, pauca satis certa, quaedam valde controuersa, & vlteriori inuestigationi exposita, plurima propter vetustatem,

scit *Rom. XI, 33.* Prorsus egregii sunt versus, qui *Iosepho Scaligero* tribuuntur:

Ne curiosus quaere causas omnium,
Quaecumque libris vis Prophetarum indidit
Adflata coelo, plena veraci Deo:
Nec operta sacri supparo silentii
Irrumpere aude, sed pudenter praeteri.
Nescire velle, quae Magister optimus
Docere non vult, erudita insciti a est.

Confer omnino PFAFFIVM *de praeiud. theol. diff. I. §. 17. & diff. II. §. 4.* Philosophicam ἐποχὴν nemo adpernabitur, nisi *illuminatissimi, irrefragabilis, vniuersalis doctoris* elogia more Scholasticorum ambiat, vel de se iactari gestat:

Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne.

Talibus vero in politissimi MENCKENII declamationibus de *charlataneria* non infimum locum adsignandum esse, ecquis non videt? Vir sapiens contentus est eruditione parabili. Magna sapientiae pars est, nescire quaedam.

Digitized by Google

inopiam monumentorum fide dignorum, latentes & arcanas circumstantias, aliasque rationes admodum obscura esse; licebit, credo, mihi de pyrrhonismo historico non nulla in medium adferre. Forsitan haec tractatio inscribi potuisset: *historia incerta; cautiones in legendis historicis observandae; suspiciones historicae; diffidentia in lectione historiarum laudabilis & necessaria;* verum in animum inducere non poteram, vt titulum iam ante sedecim annos ita formatum immutarem, nihil in verbis praeter necessitatem novandum esse existimans. (g)

III.

(g) Si quispiam obiiceret; differre ἐποχὴν a me descriptam, & pyrrhonismum; responderem: Pyrrhoniis, & veris philosophis τὸ ἐπέχειν commune est. Hoc tamen intercedit discrimen: illorum ἐποχὴ generalis erat, perpetuumque dicterium: οὐδὲν ὁρίζομεν, quod vbi semper adhibetur, ferri nequit; horum particularis est, neque nisi ratione & necessitate vrgente ad eam confugiunt. Pyrrhonismus igitur moderatus, ad quem respicio, & sapiens ἐποχὴ, rem si species, coincidunt. Si quis vlterius insisteret: non licere tali sensu usurpare vocabulum pyrrhonismi; illi volupe esset, in logomachiarum campum exspatiari, litemque

Digitized by Google

III.

Hominem insipientem atque scelera- *Pyrrhonum in sipiens fuerit?*
tum fuisse *Pyrrhonem*, iam olim non nulli crediderunt, vel saltem, vt alii crederent, variis de eo fabulis in vulgus sparsis, efficere conati sunt maligni irrisores atque obtrectatores. Habuerunt nempe antiqui etiam philosophi suos aemulos & aduersarios, qui, prout fieri solet inter homines suae sectae, suis opinationibus fastidiose

que de vocabulis mouere. Talibus quam optime respondetur silendo. Otii & voluptatis vocabula suspecta sunt: datur tamen otium honestum, honesta voluptas. Datur & sapiens stultitia, & insipiens sapientia, quod ostendit ERASMVS in *encomio moriae*. Ita datur & pyrrhonismus, vel, si mauis, ἐποχὴ rationalis. De omnibus dubitare insanientis sapientiae est, vt scepticismum eo sensu acceptum THOMASIVS in *cautel. circa praecogn. iurispr. cap. VI. §. 45.* recte appellauit; vitiosae simplicitatis, aut credulitatis, omnia admittere citra examen, quod absque dubitatione institui nequit. Medium tenuere beati. Expurgare conatus est pyrrhonismum & intra terminos cogere FRANC. MOTHAEVS VAYERIVS, de quo lege THOMASII Gedancken über allerhand Bücher *1689. p. 670. seqq.* & BAELII *diction. sub voce* Vayer.

Digitized by Google

se addictos, multa de iis dixerunt & scripserunt, non vera, sed conficta, vt de fama & auctoritate aemulorum detraherent. Quemadmodum igitur Stoici de Epicuro pessima quaeuis, sed commentitia, crimina excogitarunt, a non paucis (gg) confutati; sic &

(gg) Vide quae dixi in *lineam. meth. stud. cap. V. §. 24.* Accurate iudicat in *diss. de logom. erud. cap. IV. p. 504. Oper.* SAM. WERENFELSIVS: *Alii philosophi propter solum* voluptatis *nomen Epicurum philosophi nomine indignum exclamant. Hinc tot disputationes sapientissimorum hominum non tam contra Epicuri sententiam, quam contra hoc vocabulum voluptatis.* Ita sane se res habet, & instar omnium potest esse CICERO. Adscribam non nulla ex *lib. 2. de fin.* vbi *cap. 4.* haec habet: *frequenter dici solet a vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum est: est autem dictum non parum saepe: etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subiraſci. Egone non intelligo, quid sit ἡδονὴ graece, latine voluptas? vtram tandem linguam nescio? deinde, qui fit, vt ego nesciam, sciant omnes quicumque Epicurei esse voluerunt?* Pergit *cap. 5.* hunc in modum: *satisne igitur videor vim verborum tenere: an sum etiam nunc vel graece loqui, vel latine docendus?* Addit: *Epicurus, vt opinor, nec non vult, si possit,*

& dogmatici, suis formulis, suae glebae adscripti, in Pyrrhonem plurima dixerunt, quae nullo fundamento nituntur. Ecquis credat, adeo demens fuisse hominem philosophum, vt neque currui onusto, neque rabido cani de via decederet, neque vlnum euitaret praecipitium? (h) Ad inuidiam

possit, plane & aperte loqui: nec de re obscura, vt physici; aut artificiosa, vt mathematici, sed de illustri & facili, etiam in vulgus pervulgata, loquitur. Quamquam non negatis me intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat. E quo efficitur, non vt nos non intelligamus, quae vis sit istius verbi, sed vt ille suo more loquatur, nostrum neglegat. Mira res, impingi Epicuro a Cicerone, satis pro auctoritate vocabuli, quod varie accipi posse extra controuersiam est, significationem, quam non agnouit. Quasnam quilibet optimus esset verborum suorum interpres? Sed hunc Ciceronis morem adhuc hodie multi strenue imitantur, quando contra aduersarios disputandum venit. Ergo, absit inuidia dicto, meliori ingenio philosophico praeditum fuisse Epicurum, quam Ciceronem, existimo.

(h) Allegn lectores ad DIOG. LAERTII *lib. IX. sect. 61. seqq.* VAYERII *operum T. V. p. 214. edit. in 12.* quem citat etiam BAILIUS *in diction. sub voc.* Pyrrhon *lit. D.* Probe notandum, Scepticos non tollere apparen-

se addictos, multa de iis dixerunt & scripserunt, non vera, sed conficta, vt de fama & auctoritate aemulorum detraherent. Quemadmodum igitur Stoici de Epicuro pessima quaeuis, sed commentitia, crimina excogitarunt, a non paucis (gg) confutati; sic &

(gg) Vide quae dixi in *lineam. meth. stud. cap. V. §. 24.* Accurate iudicat in *diss. de logom. erud. cap. IV. p. 504. Oper.* SAM. WERENFELSIVS: *Alii philosophi propter solum* voluptatis *nomen Epicurum philosophi nomine indignum exclamant. Hinc tot disputationes sapientissimorum hominum non tam contra Epicuri sententiam, quam contra hoc vocabulum voluptatis.* Ita sane se res habet, & instar omnium potest esse CICERO. Adscribam non nulla ex *lib. 2. de fin.* vbi *cap. 4.* haec habet: *frequenter dici solet a vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum est: est autem dictum non parum saepe: etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subiraſci. Egone non intelligo, quid sit ἡδονὴ graece, latine voluptas? vtram tandem linguam nescio? deinde, qui fit, vt ego nesciam, sciant omnes quicumque Epicurei esse voluerunt?* Pergit *cap. 5.* hunc in modum: *satisne igitur videor vim verborum tenere: an sum etiam nunc vel graece loqui, vel latine docendus?* Addit: *Epicurus, vt opinor, nec non vult, si possit.*

Digitized by Google

& dogmatici, suis formulis, suae glebae adscripti, in Pyrrhonem plurima dixerunt, quae nullo fundamento nituntur. Ecquis credat, adeo dementem fuisse hominem philosophum, vt neque currui onusto, neque rabido cani de via decederet, neque vlum euitaret praecipitium? (h) Ad inuidiam

esset, plane & aperte loqui: nec de re obscura, vt possit; aut artificiosa, vt mathematici, sed de illustri & facile, etiam in vulgus pervulgata, loquitur. Quamquam non negatis me intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat. E quo efficitur, non vt nos non intelligamus, quae vis sit istius verbi, sed vt ille suo more loquatur, nostrum neglegat. Mira res, impingi Epicuro a Cicerone, satis pro auctoritate vocabuli, quod varie accipi posse extra controuersiam est, significationem, quam non agnoscit. Quasnam quilibet optimus esset verborum suorum interpres? Sed hunc Ciceronis morem adhuc hodie multi strenue imitantur, quando contra aduersarios disputandum venit. Ego, ablit inuidia dicto, meliori ingenio philosophico praeditum fuisse Epicurum, quam Ciceronem, existimo.

(h) Adeant lectores ad DIOG. LAERTII *lib. IX. sect. 61. sqq.* VAYERII *operum T. V. p. 21. edit. in 12.* quem citat etiam BAYLIUS *in diction. sub voc.* Pyrrhon *lit. D.* Probe notandum, Scepticos non tollere apparen-

diam Pyrrhoni faciendam haec in medium proposita fuisse, res ipsa dictitat, quae tamquam vera inimici eius ad posteritatem propagarunt. Mendacem oportet esse memorem. Pyrrho ad nonaginta propemodum annorum aetatem peruenit, longinqua & difficillima suscepit itinera, nullis comitatus amicis vel propinquis, qui homini cerebri non satis sani, qualis ab hostibus repraesentatur, praesto semper fuerint: quae omnia satis ostendunt, fidem istiusmodi narratis haberi non posse. Neque intelligere datur, qua ratione in patria summi pontificis honores, apud Athenienses ius ciuitatis consecutus sit homo mente captus.

IV.

Num sceleratus? Neque sceleratus fuit *Pyrrho*. Equidem non sine magna veritatis specie pro-

parentia, τὰ Φαινόμενα, sed ambigere de eo, quod dicitur de re apparente. Apparebat illis, mel dulci sapore palatum adficere, dulcedinem sensu percipiebant: sed an dulce sit, quatenus ad rationem & intelligentiam attinet, ambigebant. EMPIRICVS *pyrrhon. hypotyp. lib. 1. cap. X.* Singularis, fateor, philosophia: id vero efficiebat, vt apparentia fugerent pericula.

Digitized by Google

proferri solet, Pyrrhonem in ea fuisse sententia, nihil reperiri sua natura honestum vel turpe, quidquid vero agant homines, id eos vel lege coactos, vel consuetudine inductos agere. Fateor, grauis est hic error, & non admittendus: enimuero in se consideratus homines sceleſtos efficere, aut rempublicam perturbare non potest. Videbatur Scepticis, legibus obediendum, secundum patriae consuetudines viuendum esse, atque reapse secundum eas viuebant, tranquilli homines, atque ἀταραξίας perquam studiosi. (i) Perinde igitur erat, vtrum circa quaestionem de actionum honestate aut turpitudine, lege

(i) Ipsi Sceptici, si DIOG. LAERTIVM *loc. cit. sect. 108.* audiamus, hoc telum ita repellebant: *αἱρούμεθά τι κατὰ τὴν συνήθειαν, καὶ φεύγομεν, καὶ νόμοις χρώμεθα, eligimus aliquid ex consuetudine, & fugimus, & legibus vtimur.* Manifeste scelerati homines, qui leges violant, & publicam tranquillitatem aperte turbant, nullibi tolerantur: tolerabatur vero Pyrrho, suae ζητήσει relinquebatur, suisque contemplationibus. Licebat ei absque omni impedimento semper quaerere, semper scrutari, quum hoc mentis statu nemini grauis esset, nemini molestus.

Digitized by Google

lege naturali praecepta aut prohibita, iudicium cohiberent, an certi quidpiam statuerent. Quae enim alii faciebant officia, quoniam certo persuasi erant, se ea facere debere; eadem a Scepticis etiam praestabantur, quoniam conueniens ipsis videbatur, legibus patriis viuendum esse, quod, nisi me omnia fallunt, si praxin considéremus, in idem recidit. Plerumque enim homines non viuunt secundum ea, quae sciunt, quae cogitant, sed secundum ea, quae concupiscunt, vel vtilia sibi esse existimant. (l)

V. Quid

(l) Tractauit BAELIVS hoc argumentum in *cogit. de cometa §. 176. 181. & alibi.* Nec negari potest thesis generatim considerata, ipsa experientia eandem corroborante. Recte CICERO *lib. 2. de fin. cap. 25. p. 1104. a. edit. Gron.* 4. de Epicuro & Epicureis verba faciens: *ita viuunt quidam, vt eorum vita refellatur oratio. Atque vt ceteri existimantur dicere melius, quam facere: sic hi mihi videntur facere melius, quam dicere.* BAELIVS vero, dum istam thesin vrget, hunc sibi propositum habet scopum, vt excuset atheos, nouumque pondus addat irae, quam defendendam suscepit, opinioni, atheismum videlicet intra speculationem subsistentem tam noxios effectus haud produce

Digitized by Google

V.

Quid vero tandem permouit Scepticos, vt perpetuo fluctuarent, de rebus, quas suis percipiebant sensibus, dubitarent, adeoque non tantum communi hominum rationi, sed & perceptioni nihil euidentiae tribuerent? Mira sane res & paradoxa. Stupidi isti homines non fuerunt, quod subtilissimae & peracutae eorum

Quia permouerit Scepticos ad singularem philosophandi modum?

ducere, atque superstitionem. Potuisset tota hac tractatione superfedere vir doctus: parum enim interest generis humani, scire, vter ex duobus erroribus sit pestilentior, superstitio, an atheismus? Vtrumque detestandum & fugiendum esse sufficit. Neque iuuare possunt eum exempla, quae adfert, atheorum, inter quos nominat *Spinozam*, satis tranquille, superstitiosorum impie & dissolute viuentium: subtilissime enim sic mutat controversiae statum, dum homines diuersae indolis inter se confert. Fingat superstitiosum ingenii melancholici, geometricis contemplationibus & vitae solitariae deditum, qualis erat *Spinoza*, aeque tranquillum, vel potius misanthropum, eum inueniet: contra proponat sibi atheum animi audacis, subdoli, alieni appetentem, ardentem in cupiditatibus, qualis erat *Catilina*, pares excitabit motus, atque ille, si non maiores.

Digitized by Google

rum disputationes ostendunt: furiosos non fuisse vel stultos, supra probatum dedi, & res ipsa satis manifestat. Mihi igitur ita de illis sentiendum esse videtur: Facile perspiciebant, nimis promtos & audaces esse dogmaticos in proponendis & sola auctoritate probandis atque definiendis sententiis, qua equidem re nihil excogitari potest ad promouendos philosophiae limites magis perniciosum. Hic quum media via caute incedere debuissent, ex studio contradicendi ad extrema progressi sunt, atque dum dogmatici se omnia scire perperam gloriabantur, hi omnia videri dubia opponebant, & ita a recto aberrantes tramite, neque omnes statim praevidentes consequentias, ad suam ἐποχὴν atque ζήτησιν perpetuam tandem deuenerunt. Non solum enim stulti, sed & interdum eruditi

dum vitant vitia, in contraria currunt. (m)

Porro

(m) Hoc frequenter vsu venit. *Bekkerus* anilles de daemone fabulas impugnaturus omnes eius operationes reiecit, atque Scripturae sacrae dictis violentas adhibuit interpretationes. *Carteſius* bruta animantia in machinas

Porro fieri non raro solet, vt sententia paradoxa, sub initium exercitii & ingenii ostentandi causſa in medium proposita, ipsis deinde auctoribus, tamquam

nas transmutat, contra ratione illa melius vti homine *Hieron. Rorarius* probare conatus est. Lege BAELII *dict. de* Rorario Quaestio, *num bruta cogitent?* forte ita componi posset: Cogitatio vel sola memoria constat; quae certe plerisque brutis non abiudicanda est; vel componit ideas, quale quid *in* vulpibus, simiis, aliisque animantibus astutioribus deprehendere licet; vel nexum ex compositione idearum prolixiorem deducit, ratiocinatur, ab effectu ad causas, inuisibiles etiam, progreditur, vniuersi structuram & corporum caelestium motum contemplatur, cetera, quod soli homini proprium est. Sed hoc argumentum non est huius loci, & multa habet, quae ἐποχὴν suadent. In historia extrema non satis vitari, in aperto est. Sunt, qui omnia pro suspectis habent, quae veterum monumenta tradunt, laudisque ex tali *pyrrhonismo immoderato* materiam captant; sunt, qui aniles fabulas dudum explosas exoscultantur, ad *legendissimum* procliues. Sit modus in rebus. Dicentur vero hac de re deinde plura. Interea conf. perspicacis Viri CHRISTIANI EBERH. WEISMANNI *diss. praelim. in hist. eccl. N. T.* praecipue §. 3. & 4.

Digitized by Google

quam singulare inuentum, placeat, atque serio & pertinaciter, cum famae interdum & fortunae periculo, ab ipsis propugnetur. (n) Neque dubito, inter Sce-

(n) Notatu dignum exemplum suppeditat ISAACVS PEYRERIVS. Is pro lusu ingenii suos initio *Praeadamitas* ipse habuit, serio postea huic opinioni addictus, quae nullam meretur refutationem, vt recte obseruat MARVILLIVS in *misc. hist. litter. Tom. I. p. 141.* IO. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS in Gallia cum eo collocutus facile animaduertit, placere illi suos Myrmidones, quibus, quamquam publice reuocasset, haud renuntiauerat bona fide. Adeunda *pera libr. iuuenil. vol. IV. p. 789.* Ita *somnium nobilis Aquitani de Praeadamitis* vt librum suum Salmasio dedicandum inscribere voluerat auctor, vid. SARRAVII *epist. p. 50. edit. Vltraiect. 1697. 4.* in somnium hominis vigilantis pulchre abiit. Mira res: *Peyrerius* mente admodum tranquilla pauciſſima credebat, *il croioit tranquillement fort peu de choſe*, sunt verba BAELII *in dict. p. 2338. a. edit. 2.* Praebebat itaque se ad amplectenda, quae creditu necessaria erant, difficilem, quum tamen ad absurda credenda esset promtissimus. Sed solent istiusmodi homines amare sua inuenta, aliorum adspernari. Plura de *Peyrerio* dabunt THEOPH. SPIZELIVS *in infel. litter. p. 826. seqq.* GVIL. ERN. TENZELIVS

Scepticos exstitisse faceti & satirici ingenii homines, qui, vt dogmaticos exercerent atque exagitarent, (o) simulabant, se de omnibus, etiam clarissima in luce positis, dubitare. Poterant ita semper probandi onus in alios deuoluere, seque in asylum ζητήσεως recipere, quod sane perquam commodum ipsis videbatur.

VI.

Num detur remedium ad conuincendos Scepticos?

Qua vero tandem ratione agendum est cum Scepticis? Num argumenta adhibenda, vt ab errore reuocentur? Tentarunt hoc philosophi percelebres, sed frustra, nisi me omnia fallunt.

LIVS *in bibl. curios. 1705. p. 142. 143.* vt alios taceam.

(o) Erant inter dogmaticos, qui statuebant: *Sensus fallere.* Habeo, quod volo, exclamare poterat Scepticus. Si apparens tantum est, quod sensibus percipio, si illi me fallunt, non est, cur aliquid certi me eorum ope inuenire posse confidam. Quod me semel fallit, semper fallere potest. Quae argumentandi ratio quamquam a posse ad esse, a particulari ad vniuersale satis vitiose procedat, materiam tamen suppeditabat Scepticis, dogmaticorum opinationibus insultandi. Meo iudicio sensus recte constituti, recte adhibiti numquam fallunt, vt docui in *lineam.*

Digitized by Google

Tentauit CARTESIUS, (p) peius ipſo malo remedium ſuppeditans, eamque ob cauſſam refutatus ab illuſtri THOMASIO. (q) Dum enim de omnibus dubitandum, dum ea, de quibus dubitamus, pro falſis habenda eſſe docuit, tantum abeſt, vt Scepticorum errores deſtruat, vt potius noua illis arma ſuppeditet. Finge, Sceptico proponi quaeſtionem: *Tu ergo de omnibus ita ſentis*: non liquet? Reſpondebit Scepticus: *ne id quidem ſatis liquet*. Verum, perget alter, *annon, quando ita fluctuas, haeres, dubitas, cogitas tamen, atque dum cogitas, neceſſario exiſtis?* Hic ſane Scepticus, philoſophiae ſuae oblitus, non reſpondebit: *cogito, exiſto*; ſed rurſus ingeminabit tritum illud: *non liquet*. Pro falſis habenda, de quibus dubitamus, primis rationis repugnat principiis. Qui rem pro falſa habet, eam veram eſſe negat: qui negat, aliquid ſtatuit: qui aliquid ſtatuit, non dubitat. Exercitii cauſſa hoc dumtaxat faciendum eſſe, & per modum

lineam. meth. ſtud. p. 71. Sed haec non ſunt huius loci.

(p) Vide *princ. phil. ſub init.*

(q) In *dodecade quaeſt. promiſc. hiſtor. philoſ. iurid. quaeſt.* XI.

Digitized by Google

modum fictionis, forsitan vult *Cartesius*: concedamus hoc; sed cui bono istiusmodi fictiones instituuntur? Si sensuum euidentia tollatur, siue ex animo id fiat, siue simulate, non praecluditur aditus Scepticismo, sed aperitur. Quum igitur seriis argumentis frustra impugnentur Sceptici, aliam viam sibi ingrediendam, hominesque istos verberibus potius, quam verbis redarguendos esse, non nulli putarunt. Notissima est Comici apud Gallos percelebris (r) inuentio, quae theatrum quidem ornare, & spectatoribus oblectamento esse potest, Scepticum ad meliorem mentem non reducet, cui, quod regerat, non deerit. (s) Neque instantiae istiusmodi reales, &

(r) Nota sunt, quae habet in comoedia, cui titulus: *le mariage forcé*.

(s) Qui Scepticum verberauerat, ita ei insultat: *il faut douter de toutes choses, & vous ne devez pas dire, que je vous ai batu, mais qu' il vous semble, que je vous ai batu.* Nihil facilius erat, quam vt responderet Scepticus: *Il me semble, que vous m'avez batu, c' est pourquoi il me semble, que je vous dois rendre la pareille, & vous rouer des coups.* Pungere vero voluisse Comicum Cartesianos, admodum credibile est.

Digitized by Google

menta pondus habentia, quod ſentiant aduerſarii, in foro philoſophico adhuc locum inuenerunt, niſi forte per inſignem abuſum. Res tota igitur eo tandem redit, contra Scepticos, tamquam homines prima veritatis principia negantes, non eſſe diſputandum, quippe qui nec verbis nec verberibus conuinci poſſunt, ſed relinquendi ſunt inſanienti ſuae ſapientiae. Quid, quaeſo, agas cum homine, qui ſemper quaerit, numquam inuenit? omnia deſtruit, nihil aedificat? Omnia ſyſtemata reiicit & irridet, meliora vero & aptiora non profert? Tales vilipendere, neque refutatione dignos iudicare, optimum eſt, quemadmodum & ipſi alios ludibrio habent. Sunt inſtar ſpectrorum, in quae, vt fabulae habent, vani intentantur ictus, & in aggreſſores eorum recidentes. (t)

VII.

De fide hiſtorica, & num in Oritur nunc quaeſtio: *num & in hiſtoria locum habeat pyrrhoniſmus?* neque dubito adfirmare, eum, ſed intra ſuos con-

(t) Vide ACTA ERVD. *germ. vol. V. p. 390.* Conferri meretur peracutum de pyrrhoniſmo iudicium quod habetur in *bibliotb. noua vol. 2. p. 407. 408.*

Digitized by Google

constrictum terminos, quam maxime locum ibi inuenire. Veritatem historicam fide historica niti certum est: historici testes sunt: testes vero distingui in fide dignos & suspectos, inter omnes constat. Pictoribus atque Poëtis equidem priuilegium & potestas fingendi competit, historicis recte negatur: sed sumunt eam interdum sibi inuito lectore, officii sui immemores. Vnde vel solum historici nomen multis suspectum, (u) atque con-

historia detur aliquid certi?

(u) Audiamus L. ANNAEVM SENECAM. De magnitudine cometae ad solis molem accedente scripserat *Ephorus* historicus. Refutat rem argumentis philosophus: deinde, quum contra testimonium dicendum esset, addit: *nec magna molitione detrahenda est auctoritas* Ephoro: *Historicus est. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt: quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non cuitant, hi appetunt. Et hoc in commune de tota natione: quae approbari opus suum, & fieri populare non putat posse, nisi illud mendacio adsperſit.* Ephorus *vero, non religiosissimae fidei, saepe decipitur, saepe decipit.* Vid. *quaest. natur. lib. VII. c. 16.* De eodem *Ephoro* nar-

rat

troversia exorta est: *Num omnino detur aliquid certi in historia? num fundamentum constitui possit, cui fides historica innitatur?* Sed tolle ambiguitatem, & omnia evadent plana. Demonstrationes mathematicas in historia nemo quaeret: agit illa de rebus praeteritis, de personis non amplius existentibus, nititur auctoritate humana, & narratis testium: qui, quemadmodum & fallunt & falluntur, ita saepenumero quoque vera referre & possunt & volunt. Si igitur res eius sit generis, vt illi, qui eam posteritati tradunt, non facile falli potuerint: si homines non vani aut superstitiosi se aliquid vidisse, audiuisse, diligenter explorasse testentur: si nullam ex fide, quam iis habent alii, vtilitatem trahant, aut etiam summum adeant periculum, dum

rat SENECA *de tranqu. anim. c. 6.* iniecta manu *Isocratem* illum a foro abduxisse, vtiliorem componendis monumentis historiarum ratum. Non satis accurate mihi iudicasse videtur *Isocrates*. Causarum patroni partibus vel accusandis vel defendendis adsueti sunt, & ad modum *Ciceronis* vel in Catilinam, vel pro Milone dicunt scribuntque: historicus extra omne partium studium positus esse debet.

Digitized by Google

dum testimonium perhibent, quod periculum effugerent suo silentio: si testium numerus sit amplior, & in praecipuis circumstantiis consentiat: si haec, inquam, omnia vel plurima eorum concurrant, sane non perspicio, quare tali de rebus gestis testimonio adsensum aliquis denegare velit, vel nolit, quae ita narrantur, pro historice certis atque demonstratis admittere? Nota sunt, quae de fide historica scripsit IO. EISENHARTVS; (x) nota etiam, quae illis opposuit illustris THOMASIVS, (y) qui existentiam fidei historicae contra negantem Scepticum certis demonstrationibus, ostendi non posse recte statuit, (z) atque postulat, dari fidem historicam, eamque exsistere, neque vnquam praesumendum esse, reperiri, aut reperiri saltem posse hominem sanae mentis, qui audeat eam in dubium vocare. Respondit circa finem prae-

(x) In *comment. de fide histor.*

(y) In *diss. de fide iuridica cap. 2. §. 11 - 32.*

(z) Quis enim contra Scepticum, qui nullam demonstrationem agnoscit, aliquid demonstrare susciperet? Habentur, quae supra adduxi, in *diss. cit. loc. cit. §. 31. 32.*

Digitized by Google

praefationis, secundae editioni praemissae, quamquam pauciſſimis, EISENHARTVS, totum vero hoc argumentum cum cura retractauit CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS, (a) Vir praestantiſſimus. Omnia huc tandem redeunt: quomodo hic accipi debeat vocabulum *demonſtrationis?* Nemo negat, esse in historia res maxime probabiles, siue moraliter certas, quae summum verisimilitudinis gradum attingunt. Moraliter vero certa cum iis, quae scimus & ipsi cognoscimus, vbi circa verisimilia versamur, pari passu ambulant. Dantur igitur in historia demonstrationes hypotheticae, absolutae non dantur, neque requiruntur, vel necessariae sunt, vt recte obseruauit HEVMANNVS. (b) Et quid, quae-

(a) Legenda omnino *acta philoſ. part. III. c. 1.*

(b) Neque enim absolute necessarium erat existere Carolum quintum, Fridericum sapientem, Lutherum, & haec vel alia peragere: illos vero exstitisse, multaque memoratu digna certissime peregisse, historice demonstrari potest. Illustrationis loco HEVMANNVS adfert thesin historice demonstratam: *infans baptizatus sum.* Confer. *loc. cit.* §. 2.

Digitized by Google

quaeso, fiet de argumentis, quae veritatem religionis Christianae corroborant, quatenus illa fidem producunt humanam, nisi tantus gradus statuatur historicae veritatis, vt scientiae aequipolleat ? Hinc & Apostoli subinde de rebus, de quibus testimonium perhibent, summa cum animi fiducia loquuntur. *Quod erat a principio*, inquit Ioannes, (c) *quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostrae contrectarunt, de sermone illo vitae: quod, inquam, vidimus & audiuimus, id annunciamus vobis.* (d)

VIII.

Quum vero, quae ex fide historica oritur, veritas, vel, si mauis, verisimilitudo, varios admittat gradus, vt ex dictis colligere licet, tentabo, illos ad *tres classes* reducere. *Prima classis* est ea-

Tres constituuntur classes rerum historicarum, at-

(c) *I. epist. l. 1 - 3.* conf. *Io. XXI. 24. 2. Petr. I. 16.* Euolue venerabilis BVDDEI *instit. theol. dogm. p. 46. seqq.* & adde *philos. instrum. part. 1. c. 3. §. 41. seqq.*

(d) Conferri circa hanc periodum & totum argumentum huius commentationis possunt, quae olim a me scripta *obseru. 5.* de *incertit. histor.* in *additam. ad obseru. select. Tomos X.* constituunt, nec non quae attuli in *diss.* de *iudicio histor.*

Digitized by Google

Quae de earum rerum differitur, quae exhibet res certas.

earum rerum, quae, quum a coaetaneis vel fide dignis historicis in litteras relatae sint, absque vlla variatione aut fraudis suspicione, satis verae atque certae sunt, neque in dubium vocari possunt, nisi omnem fidem historicam euertere velimus. Vnde circa talia cohibendus est pyrrhonismus historicus. (e) Ita nemo facile dubitabit: num fuerint in rerum natura Iulius Caesar & Pompeius? num bella inter se gesserint? num Alexander Darium, Augustus Antonium vicerit? num Germaniam tempore belli tricennalis cum copiis ingressus sit Gustauus Adolphus, Suecorum Rex? Qui enim istiusmodi facta ex animi sententia oppugnaret, aut tamquam certa admittere nollet, merito relinquendus esset peculiari, quam foueret, opinioni.

IX. Non

(e) Probe tamen & hic distinguendae personnae, distinguenda tempora. Dantur viri boni & cordati, sed creduli: dantur saecula superstitiosa. Pertinent huc miracula & *legendae* sanctorum in papatu, plurima, quae de magia diabolica, de spectris, cetera, magno consensu traduntur. Sana philosophia semper lucem praeferre debet historiae.

Digitized by Google

IX.

Non opus foret, haec monere, nisi existerent homines, qui tum demum ingenioſi sibi videntur, quum negant, quae nemo vmquam negauit, adfirmant, quae nemo vmquam admisit. Sed qui ita ingenii laudem captant, & in re seria ioculariter agunt, veram a sapientibus laudem numquam reportabunt. ANT. DE GVEVARA, (f) Hispanus, Caroli V. concionator aulicus & historicus, ausus est, inuentiones proprii ingenii pro antiquorum traditis proponere, ac de vniuersa omnium temporum historia, tamquam de Æsopi fabulis, portentosisue Luciani narrationibus ludere. Quae in horologio Principum, seu libro de vita M. Aurelii Antonini, habet, fabulosa sunt, non ex historiis petita. (g) Epi-

ANT. de GVEVARA & aliorum singulares opiniones.

(f) Vide BAELII *dict. sub voc.* Gueuara & Rua. Acutum est viri iudicium: Gueuara *fit voir, que jamais homme ne fut aussi indigne que lui du caractere de Chroniqueur de Charles-quint dont on l'avoit revêtu.*

(g) Nisi forte magis ad effigiem iusti imperii, quam ad historiae fidem scriptus sit iste liber, vt *Xenophontis Cyropaedia*, quam methodum etiam nostra aetate imitatus est *Archiepiscopus Cameracensis* in *Telemacho*.

Digitized by Google

Epistolae eius miras continent ineptias, numismata conficta, falsa locorum nomina, fabulis romanensibus, quas vocant, non multum dissimiles, quin peiores adhuc, quum talia pro veris venditare non erubescat auctor. Admonitus de fide in historiis praestanda, adeo in lubrico esse omnem veterum factorum fidem caussatus est, vt non aliis diceret, quam sacrorum bibliorum historiis, habendam. Aliorum quoque, qui nimio Scepticismi historici morbo laborarunt, mentionem facit BAELIVS, (h) ipsemet ab

(h) Iucunda sunt, quae profert *in diction. p. 1422. a.* ad *excerpta rei litter.* a se edita prouocans: exstitisse scilicet *triumuiros*, quibus non incommode iungi possit *Gueuara*. *Primum* eorum, *Morinum* Iesuitam, expugnationem Rupellae quum iam tribus annis in potestate regis fuisset, constanter habuisse pro conficta, *alterum* dialecticum, cuius nomen reticet, ducem Espernonium, in Gallia a quopiam oculis suis visum, Londini esse, rationibus demonstrare voluisse, quum sensus fallant, ratio fallere nequeat; *tertium* Isaaco Vossio adfirmasse, se post plurium annorum meditationes composuisse dissertationem de Caesaris de bello gallico commentariis, quae inuictissimis argumen-

ab hac labe non prorsus immunis. (i)

X.

IO. HARDVINVS conatus est defendere, Tullium, Plinium, Maronis Geor- *Audax IOAN. HAR.*

mentis euincat, nec Caesarem vmquam transiisse Alpes, nec vidisse Galliam, quaesitumque, quibus rationibus & testibus tantam rem peregisset? respondisse: mille testium loco sufficisse sibi rectos bonosque sensus, quos semper sequeretur. Huius vltimi meminit quoque, qui ad MORHOFII *polyhist.* supplementa addidit, IO. FRICKIVS, *tom. I. lib. IV. cap. XI. §. 9. p. m. 144.* egregiam subiungens epicrisin: *Sane vix poterat quidquam magis ab omni ratione bonisque sensibus alienum excogitari: si modo ita censuerit serio quispiam, nec ioco* Vossius *suis lectoribus imponat.*

(i) Aiunt, *Baelium*, quum fama victoriae Hochstadiensis vbique iam in Belgio percrebuisset, creditaque fuisset ab omnibus, tamen de veritate eius ob certas quasdam rationes, quas animo impresserat, adhuc dubitasse, risuique amicorum tandem se exposuisse. Vide PFAFFII *diss. priorem de praeiud. theol. §. 24. not. l.* in *primit. Tubing. part. II. p. 91.* Baelii voluntas, si communi famae insistendum, in regem Galliae semper fuit propensior, vnde forte, quae parum glorioſa huic erant, credere noluit, vel se non credere simulauit.

Digitized by Google

DVINI ſententia.

Georgica, Flacci ſermones & epiſtolas ſola ex omni latina antiquitate ſincera eſſe monumenta. Exſtitiſſe decimo tertio ſaeculo, & ſub auſpiciis Artaxerxis Longimani, Darii Nothi, & Artaxerxis Mnemonis (ſub triplici hoc nomine latet Fridericus ſecundus Imperator) coiuiſſe coetum certorum hominum, doctorum quidem, ſed atheorum & epiſcopis inimicorum, qui deteſtabili conatu ſuppoſuerint auctores plerosque, quos vulgus eruditorum veteres fuiſſe ſcriptores exiſtimet. Finxiſſe hoc inſtituto non ſolum Thucydidem, Dionyſium Halicarnaſſeum, Diodorum Siculum, Dionem Caſſium, Titum Liuium, Suetonium, Tacitum, cum aliis auctoribus graecis & latinis, ſed etiam conſarcinaſſe nouam ſcripturae verſionem, eandem quam hodie LXX viralem nominent indocti, Pentateuchum Samaritanum, Origenem, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, Auguſtinum, vno verbo, Patres quoscumque Graecos & Latinos. En ſententiam HARDVINI, partim ipſius auctoris, (l) partim CHRISTIANI EBER-

(l) De *numis Herodiad. p. m. 60. 61. ed. Paris. 1693. 4.*

Digitized by Google

EBERHARDI WEISMANNI (m) verbis expositam. Tam vacua omni rationis specie est haec opinio, vt vix aliter possemus credere, quam voluisse lectorum simplicitatem tentare *Harduinum*, nisi contrarium testarentur, qui virum norunt. Suppressa tandem fuit magis, quam reuocata ab auctore haec licentia, metu censurae seuerioris. Nec defuerunt viri docti, (n) qui eandem castigarent. Refelluntur quidem haec omnia, quum probari nequeant, simplici negatione. Si enim *Harduino* licet ad reiiciendam auctoritatem, quam tot antiquitatis monumenta tam longo tempore obtinuerunt, dicere: *conficta sunt*; eodem iure paucis ei respondere licebit: *tua*, Harduine, *hypothesis conficta est*. Collocarunt auctorum, qui suspecti tibi vi-

C 2 den-

(m) In *hist. eccl. N. T. diss. praelim. p. 5. 6.* conf. *Tom. II. p. 417. 418.*

(n) Nempe IO. CLERICVS, IAC. BANAGIVS, MATVRINVS VEYSSIERE LA CROZE, CHRISTOPH. CELLARIVS, & non nulli alii, quos indicat CORN. DIETER. KOCH, in *diss. inaug.* praeside ven. IO. ANDR. SCHMIDIO habita, quae exhibet *stricturas theol. in Hard. oper. sel. p. 4. 5.*

Digitized by Google

dentur, γνησιότητα in tuto viri artis criticae peritissimi, allatis eam in rem testimoniis & argumentis: haec omnia confutanda tibi sunt, tua vero sententia firmis probanda rationibus. Neutrum quum praestes, neque praestare possis, num tam audax es, vt vniversi orbis eruditi sententiam dudum stabilitam instar dictatoris nuda negatione euertere sustineas? Et vnde, quaeso, arcesses istud Collegium impostorum, saeculo XIII. non satis erudito, sed obscuro potius ortum & constabilitum? Oporteret falsarios istos, qui tale Herculeum facinus ausi essent, fuisse plurium linguarum & vniuersae antiquitatis peritissimos, ad miraculum doctos, cautos valde & circumspectos, vt scilicet omnia auctoribus, quos repraesentare volebant, consona redderent, vt stilum adhiberent varium & elegantem, vt temporum rationes obseruarent, ne erroribus & achronismis commissis oriretur fraudis suspicio. Quae omnia inter τὰ ἀδύνατα referenda esse, quis non videt? (o)

XI. Or-

(o) Euolui hic etiam merentur POLYC. LYSERI *vindic. gener. scriptorum, qui vulgo suppos. habentur*, praecipue §. 3.

Digitized by Google

XI.

Ordo me ducit ad *secundam classem* rerum, quae historia pandit, circa quas maiores vires iam acquirit pyrrhonismus. Colloco enim in eandem facta, siue potius rationes & circumstantias factorum, valde quidem probabiles, ita tamen simul comparatas, vt argumenta consideratione digna, siue rationes dubitandi alicuius certe momenti in contrarium adferri queant. Interea, si acies ingenii intenditur, auctores conferantur, causae iustificae a suasoriis distinguantur, indolesque humanae naturae probe attendatur, in vnam partem magis quam in alteram inclinabunt, immo interdum satis valide inclinabunt rationum pondera. Tam firmam vero animi persuasionem circa illa, quae huc pertinent, oriri non posse, quam circa facta primae classis, singula expendentibus facile manifestum reddetur. Exemplis res fiet clarior.

Secunda classis rerum historicarum sistit res probabiles.

XII.

Carolum quintum imperio & regnis semet abdicasse, omnes consentiunt, pertinetque hoc ad primam classem: sed quae rei tam inusitatae fuit ratio? Historici plures causas adferunt, per-

Exempla huc pertinentia Carolus V. cur im-

perio ſe abdicauerit?

petuos ſcilicet morbos, gloriae cupiditatem, Philippi filii impatientiam regnandi, pietatem & vitae tranquillae poſt tot labores & moleſtias deſiderium, fortunam denique inclinantem. Omnium optime rem explicaſſe mihi videtur IAC. AVG. THVANVS: (p) *matris morte Caeſar ſiue admonitus, ſiue aduerſam fortunam pertaeſus, vrgente ingraueſcentis valetudinis incommodo, de ſeceſſu in Hiſpaniam ſerio cogitare coepit. Ad eum iam Philippus filius ex Anglia venerat, iniurioſe dicteriis ac libellis in dotali regno appetitus.* (pp) *Incitabatur praecipue Caeſar rerum ſuarum taedio, quas quotidie ſecum vna ſeneſcere quum doleret, in Hiſpaniam procul ab omni adminiſtratione ſecedere decreuerat, vt & valetudini, non iam*

(p) *lib. XVI. circa fin. p. m. 338. a. edit. Franc. in fol. 1625.* Conf FAMIAN. STRADAM *de bello belg. decad. I. lib 1. p. 5. ſeqq.* qui tamen res hiſtoricas rhethoricis coloribus pingit.

(pp) Haec Thuani lucem accipiunt ex illis, quae BVRNETVS in *hiſt. reform.* gallice verſa *tom. 2. p. m. 779.* habet: *Son fils même, qui avoit quitté l'Angleterre, mal ſatisfait de Marie, & ennuié a' être Roi ſans aucun pouvoir, l'entretint dans ſon dégout ſi nous en croions certains Auteurs.*

Digitized by Google

iam recurrenti, sed continuis doloribus adflictae, consuleret, & renouata in filio iuuene fortuna, eam contra florentem potentissimi regis atque hactenus felicissimi (Henrici II. Galli) *fortunam opponeret.* Concedo plures causſas impuliſſe Carolum, vt regnandi gloriae vitam ſolitariam praeferret: praecipua, vt recte *Thuanus*, citra dubium fuit mutatio priſtinae fortunae, quae vehementer adficiebat animum Principis ſecundis rebus adſueti. Comparemus inter ſe tres cauſſas: quietis deſiderium ex variis moleſtiis ortum, morbos corporis, fortunam aduerſam. Prima primas, vt videtur, ſed nondum ſatis firmas cogitationes animo Principis impreſſit conſilii, per aliquod tempus agitati: (q) altera illud magis magisque maturauit: tertia, accedente praeſertim filii, imperio maturi, & in Anglia parum ex animi ſententia agentis, impatientia, ad vltimum

(q) Alte inſedit animo Caroli vox centurionis, qui quum miſſionem peteret, Caeſarque conſilii cauſſam exquireret, reſpondiſſe fertur: *inter vitae negotia & mortis diem oportere ſpatium intercedere.* Vid. STRADA loc. cit. p. 18.

Digitized by Google

effectum deduxit. Facti poſtea poenituiſſe Carolum, vix induci poſſum, vt credam, neque probabile mihi videtur, illum, deguſtata ſemel quietis dulcedine, iſta rerum ſuarum conditione ad priſtinum ſplendorem redire voluiſſe, ſi eligendi fuiſſet optio. (qq) De dictis factisque eius, poſtquam de regnis deceſſerat, notatu digna habet GILBERTVS BVRNETVS. (r)

XIII. Si-

(qq) Expendi merentur, quae BAELIVS habet: *Il avoüa lui-même dans la harangue qu'il fit en ſe depoüillant de tous ſes Etats, que les plus grandes proſperitez, qu'il avoit jamais eu dans le monde, avoient été mêlées de tant d'adverſitez, qu'il pouvoit dire n'avoir jamais eu aucun contentement. On pretend que depuis ſon abdication il avoit accoutumé de dire qu'un ſeul jour de ſa ſolitude lui faiſoit goûter plus de plaiſir, que tous ſes triomphes ne lui en avoient donné.* Vide *dict. ſub voce* Charles-quint *lit. K.*

(r) Quaedam ex *hiſt. reform. eccl. Anglic.* gallice verſae *Part. II. Tom. II. p. m. 780. ſeqq. edit. Amſt. 1687. 12.* excerpta dabo: *On dit qu'un ſoir, que Seld, Secretaire du Roi Ferdinand ſon frere, ſe retiroit extremement tard d'auprez de Charles, les chandelles de l'écalier étant tout à fait brûlées, & aucun des domeſtiques ne ſe rencontrant pour l'éclairer, ce Prince lui-même prit un des flambeaux*

§. XIII.

Simile exemplum ſuperiori ſaeculo praebuit Chriſtina Sueciae Regina, ſed longe aliis permota rationibus. Quum ea in comitiis Vpſaliae habitis conſilium de abdicando regno ordini- *Quae rationes mouerint Chriſtinam?*

C 5 bus

beaux, & le ſuivit juſques en bas. Il eſt aiſé de ſe figurer, avec quelle confuſion Seld le vit en cette poſture. Mais Charles lui dit, qu'il n'étoit plus qu'un homme privé, & que ſes gens, qui n'eſperoient preſque plus rien de ſa part, commençoient à le ſervir fort negligemment: & là-deſſus il le pria, de rapporter à ſon frere, à quel point ſa condition étoit changée, & quelle étoit l'inconſtance des Courtiſans; témoin ſes propres Officiers, qui l'abandonnoient ſi-toſt.

--- Il avoit grand nombre d'horloges, & de mouvemens, de differentes ſortes: & les Moines ignorans, qui n'avoient encore rien vû de ſemblable, en attribuoient les effets à l'art magique. --- Comme l'art des horlogers n'étoit pas alors dans la perfection, où on l'a porté depuis, Charles eſſuia inutilement de faire ſonner toutes ſes horloges dans une même minute. Sa tentative lui fournit au moins une excellente penſée, que puisqu'il ſemble impoſſible de mettre d'accord des ſimples machines, qui ſuivent pourtant la main de l'Artiſte, c'eſt une folie d'entreprendre de réunir tous les hommes, & de fixer leur créance à un même point.

Digitized by Google

bus aperiret, imperii onus, quietis studium, & valetudinis suae curam est caussata. Insignibus deinde regni traditis, & omni potestate in Carolum Gustauum translata; Suecia propere excessit, Romanamque professa religionem Romam quoque domicilium elegit. Sapientiores vero credere nolunt, religionis feruore, vel quietis desiderio incitatam Reginam ad ista consilia prolapsam esse. Constans fama est, parcam & infrequentem fuisse cultricem Numinis, atque omnes religiones iuxta, hoc est, haud maximi feciſſe: (s) elegisse autem eam, externa professione, quae ad pompam comparata in orbe se effert, & in qua credebat, immensam gloriam, cuius erat auidissima, se sibi parare posse. WAGEN-

(s) *Cette Princesse fit à Inspruch l'abjuration publique de la religion Lutherienne, & on la regala de la Comedie l'après-dinée. Messieurs, dit-elle à des personnes du premier ordre, qui avoient assisté à son changement de religion, il est bien juste que vous me donniez la Comedie, après vous avoir donné la farce.* CHEVRAEANA *tom. I. p. 25.* His per me quidem quisque aut addat aut demat fidem.

Digitized by Google

GENSEILIO (t) narrauit Romae vir grauissimus, reginam, quoties publicis sacris interueniſſet, exiguam prae ſe tuliſſe pietatem, & aſſidue cum Cardinalibus, quibus comitata fuiſſet, ſermones miſcentem ne a cachinnis quidem abſtinuiſſe. Propius igitur ad veritatem accedunt, qui nexum rerum ita ſibi concipiunt: Reditus regni, quos profuderat regina, immodicis ſumtibus ſufficere amplius non poterant; Carolus Guſtauus, Princeps hereditarius, & aliquando ſucceſſor, ſi prole careret Chriſtina, exercitui praeerat; ſi nuberet illi, dominum ſimul & regem in thalami ſocietatem ſe adſciſcere praeſentiebat facile, quod intolerandum ipſi videbatur; ſi alteri, irritabatur Carolus Guſtauus, militum robore & ordinum fauore ſubnixus; ſi innupta manebat, ſpes Principis, excelſo animo praediti, in longum nimis extendebatur, vnde ſimultates, & maiora forte incommoda fuiſſent metuenda. Hinc tandem ad extrema confugiens, regno, quod

(t) Vid. *per. libr. iuuen. tom. IV. p. 821.* vbi plurima, quae hic attuli, & alia multa lectu digna habentur.

Digitized by Google

quod voluntati suae & muliebri arrogantiae obsecundans retinere non poterat, aliter retinere non volebat, renuntiauit, (u) retenta tamen, quod vtique inter anomala politica numerandum, potestate & maiestate regia. (x) A litteratis valde laudata fuit, propensior in eos, & in ipsa quoque studia, magis ex vana gloria, quam verae sapientiae amore. (y)

XIV.

(u) Non poenitebit legisse Reise-Beschr. der Gräfin D'AVNOY in Spanien *part. I. p. 163 sqq.* Habet & non nulla haud contemnenda VIGNEVL-MARVILLE *tom. II. p. 351. 352. tom. III. p. 255.*

(x) WAGENSEILIVS *loc. cit. p. 823. 824.*

(y) *Bien loin que la philosophie & les autres belles connoissances, dont cette Reine se piquoit, la guérissoient de ses foiblesses, l'étude & la lecture lui firent plus de mal que de bien. Son coeur n'en fut pas moins corrumpu, ni son esprit moins déreglé.* MICHEL LE VASSOR *hist. de Louis XIII. tom. VII. part. I. p. 476.* Nimium igitur cothurnatus incedit BIZOT, de Christina, Sueciam relinquente, scribens: *cet exemple de moderation, qui a été rare dans les siecles passez, doit être appellé un miracle en celui-cy, où l'interêt & l'ambition sont les passions dominantes de l'un & l'autre sexe.* Vide *l'hist. metall. de la rep. d'Holl. p. 230.*

Digitized by Google

XIV.

Henricum VIII. Catharinam Arragoniam post viginti annorum coniugium repudiasse, in vulgus notum est: de caussis tantae rei mira inter auctores discrepantia, quod nemini insolens videbitur, qui considerat, occasionem praebuisse hoc negotium sacrorum in Anglia mutationi. Romanae curiae addicti declamant in libidinem regis, Boleniae amore capti: Protestantes, inter quos eminet BVRNETVS, (z) regem conscientiae stimulos prae se tulisse, ne scilicet fratris viduam diutius in matrimonio haberet, referunt. GVIL. CAMDENVS (a) putat. Hispanicam Catharinae austeritatem, pluresque abortus Henrico displicuisse, quibus BVRNETVS (b) cessationem a partu & corporis infirmitates addit, quae fastidium mariti prouocauerint. Nec Volsaei (c) artes dissimulat *Camdenus*, *De diuortio inter Henricum VIII. & Catharinam Arragoniam.*

(z) *Hist. reform. angl. tom. I. p. 94.*
(a) In *appar. advit. Elizab. p. 3.*
(b) *loc. cit. p. 90.*
(c) ACTA ERVD. *1708. p. 499. in excerptis ex* ISAACI LARREII *hist. Angl.* haec habent: *quam varias diuortii causas adferant varii scriptores, ea sine dubio verissima fuit, quam*

denus, qui Carolo Caeſari, Catharinae e ſorore nepoti, aditum ad infulam romani praeſulis viro impotentis ambitionis (cc) praecludenti, infenſior regi-

quam ipſa Catharina Cardinali Volſaeo imputauit, quem ſic allocuta eſt: te accuſo, Cardinalis, quod haec conſilia ſuppeditaueris regi, marito meo. Nempe ſuperbiam tuam ferre non potui: luxum tuum excuſare nolui: coronam papalem in te transferre recuſauit Imperator, meus ex ſorore nepos. Hinc origo calamitatis meae.

(cc) Probauit exemplo ſuo Volſaeus, veriſſimum eſſe, quod vulgo dicitur:

Aſperius nihil eſt humili, quum ſurgit in altum.

Huc pertinet lepida omnino hiſtoria, quam ex libro anglica lingua ſcripto excerptam in *addit. ad Wagenſeilii Sotam p. 1207.* adfert CHRISTOPH. ARNOLDVS: *nobilis quidam Anglicanus*, Skelton, *facetus iuxta ac prodigus, praedium, domos centum continens, nuper vendiderat; cum nouo comitatu in aulam regiam venit, hoc ambitu verborum vſus*: nonne vir potens ego ſum, qui domos centum poſt me traho? *Quae quum audiuiſſet Cardinalis* Volſaeus, *ſtatim regeſſit*: pecuniam hanc melius paternis debitis impendiſſes. *Non mora; reſpondit is*: reuera, Domine, tu recte mones! nam Dominus parens meus debet adhuc Magiſtro patri

gi scrupulum conscientiae iniici curauerit. Verisimillimum videtur, regem initio, quum propter defectum prolis masculae pro infelici haberet istud coniugium, quod non tam sponte, quam ex imperio paterno, contraxerat, ad dubitationem, num legitimum illud esset? permotum fuisse; (d) Volsaei arcana consilia & reginae aetas fastidium auxerunt; Pontificis, qui matrimonium irritum pronuntiare nolebat, tergiuersatio, & Academiarum discrepantes sententiae, animum eius magis magisque exacerbarunt; tandem currenti & natura in venerem procliui, calcar addidit amor erga Boleniam, venustissimam puellam, (e) quae, siue vera

patri tuo sesquiobolum, pro vitulino capite: en tibi diobolum, cum foenore. *Quae ridicula & falsa dicacitate Cardinalem tetigit, quod pater eiusdem lanio Ipswichensis fuisset.*

(d) Dixerat aliquando Rex, se intra septem annos coniugem non tetigisse, absterritum metu, matrimonium istud diuinis legibus repugnare. BVRNETVS *loc. cit. p. 94.*

(e) Illa, referente LARREIO, tam modulate cantare, tam appositè saltare, tam scite chelyn pulsare didicerat, vt omnium aures atque

vera, ſiue ſimulata caſtitate, (f) regi morem gerere nolebat, niſi ſolennibus caeremoniis in torum adſciſceretur. Excuſſa deinde fuit a rege irato pontificis auctoritas, quam obliquam intentionem obiiciunt Pontificii, neque negant noſtri, ſed credunt, conſilia hominum a prouidentia Dei, & iuſtitiam cauſſae ab intentione agentis probe diſtingui oportere. (g)

XV.

---

atque oculos quaſi faſcinaret. ACTA ERVD. *loc. cit.*

(f) Circumfertur dicterium: *Boleniam numquam fuiſſe caſtam, niſi quum ambitioſa fuit.* WEISMANNVS in *hiſt. eccl. N. T. part. II. p. 281.* qui ſuos teſtes nominat.

(g) Vide WEISMANNVM *loc. cit. p. 284.* qui etiam *p. 271.* de Bolenia agens bene obſeruat: *nugaciſſimum eſt, ex perſonalibus huiusmodi factis vel circumſtantiis de religionis alicuius in ſeipſa ſpectatae veritate vel ſanctitate iudicium ferre.* Iactura vero regni ampliſſimi tanto doluit opere Sixto V, vt feratur dixiſſe, ſi res adhuc eſſet integra, ſe ſtultum adeo non fore, vt propter feminam tantum amittat regnum. WEISMANNVS *loc. cit. p. 283.*

Digitized by Google

XV.

Progredior ad *tertiam classem* rerum historicarum, ad quam refero facta & circumstantias, in quibus diiudicandis non exigua oritur difficultas, quandoquidem rationes in vtramque partem propemodum aequales sunt, vt post accuratum etiam examen res dubia vel incerta maneat, atque iudicium cohibendum sit. Et ista quidem ἐποχή ita interdum comparata est, vt circa talia facta maximopere vires suas exerceat, immo triumphum propemodum agat pyrrhonismus historicus. Adferenda sunt, vt omnia planiora reddantur, nonnulla exempla.

Tertia classis rerum historicarum ad incertas ducit.

XVI.

His vero exemplis, quantum iudicare possum, accenseri non debet opprobrium in Pontificios vulgare, nimirum inter Leonem IV & Benedictum III Pontifices sedisse feminam Ioannis VIII nomine, quod multi acriter propugnant, alii negant pernegantque. Inter illos primum locum deberi FRID. SPANHEMIO, inter hos DAVIDI BLONDELLO, omnibus notum est. Si certum esset, ANASTASIVM, scriptorem coaetaneum,

Exempla quaedam. Ioanna Papissa huc non spectat.

Digitized by Google

aliquid hac de re litteris mandasse, insigne certe pondus accederet sententiae eorum, qui eam adfirmant. Sed locus qui ex Anastasio profertur, ab auctore profectus non est, inter glossemata potius ab aliena manu addita referendus. (gg) Constanter deinde multi (h) de hac femina scripserunt, quod

(gg) Habet locum integrum e codice MSCto CLAVD. SARRAVIVS in *epistola* ad *Salmasium* data, quae est *CXXXVIII. inter epistolas eius* Gudianis *additas p. 144.* Eundem vero ὑποβολιμαῖον esse rationibus non contemnendis euincit *loc. cit. & epist. CXL. p. 145. 146.* rectequè scribit Salmasio: *quidquid de Papissa confidentius dicas, intricatissimum est omne istud negotium.* Prudenter quoque monet eum contra *Blondellum* scripturum: *quid aggrediaris, cogita; res est enim ardua & magnis difficultatibus impedita.* Vide *epist. CLXXVIII.* quae tota legi meretur. Perhibent nonnulli, de Blondelli scripto dixisse Salmasium: *date librum, vnico halitu difflabo.*

(h) Septem decades testium ipse *Blondellus* produxit, quos deinde paucis additis ex eo repetiit PETRVS MEGERLINVS *in theatr. diuin. regim. p. 116. seqq.* qui etiam, tot tantisque testimoniis fidem vt deroget, a se impetrare nequit, acerrime defendens, extitisse Papissam, atque Blondello non perfunctorie succensens.

Digitized by Google

quod certissimum argumentum praebet, obiicere non posse nostris Ecclesiae Romanae addictos, quasi nos lepidissimae rei essemus architecti, quum potius eandem ab Ecclesia ista acceperimus, neque de eius veritate fuit dubitatum, donec sacra restaurare coepisset Lutherus. Interim non sufficit constans ille consensus ad veritatem rei stabiliendam, quum satis multa in historia, a non paucis testibus confirmata, fabulosa esse docuerit accuratior inuestigatio. (i) Non mirum vero, multos & nunc patronos reperire Papissam: aegre enim tela sibi eripi patiuntur homines, quibus pungant aduersarios. Pontificii absurda de Luthero commenta, inuictis rationibus dudum confutata, repetere, crambenque toties recoctam

(i) Circa studium etiam historicum obseruari debent, quae SENECA *cap. I. de vit. beata* habet: *nihil magis praestandum, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non qua eundum est, sed qua itur. Atque nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quae magno adsensu recepta sunt.*

Digitized by Google

rursus apponere non erubescunt: (l) non excandescere igitur nimium debent, si Papissa subinde in scenam redeat, a nobis sane conuitiandi studio haud excogitata. Hoc tamen largimur, si, quemadmodum decet prudentiores, argumentis certare velimus, non opprobriis, Papissam, in rerum natura si fuisset, parum nobis contra Pontificios prodesse, ad spatia imaginaria relegatam bonae nostrae causae nihil nocere. Si exstitisset, errorem haberemus, quem obiicere liceat, ridicu-

(l) Mendacem oportet esse non tantum memorem, sed etiam subtilem & ingeniosum. Qui crasse mentitur, posthabita omni veritatis specie, sapientioribus fucum non faciet. Scenae igitur non satis apte inseruiunt Pontificii, qui spissa nimis de Luthero mendacia comminiscuntur, quale recensui in *diss. de iudicio histor. §. XXII. p. 25.* daemones scilicet, ab obsessis discedentes, mox reuersos hanc abitus sui atque reditus, a praestigiatore, quam exorcistam vocant, interrogatos, reddidisse causam: se ex principis sui mandato exsequias iuisse Luthero. Peracute idem auctor, ex quo ista excerpsi, addit: *Lutherum cum ipso diabolo modium salis consumsisse.* Plures calumnias *cap. III.* commemorabo.

Digitized by Google

diculum sane, in ejus electione commissum, nullum vero crimen, nullum scelus; sed cum exstitisse vix videatur, non pauca sunt magis pudenda sedi pontificiae flagitia, de quibus nemo sapiens dubitat, quam iste fuisset error in sexu. Vnde non debebat vitio verti *Blondello*, (m) Protestantium partibus addicto, quod narrationem, quam pro fabella habebat, oppugnare ausus sit. Sed magna est vis vulgatarum opinionum. Plura de Papissa suppeditabunt auctores infra citati. (n)

(m) Fecerunt hoc multi, vt narrat BAELIVS in *dict. hist. sub voce* Blondel *lit. I.* neque defuerunt, qui iudicarent, non debuisse otio suo & eruditione abuti Blondellum in confutanda fabula, quam pro vera historia haberi Protestantium intererat. Argento corruptum fuisse, vt ista scriberet, non obscure se credere indicat MISSON *Tom. II. p. 223. itin. Ital.*

(n) Exstitisse Papissam praeter SPANHEMIVM defenderunt IO. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS in *pera libr. iuuenil. tom. IV. p. 128. seqq.* CASP. SAGITTARIVS in *introd. ad hist. eccl. p. 676. seqq.* apud quem plerosque scriptores ad hoc argumentum spectantes reperire licet, & non sine ingenio

XVII.

De Maria Scotica.

Non exiguam esse de Mariae Scoticae rebus inter historicos, BVCHANANVM praecipue & CAMDENVM,

---

nio MAXIM. MISSON in *itinerar. Ital. tom. II. p. 179. seqq. 203. seqq.* Negarunt praeter BLONDELLVM & a *Sagittario* citatos GREGOR. LETI & IAC. BANAGIVS. Moderato iudicio utitur WEISMANNVS in *hist. eccl. tom. I. p. 645. 646.* Omnia vero, quae de Ioanna dici possunt, prolixe & accurate discussa habentur in *tertia editione diction. Baeliani*, quae prodiit *Roterodami* 1720. *vol. 4. form. mai. sub voc.* Papesse & Polonus *pag. 2162. sqq. & 2345. sqq.* Multa sane concurrunt ad fidem narratiunculae derogandam: Silentium coaetaneorum; Anastasius interpolatus, immo fabulae, quoniam Benedictum III. nemine interiecto Leoni IV. successisse scribit, contrarius; Scrupuli chronologici indissolubiles: Marianus Scotus, primus, qui illius meminit, si modo meminit, & Martinus Polonus, forte & ipse corruptus, homines creduli, ex quorum fontibus propullularunt, quae reliqui habent, qui ipsis cadentibus cadunt omnes; noua semper apud posteriores augmenta historiolae, vt redderetur facetior; fervor religionis, qui parum abest, quin ex Papissa personam creditu necessariam effecerit; suspicio originis ex gynaecocratia qualicumque non incommode derivan-

NVM, discrepantiam, constat. Auget certi quidpiam statuendi difficultatem suspicio forsitan non omnino vana, primam partem annalium Camdeni minime peruenisse ad nos sinceram, qualem auctor scripserat, sed iussu Jacobi regis vel expuncta fuisse, vel mutata, quae matri minus fauere videbantur. (o) THOMASIVS nullum fere dubiorum exitum hic deprehendi existimat, (p) BAELIVS inter exstantiora exemplia, a quibus pyrrhonismus historicus robur accipiat, res Mariae referendas esse censet. (q)

vandae, vnde natum prouerbium, feminas Romae imperare, & ex prouerbio reliqua. Habuerunt & proxima nobis tempora, quum Pontifex esset Innocentius X, Papissam, non Joannam quidem, sed Olympiam. Ad ἐποχὴν inclinat WEISMANNVS in *hist. eccl. tom. I. p. 645. 646.* quem vide omnino.

(o) Legendum omnino BAELII *dict. hist. sub voce* Camden *litt. F. G. H.*

(p) Vide *diss. de fide iuridica cap. 2. §. 47.*

(q) En verba eius: *quelques-uns ont voulu dire que le Roi Jâques avoit fait ôter & ajoûter diverses choses à la premiere partie en faveur de la Reine sa mere, & ce conte vrai ou faux entretient le Pyrrhonisme historique à l'é-*

Commentarii tamen IACOBI MELVILLI, viri cordati & prudentis, qui optime reginae consulebat, modo obtemperare voluisset, aliquid lucis rebus dubiis & obscuris adfundere possunt, vt bene monet THOMASIVS. Tribuit BVCHANANVS (r) Mariae excellentis formae bonitatem, & matureſcentis aeui vigorem, & ingenii elegantiam, auctam, vel certe falsis virtutum coloribus gratiorem factam, aulica educatione, minime quidem illa sincera, sed ad honesti quandam similitudinem adumbrata. Delapsus dein-

à l'égard des avantures de cette Princesse. Vid. *dict. p. 781. 782. edit. 2.*

(r) *Lib. XVII. rer. Scotic. p. m. 602.* De BVCHANANO legenda omnino, quae habentur in *biblioth. hist. Hamb. cent. I. art. XI. p. 27. seqq.* CLERICI *bibl. select. tom. VIII. p. 106. seqq.* TEISSERII *elog. vir. doct. tom. II. p. 7. seqq.* VASSORII *hist. Ludou. XIII. part. V. lib. XXI. p. 149. 150.* BAELII *dict. suo loco.* MELVILLVS in *comment. p. 392. seqq.* optime de *Buchanano* iudicasse videtur, qui eum describit vt hominem Stoicum, suo sensu abundantem, futuri incuriosum, & vindictae cupidum. Multa etiam notatu valde digna, de poësi praesertim Buchanani dabit IO. GOTTL. KRAVSIVS in *hist. libror. part. I. p. 58. seqq.*

Digitized by Google

deinde ad Dauidem Rizium, citharoedum, notat sermonibus hominum materiam dedisse repentinum hominis, tantum non mendici, ad opes non mediocres progressum, & supra virtutem fortunam, nec bellos sermones de Dauidis cum regina familiaritate fuisse sparsos. (s) Excusare eam nititur CAMDENVS, (t) culpam omnem in Mortonum, variis calumniis regem in Rizii caedem inflammantem, reiiciens. Discimus tamen ex MELVILLO, (u) illum reginam fideliter monuisse, modum istum agendi cum Rizio, pontificiae religionis & peregrino homine, non posse non tumultibus occasionem praebere, istis vero monitis reginam offensam fuisse, ex responsione eius constat. Quibus omnibus in vnum collectis facili negotio patet, quidquid sit de occultis suspicionibus, circa quas certi quidpiam pronunciare nemini integrum est, non satis caute, non satis prudenter se gessisse Mariam. Magis adhuc elucet eius imprudentia ex matrimo-

(s) *loc. cit. p. m. 623.*
(t) in *annal. Elizab. ad an. 1567. p. m. 114.*
(u) in *comment. lib. 2. p. m. 173.*

Digitized by Google

nio quod cum Bothwello, homine ſpurciſſimo, (x) & omnium libidinum maculis notatiſſimo, contraxit, vnde calamitatum longa ſeries exorta eo tandem deduxit infelicem reginam, vt vltimum ſupplicium ſubire cogeretur, (y) ipſis amicis & religionis ſociis

(x) Dabo pauca ex MELVILLI commentariis. Inter rationes, quae reginam impellebant, vt nuberet Bothwellio, haec etiam erat: *puisque le Comte l'avoit enlevée, & avoit couché avec elle contre ſa volonté*, p. 252. *Bothwel entra en converſation avec les Dames, & leur dit des paroles ſi ſales, qu'elles le laiſſérent bientôt tout ſeul*, pag. 254. *On traita la Reine déja ſi mal & avec tant de mepris, que je lui avois ouï demander un couteau pour s'en tuër elle-même, ou qu'autrement elle ſe jetteroit par la fenêtre*, p. 256.

(y) Maculam maximam regni Eliſabethae hoc ſupplicium nominat ipſe BVRNETUS *part. 2. p. m. 983.* omnibus nimiam ſeueritatem reprehendentibus, praeterquam Sixto V, violenti ingenii Pontifice, quem cruenta ſupplicia valde delectabant. Dixiſſe fertur: *O beata femina, che hai guſtato il piacer di far ſaltare vna teſta coronata.* BAELII *dict. ſub voc.* Eliſabeth *lit. O.* Neque prorſus ſimulata fuit Eliſabethae poenitentia, vt recte iudicat VLR. HVBERVS: *miram*

Digitized by Google

ciis nimium officiosis, qui noua semper in Anglia moliebantur, exitium eius accelerantibus. (z) Recedunt igitur a vero tam hostes Mariae, quam laudatores: illi quidem, quum vt feminam omnibus flagitiis inquinatam eam describunt, quum non tam ex malitia, quam ex muliebri ingenio peccasse videatur; hi vero, quum in omnibus eam excusant, & pro exemplo sanitatis & innocentiae venditant naeuis satis manifestis laborantem.

XVIII.

Vltima Wallensteinii, vel potius Waldsteinii (a) consilia adeo turbida & con- *De vltimis Wallensteinii*

miram intellecta re (supplicio Mariae) *personam egit* Elizabeth, *indignatione, luctu, squalore, vindicta etiam in* Dauidsonium; *testata superos & inferos se inuita rem esse perpetratam. Quae omnia non tam simulationi, licet illa non abfuerit, adscribenda; quam proprietati actionis, voluntariae quidem, sed cum morsu animi decretae, quales in magnis rebus commissas pudor, & poenitentia, & tumultus pugnantium sequitur adfectuum.* Vide *Instit. hist. ciuil. p. m. 317. a.*

(z) vid. BVRNETVM *loc. cit.*

(a) Nomen suum albo Academiae Altorfinae, cuius

uii consiliis.

confusa erant, vt vix certi aliquid de illis statuere liceat, fatente Axelio Oxenstierna, viro sagacissimo, se ad fundum eorum penetrare nunquam potuisse. (b) Periti ducis laudem nemo illi abiudicabit; atrocis tamen & suspicacis ingenii hominem fuisse, omnia produnt. Inimicorum inuidia, qui prodigiosum fortunae culmen, ad quod euectus fuerat, liuidis adspiciebant oculis, virum natura morosum, & iam semel statione sua deiectum, quum ad eam, vix Imperatoris precibus adductus, rediisset, difficiliorem magis magisque reddebat, & intolerandum. Ad clandestinas deinde & seditionis plenas artes conuersus, euulgato, vt fieri solet, arcano cum pluribus communicato, infeliciter periit, homo sane extraordinarius, singulare vtriusque fortunae exemplum simul & ostentum. Multa habet VASSORIVS,

cuius ciuis fuit, ita inscripsit: ALBERTVS A WALDSTEIN, BARO BOH. Docet nos istud WAGENSEILIVS in *exerc. sex var. arg. p. 206.*

(b) Vid. illustris PVFENDORFII *comment. de rebus Suecic. lib. VI. §. 18.*

Digitized by Google

RIVS, (c) quae occasionem praebere poterunt exercendo iudicio historico.

XIX.

Patet ex iis, quae attuli, facta generalia, quae ab historicis referuntur, maxima ex parte paucis dubiis obnoxia esse, circumstantias vero & causas impellentes amplissimam suppeditare ad pyrrhonismum materiam. (d) Nemo vm-

Vlterius ostenditur, circumstantias peculiares & causas rerum ge-

(c) in *hist. Lud. XIII. tom. VII. part. 1. p. 532. seqq. & part. 2. p. 385. seqq.*

(d) Huc pertinent TACITI verba: *is finis fuit vlciscenda Germanici morte, non modo apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactata. Adeo maxima quaeque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent, alii vera in contrarium vertunt, & gliscit vtrumque posteritate.* Annal. III. 19. Non mirum est, circumstantias rerum ante nostra tempora gestarum esse ambiguas; quae enim nobis viuentibus accidunt, non satis sincere ad nos referuntur, docente vel nuperrimo Regis Sueciae exemplo. Interdum vtilitas reip. non permittit, arcana consilia publice aperiri. Casus secundi in maius augeri, clades verbis extenuari solent. Ita primae historiarum origines, primi fontes statim turbantur. Interea nemo facile est, qui in intimos rerum poli-

ſtarum ſaepenumero latere, aut dubias eſſe Exempla quaedam.

vmquam negabit, iuſſu Henrici VIII. Boleniam capitis luiſſe ſupplicium; num vero ſuſpicio violatae fidei coniugalis, quam aduerſus eam concepe-rat, veritate fundata fuerit, nondum liquet. (e) Eliſabetham, Angliae reginam, numquam animum ſerio ad coniugium applicare voluiſſe, ex hiſtoricis

politicarum receſſus penetrare non velit, atque de illis non ſtrenue ratiocinetur; iſta iudicia ad poſteritatem tranſeunt, & hiſtoriam corrumpunt. Si Caeſar, Scipio, Hannibal, aliique veterum monumentis celebrati ad nos redirent, mirarentur ſine dubio, multa de ſe conſcripta eſſe, aut falſa, aut aliter geſta.

(e) Euolue BAELII *dict. ſub voc.* Boleyn. Demus caſtam fuiſſe Boleniam: cauta certe non fuit. Erat, LARREII narrata ſequor, pro innata ingenii ſui feſtiuitate ita in iocos & facetias effuſa, vt eam licentiam haud aequo animo ferre poſſet ſuſpicaciſſimus Henricus. *Sanderus* caſum Bulleniae ſudariolo, quod durante certamine ludicro nobili cuidam ſua manu obieciſſet, adſcribit; ſed hoc non ſatis certum eſt. Litteris ad maritum ſcriptis hanc vnicam gratiam impetrauit, vt carnifex in arte ſua verſatiſſimus Caleto arceſſeretur, qui egregie ſuo officio functus. Haec ex LARREIO excerpta legimus in *act. erud. 1708. p. 499.*

Digitized by Google

cis constat; quae arcanae fuerint causſae, altioris est indaginis. (f) Philippum II. Hispaniae regem filium & regni heredem Carolum custodiae ac postea neci tradidisse, certum est; quid fato tam atroci dignum commiserit Princeps, quo supplicii genere vitam finiuerit, disputatur. (g) Nemo ignorat,

(f) Eam natura ad coniugium non satis habilem fuisse fama est, a reginae domesticis acceptа, & ab historicis in litteras relata. Vide CAMDENVM *ad ann. 1581. p. 365.* MELVILLVM *p. 89. seqq.* BAELIVM *sub voc.* Elisabeth *lit. L. & addit. ad Tomum 2.* Non male, vt mihi quidem videtur, iudicat HVBERVS: *nec vmquam amatores adspernata, nulli tamen se addixit, vel animi magnitudine non ferentis socium,* (ego adderem: *dominum*) *vel metu, quae est constans opinio, quod numquam mater ob arctitudinem, vita salua, fieri posset.* Vide *instit. hist. ciuil. p. 315. a.*

(g) Ferocem, atque indomitis & effrenatis cupiditatibus agitatum Principem fuisse Carolum, satis produnt, quae THVANVS *hist. lib. XLIII. p. m. 870. seq.* de eo habet, inter quae merito notandae desperatae post captiuitatem & violentae in propriam vitam molitiones. Stoicus contra erat pater, eiusque ingenium ab ingenio filii prorsus diuersum: hinc naturalis auersatio. Haec incre-

rat, Guſtauum Adolphum, Suecorum regem, in praelio prope Lützenam glorioſe occubuiſſe; quis manus intulerit maximo Heroi, manet controuerſum. (h)

XX.

incrementum capiebat ex variis occaſionibus: voces Principis Belgarum vices miſerantis ab emiſſariis exceptae, & ad patrem perlatae fuerant; non ſatis diſſimulabat indignationem ob ſponſam, Eliſabetham Francicam, ſibi a patre praereptam; ſacrorum tormentorum in Hiſpania adminiſtri pro ſuſpecto habebant Principem in Belgas, haereſi fauentes, procliuem; & ita partim proprium ingenium, partim aliorum crudelitas eum tandem ſuſtulit. Conferri poſſunt, ſed adhibito iudicio & pyrrhoniſmo, ſequentes auctores: STRADA *de bello belg. dec. I. lib. 7. p. m. 313. ſeqq.* VIGNEVL-MARVILLE *tom. 2. p. 171.* BAYLE *nouu. lettr. contre Maimbourg tom. II. p. 525.* EVREMOND *Tom. I. p. 170.* D'AVNOY *tom. I. vers. germ. p. 197.* Apologia Guilielmi, Principis Arauſionenſis, contra Philippi proſcriptionem reperitur in *hiſt. Belgii foeder.*, gallice ſcripta *tom. I. p. 351. ſeqq.* vbi *p. 384. 385.* caedes filii & coniugis in Philippum reiicitur. Auctorem operis eſſe *Monſ. Jennet, Miniſtre à Vtrecht*, ſcribit ANCILLON *dans ſes memoires p. 351.*

(h) Illuſtris PVFENDORFIVS *rer. Suec. lib. IV. §. 63.* de Franciſco Alberto Lauenburgico,

XX.

Neque valde mirandum est, latere non raro, vel parum cognitas esse magnorum eventuum causas. Interdum historici illas prodere vel non possunt, vel non volunt. Ita causas motuum Bohemicorum, quae diuturno bello, Ger- *Rationes huius rei adferuntur.*

co, qui voluntarius miles ad castra Suecorum accesserat, suspiciones quasdam profert. Addit PAVLVS PIASECIVS in *Chron. p. 436.* primum nuntium caedis regiae ab Alberto accepisse Wallensteinium. Iurgia Regi cum Alberto in Suecia agente iam diu antea intercessisse, ex epistolis Pufendorfianis notant auctores *nquor. litter. Germ. Hamb. 1705. p. 327.* Sunt qui insimulant Richelium & Iosephum Capucinum, qui nimis crescentem Regis potentiam, ipsi Galliae formidandam, immisso percussore terminare voluerint. Vide *la vie du Pere Joseph p. 298. 299.* Ista vero omnia, quum coniecturis nitantur, merito suo loco relinquenda sunt. Singularia attulit FERD. A FVRSTENBERG, Praesul dignitate & litterarum gloria illustris, in *monum. Paderborn. p. 195.* Scribit ille, Theodori Falckenbergii, vrbis Magdeburgensis defensoris strenui, fratrem Mauritium, equestris legionis Götzianae legatum, Caesari militasse, post captum a Suecis, & paullo ante praelium ad Lützam dimissum, Regem, quem

Germaniam prementi, originem dederunt, adferunt auctores varias, praecipuam praetereunt silentio. Est illa pactum successionis inter Matthiam Caesarem

captiuus viderat & nouerat, primum glande plumbea sauciasse, statimque, hostili telo confixum, prope eum concidisse; Regi vero, humi prostrato, fatali ictu superuenisse Georgii ab Oynhausen, Götzianae legionis equitum magistri, legatum *Ioannem Schneberg*, ex *Bokendorp*, dioecesis Paderbornensis vico, oriundum, eiusque ilia ense confodisse, & spoliasse exanimem, seque torquem aureum Regi a Schnebergio detractum vidisse. Addo, quae ad me scripsit illustris LEIBNITIVS die 24. Octobris 1709. quum meam de pyrrhonismo historico dissertationem legisset: *non admodum fido Suecis, Lauenburgium de morte Gustaui accusantibus, nec dubito falli Piasecium, qui primum Wallensteinio mortem Regis nuntiasse scripsit: neque enim, si bene memini, statim partes mutauit, etsi mox a Suecis ad Electorem Saxoniae sit transgressus adhuc foederatum, neque hoc indicium dissimulasset Pufendorfius, si in Suedicis chartis reperisset. Regem, qui oculorum vitio laborabat, vnde myopes appellantur, in Croatas pro suis habitos incidisse constantior fama est.* Notatu digni sunt elegantes versus MICH. RHODII ex carmine saeculari in sollemnia Academiae Viadrinae compositio,

Digitized by Google

sarem, & Philippum III. Hispaniae Regem anno clo Ioc XVII. initum, vt Hispani Austriacis, deficiente horum stirpe, in Bohemiae regno succederent, quod legibus regni & iuri electionis repugnare existimabant Bohemi. (i) Inter-

to, quod *miracula saeculi secundi* inscripsit. Ibi ille *vers. 321. seqq.* ita:

quis acutum intorserit ensem
Regis visceribus, vel adegerit ignea tela,
Obscurae incerta premitur caligine noctis,
Nec tanti Herois se quisquam vulnere iactat.

Claudat tragicum glorioſissimi Regis casum comoedia Hispanica, de qua libere & vere *Tom. VII. part. I. p. 369.* VASSORIVS: *La mort de Gustave fut jouée à Madrid sur le theatre durant plusieurs jours, & le Roi d'Espagne acompagné de toute sa Cour assista au ridicule & indigne spectacle.*

(i) Non praeteriit silentio rem CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, in cuius *epist. CCCLXXIX. p. m. 560. 561.* haec lego: *in hoc pacto omnis Bohemicae conuersionis fontes atque capita insunt, — quippe quod tale fuit, vt tumultus, altero anno secuti, causſam daret, sumto religionis, vt fieri solet, praetextu. — Quae & talia scriptores cur praetereant, cum ab iis iustitia ducenda fuerint, ego saepe soleo mirari. Fabulas*

Interdum ex leuibus cauſſis maximae rerum conuerſiones oriuntur, quae, quum vulgo ignorentur, aut ſaltem illas ignorare interſit, alias ſubſtituunt hiſtorici. (l) Non inconueniens igitur

reperies latine deſcriptas in deductione Bohemica A. cIↃ IↃC XX. in lucem emiſſa. Conferendus omnino, qui notatu digniſſima habet, & prolixius omnia exponit, VASSORIVS *tom. III. p. 74. ſeqq. 423. 448. 453.* Inſolens multis viſum fuit, Saxonem ſub initium iſtorum motuum quieuiſſe, deinde, quum non nulla pro fidei ſociis praeſtitiſſet, pacificationem Pragenſem approbaſſe; ſed & hic latent arcana, neque deſunt, qui adfirmant, *Matthiam Hoë*, Theologum in aula Dresdenſi primarium, accepto praemio inductum, Electorem Caeſaris partibus fauentem reddidiſſe. PVFEND. *de reb. Suec. l. VII. §. 43.* THOMAS. *in dial. menſtr. 1688. part. 2. p. 362. ſeqq.* VASSORIVS *tom. III. p. 81. 82. 504. 604.* BAELIVS *ſub voc.* Hoë.

(l) Vide, ſi lubet, non nulla hanc in rem exempla in BAELII *cogit. de cometa* §. *236. tom. 2. p. 467. ſeqq.* Ridiculum propemodum eſt, Henricum IV. Galliae regem ad feſtinandam in Auſtriacos expeditionem, quam caedes eius ſuffl aminauit, praecipue exſtimulatum fuiſſe illicito erga Condaeam, quae cum marito Bruxellas aufugerat, amore.

Digitized by Google

tur videtur, historicas veritates cum physicis comparare. Physici effectus in sensus incurrunt, caussae maxima ex parte latent. Eadem ratione ex historicis discimus, hoc vel illud factum & gestum esse; verae autem rerum circumstantiae, quae toti quasi machinae primum motum impresserunt, non semper aperiuntur. LEIBNITIVS hanc in rem ita disserit: (m) *Pleraque latent in potentum actis caussisque negotiorum, praesertim cum saepe exigua & non obseruata maiorem opinione vim habeant. Sic forte vox falsior relata vel ficta Principis aut rerum Ministri animum pupugit, aculeumque reliquit; vnde occulti*

 sti-

re. *L'absence de son* Bel-Ange, *c' est ainsi qu'il appelloit la Princesse de Condé, lui tenoit au coeur plus que toute autre chose.* VASSORIVS *tom. 1. p. 18.* Sed Henricus iste magnus, muliebri quando amore tentabatur, omnino erat paruus, quod non diffitetur PEREFIXIVS *in vita eius p. m. 295.*

(m) adfert haec ex *cod. iur. gent. diplomatico*, quem ad manus non habeo, THOMASIVS *de fid. iurid. c. 2. §. 38.* sed optime §. 41. monet, distinguendum esse inter id, quod ab historicis fieri solet, & inter id, quod fieri debet.

Digitized by Google

stimuli odiorum & vindictae, quaesitis in speciem coloribus velati. Et non raro magnos rerum motus excitat generosum pectus, ideo tantum, vt nescio quid refutet, quod in sui contemtum trahebat. Saepe etiam vnam noctem Principis male dormiendis, & inde consilia acerba ex praesenti animi vel corporis habitu capta, mox multa millia miserorum sine sanguine luerunt. Interdum muliebris impotentia maritum vel amatorem impellit; saepius affectus ministrorum in Dominos contagio transferuntur. Et fatendum est, vt in scenico opere machinas apparere indecorum esset; ita historiam aliquando nonnihil de pulchritudine amissuram, si fraudes veras semper cernerentur, appareretque heroas subinde puerili studio, aut muliebri libidine, aut etiam seruili cupiditate egisse.

(o)

CAP. II.

Digitized by Google

CAPVT II.

QVID REQVIRATVR AD BONVM HISTORICVM ET QVOMODO DIFFERANT HISTORIA PVBLICA ET ARCANA.

ΣΤΝΟΨΙΣ.

Leges ab historicis obseruandae, vt nihil falsi dicant, nihil veri omittant, vt possint & velint, veritatem scribere, I.

De CORN. TACITO, II.

De IAC. AVG. THVANO, III.

De IO. SLEIDANO, IV.

De GODEFRIDO ARNOLDO, V.

Num monumenta & auctores, ex quibus profecit, indicare teneatur historicus? VI.

Historici leges Ciceronis negligunt, vnde nouum robur pyrrhonismo, VII.

Distinctio historiae in publicam & arcanam. De PROCOPII *anecdotis,* VIII.

De ANT. VARILLASIO, *eiusque anecdotis Florentinis,* IX.

IO. BVRCHARDI *anecdota de Alexandro VI,* X.

MATTHAEI RAZEBERGII *historia arcana,* XI.

Num secunda regularum Ciceronis in historia

ſtoria tantum arcana, non vero in publica, locum habeat? XII.
De lectoris prudentis officio circa diſcrimen hiſtoriae publicae & arcanae, XIII.
Scriptoribus hiſtoriae arcanae accenſeri poſſunt ex antiquis SVETONIVS, *ex recentioribus* VASSORIVS, XIV.
Hiſtorici interdum bona fide contra ſecundam Ciceronis regulam impingunt, XV.

I.

Leges ab hiſtoricis obſeruandae, vt nihil falſi dicant, nihil veri omittant, vt poſſint & velint veritatem ſcribere.

PAucisſimis deſcribere libet, quid ad hiſtoricum fide dignum requiratur, ſcilicet, vt & poſſit & velit veritatem ſcribere & ad poſteros propagare. Debet igitur eſſe vir rerum gnarus, prudens, cordatus. Iſtae ingenii & animi dotes quum non adeo frequentes ſingulae reperiantur, nedum coniunctae; mirum nemini videri debet, non adeo magnum eſſe bonorum hiſtoricorum numerum. Apte & breuiter leges illis obſeruandis expreſſit CICERO: (a) *Quis neſcit, primam eſſe hiſtoriae legem, ne quid falſi dicere audeat, deinde, ne quid vere non audeat; ne qua ſuſpicio gratiae ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis.* Quibus

(a) *De oratore lib. 2. c. 15.*

Digitized by Google

bus adeò possunt, quae alibi habet: (b) *Testes fide dignos esse, quibus caussa iustissima est, cur scire potuerint, nulla, cur mentiantur.* Naſcitur ex dictis haec definitio: BONVS HISTORICVS EST, QVI ET POTEST ET VVLT DE REBVS GESTIS VERITATEM, ETIAM QVANDO ODIVM ILLA PARIT, SCRIBERE, ET NEQVE CREDVLVS EST, NEQVE MENDAX. Nullum horum officiorum negligi debet a cordato hiſtorico. Non ſufficit, ſi nihil adfert veritati aduerſum, ſed & operam dare debet, ne aliquid eidem conſentaneum ſilentio inuoluat. Minime hic valet regula: *Fauorabilia ſunt extendenda, odioſa reſtringenda.* Non is tantum contra candoris legem peccat, qui aliquid falſi profert; peccat etiam, qui veritatem, ad quam dicendam obligatio ipſi incumbit, ſciens volensque reticet. Neque plura dicere debet hiſtoricus, quam quae vera ſunt, ſed neque pauciora. Quae enim alioqui foret differentia inter hiſtoricum, & Oratorem panegyrico ſtilo incedentem? Orator publice & aperte falſa

(b) *pro Quintio c. 18.*

Digitized by Google

non facile dicit, ne nimis crassum sit artificium, sed ita laudat, vt laus veritatis speciem referat, non raro etiam vera sit; at vitia, naeuos, & alia, quae ad scopum non faciunt, praeterit & dissimulat. Historicus haec vestigia sequi non debet, si pro suspecto a prudentibus rerum aestimatoribus haberi nolit. *Peccata omissionis*, liceat nunc ita loqui, eandem, quin seueriorem interdum, censuram in historia merentur, atque *peccata commissionis*. Sed ita multi rerum gestarum scriptores comparati sunt, vt, quum primum animum ad scribendum appulerunt, id sibi negotio credant datum esse, populo non tantum, sed & praecipue magnatibus vt placeant, quas componunt, fabulae. (c)

II.

De CORN. TACITO. Bonis historicis accenseri solet CORN. TACITVS, neque iniuria. Reprehendunt multi singularem stilum, sed ille quidem rerum veritati nul-

(c) Legenda, quae accurate de officio boni historici annotarunt IO. CLERICVS *in Parrhas. tom. I. p. 131. seqq.* & HEVMANNVS *in act. philos. vol. I. p. 390. seqq.*

Digitized by Google

nullum adfert detrimentum, quamquam non facile imitandus: (d) alii obseruant, suspicionibus nimium indulgere Tacitum, atque multorum dicta & facta in scriptis suis torquere non in eum finem, quem illi, qui dixerant, vel fecerant, intendebant, immo ne quidem de illo cogitabant, sed quem callida Cornelii diffidentia, & peruersum

(d) Non eam ob rationem dissuadeo imitationem dictionis Taciti, quod eam non ferendam putem, sed in ea sum sententia, pauciſſimos tali ingenio praeditos esse, vt Tacitum feliciter imitari queant. Tentarunt hoc recentiori aeuo GABR. BARTHOL. GRAMONDVS *in hist. Gall. ab excessu Henrici IV*; huius continuatur BENI. PRIOLVS *de rebus gall. ab excessu Ludou. XIII.* denique HVGO GROTIVS in *annal. & hist. de reb. belgicis.* Primus est imitator ieiunus; alter plane ineptus; tertio melius succesſit, quod susceperat, opus, si ad priores comparetur, neque tamen satis feliciter. Obscuritate Tacitum superat, prudentem & argutam breuitatem eius non adsequitur. HIERON. BIGNONIVS, quum ineditum Grotii laborem legisset, non probauit breuitatem orationis obscuritati obnoxiam, paeneque Grotio persuasit, vt reſcriberet. Vid. IO. HENR. BOECLERI *praef. in comm. ad Grot. d. J. B. & P. p. 30.*

Digitized by Google

sum ex suo ingenio alios iudicandi studium dictitabat. (e) CASP. SCIOPPIVS (f) obiicit tyrannicas artes nimis aperte reuelatas, vnde lectio eius Principibus non posset non esse noxia. Fateor me non satis capere, quo-

(e) Vid. IO. ALB. FABRICII *bibl. lat. vol. 1. p. 474.* qui & *vol. 2. p. 757. Dominici Bohurii* verba adfert, magnum politicum fuisse Tacitum concedentis, excellentis historici elogium ei denegantis. Sed prudentia & veritatis studium aeque laudari merentur in Tacito, adeoque insignem ille locum obtinet inter historiae pragmaticae scriptores. Et quamquam non desint, qui eum carpunt, vid. BAELII *dict. sub voc.* Tacite, EVREMONIVM *tom. 2. opp. p. m. 288. seqq;* plures tamen laudant. BOECLERVS *in hist. princ. schola p. 49. singula eius verba pragmatici aliquid momenti inferre;* IO. ANDR. BOSIVS *de compar. prud. ciuil. §. 30. eum paene ediscendum politices studioso,* iudicat. Habent hae laudes aliquid metaphorae, natae ex nimio, quo in antiquos viri docti feruntur, amore: interea eminet vtique inter egregios historicos Tacitus, quos tamen nec inter recentiores deesse vel sola VERVLAMII. *hist. Henr. VII. Angliae Regis* ostendit, quam exemplum, immo exemplar historiae perfectissimae nominat ex vero HEVMANNVS *in proleg. hist. §. 20. p. 14.*

(f) in *diatribe de offic. histor. p. 153. seqq.*

Digitized by Google

quomodo Tacitus Tiberium, hominem ſubdolum, malignum, & ſpurcum, eiusque ſucceſſores, ipſo haud meliores, aliter depingere vel potuiſſet, vel debuiſſet, quam quales erant. Si mali redduntur homines, & ad vitia exſtimulantur, quoties legunt vitia aliorum in litteras relata, ſeuera tamen ſimul cenſura, quam non omittit Tacitus, notata, ſane a lectione codicis ſacri abſtinendum erit. *Tacitus* ipſe mentem ſuam ſatis explicat, quando ait: (g) *Hoc praecipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileantur, vtque prauis dictis factisque ex poſteritate & infamia metus ſit.* Tacitus haud iniuria laudat *raram temporum*, in quae incidit, *felicitatem* (h) *vbi ſentire ipſi, quae volebat, & quae*

(g) *Annal. III. 65. 1.* Huc pertinent, quae habet IO. CLERICVS *in bibl. ſelecta tom. VIII. p. 149. Je me ſouviens d'avoir oüi dire à un homme illuſtre, que parlant un jour de* Marie d'Ecoſſe *avec la feuë Reine* Marie d'Angleterre, *lors qu'elle n'étoit que Princeſſe d'Orange, & lui diſant que je ne ſai quel Hiſtorien Catholique Romain en avoit parlé indignement, elle lui répondit, que les Princes ne deuoient pas faire des actions blâmables, s'ils ne vouloient pas être blâmez.*

(h) *Hiſtor. I. 1. 5.*

Digitized by Google

quae sentiebat dicere, immo scribere *noluit. Vt omnes historici essent aut* Taciti, *aut* taciti, ingeniosum est HEVMANNM (i) votum, qui & egregie observat, (l) Tacitum, ex amore & veneratione a suo candore paullisper recedentem, Julium Agricolam socerum non multo aliter describere, quam suum in idea sapientem solent Stoici. Quae de Iudaeis & Christianis habet erronea, admitti, non possunt, magis tamen hic ex ignorantia & incuria, quam dedita opera peccauit (m) Et ista

(i) *In actis philos. vol. I. p. 418.* Egregie quoque hic ad rem faciunt WEISMANNI verba: *non est rabulisticis legibus constringenda historia, vt hodie fit a multis, quarum neruus in eo consistit, vt veritatum siue certarum, siue probabilium, sed quae odiosae sunt atque parum honorificae, probatio reddatur difficilis & suspecta, quia non semper forensi legalitate possunt demonstrari.* Vid. *notit. auctor. praemissa hist. eccl. p. 45.*

(l) *loc. cit. p. 398. 399.*

(m) De Christo & Christianis agit *annal. XV. 44.* de Iudaeis *histor. V. 2. seqq.* Aeque inepta de his habet IVSTINVS *XXXVI. 2. seq.* Poterant isti scriptores veriora discere ex historia sacra, graece tunc iamdudum exstante: sed gens Iudaica, quae reliquas gen-

ista quidem ita comparata sunt, vt nemini facile imponere queant. De moribus Germanorum satis bona fide eum scripsisse, multa & ipsum expertum esse, sed, quum Romani non intrauerint interiora Germaniae, multa etiam ex relatione hausisse, eaque comparando ad mores Romanorum falso sibi imaginatum esse, quippe non cohaerentia cum moribus aliis, egregie monet THOMASIVS. (n)

III.

Illustris vir IAC. AVGVSTVS THVANVS, magno eruditionis, librorum & monumentorum apparatu instructus, integrae quoque fidei & consummatae prudentiae, locum insignem inter aeui recentioris historicos optimo iure meretur. Persecutus est res ab A. cIↃ IↃ XLVI. ad cIↃ IↃc VII. per vni-

De IAC. AVGVSTO THVANO.

gentes contemnebat, ab his rursus odio habebatur, vnde genuina eius monumenta negligebant Romani, omnibus, quantumcumque corruptis, rumoribus admissis. Pyrrhonismo autem multum roboris accedere tam manifestis egregiorum scriptorum peccatis, quis non videt? Legenda celeb. BVDDEI *hist. eccl. V. T. tom. I. p. 548. seqq.*

(n) *in delin. hist. iur. Rom. & Germ. §. 76.*

vniuersam Europam gestas, atque instar bibliothecae historicae illorum temporum haberi potest. Quum primum specimen operis in lucem veniisset, mirifice quidam applaudere, alii contra vellicare. Diligentiae, scientiae, eloquentiae, atque etiam prudentiae laudem inuidia atque malignitas viro eripere non poterat: candorem ac fidem arguere, perdifficile videbatur: libertatem autem ingenuam multi aegre ferebant. Inter censores MARCVS VELSERVS quoque fuit, vt ex BOECLERO (o) discimus, fuit etiam IVSTVS LIPSIVS. (p) Sed faci-

(o) *Annot. pol. in* Taciti *libros hist. p. 92. seqq.*

(p) Vid. CLERICI *Parrhas. tom. I. p. 194. seqq.* Ineptum est LIPSII iudicium, libertatem, qua *Thuanus* scripsit, non conuenire isti saeculo. Nihil aliud enim indicat, quam vera scripsisse Thuanum, sed parum gratâ. Non apta est, sed apta esse debebat omnibus saeculis vera libertas, & libera veritas. Nemo tenetur in sentiendo alterius esse mancipium. ISAACVS CASAVBONVS, more suo graecissans, istiusmodi Thuani censores vocat παιωλεις παππομανεντες, homines exitiabiles, insano Papae amore correptos, quorum furor exarserit ad illius libri lectionem. Vide *epist. Gudianas p. 158.*

Digitized by Google

facile apparet, vnde illae lacrimae. Ferre non poterant Pontificii, ea, quae ad religionem pertinent, summa aequitate

p. 158. Apologiam ipse suam dedit THVANVS, non tantum in *praefatione operis historici*, sed & in *comm. de vita sua lib. V. p. m. 1224. 1225.* vbi & amici carmen, quod ita incipit:

POSTERITATI.

Libertatis ego nimiae, verique quod acer
Adsertor fuerim, vitiorumque horridus
osor,
Et Romae & nostra passim traducor in
aula.
Quid faciam? quo me vertam? quo iudice
causam
Defendam? iudex idem accusator & in-
dex.
Tu modo, Posteritas, ades incorrupta
roganti,
Et patrocinium desertae suscipe causae.
Scripsimus ista tibi, nil nos ingrata mo-
ramur
Iudicia, & vili plausus mercede redem-
tos.
Nil admirantis praeter praesentia vulgi.
Tempus erit, quo, nunc quae non ita gra-
ta, placebunt,
Cumque odio fuerit satis inuidiaeque li-
tatum,
Praemia pro meritis constabunt iusta
labori.

tate & moderatione tractasse Thuanum, hinc multorum in se odia concitauit, a nonnullis idcirco *politico-catholicus* appellatus, a quibusdam vt *atheus* & *profanus*, peruulgato dudum, sed inepto conuicio, traductus? Thuanus grauius laudari non potest, quam tali reprehensione, quae & adfectum censorum vltro prodit, & praeter fidem ingenuam & simplicem in historico nihil accusat. In nominibus hominum & locorum, aliis etiam leuioribus, lapsum esse quandoque virum egregium, negari nequit: (q) sed neminem ab istiusmodi imbecillitatis humanae indiciis prorsus immunem esse, quis ignorat? Notabile est BAELII iudicium, (r) vnicam THVANI de Carolo V. paginam (s) praeferendam esse integro PRVDENTII DE SANDOVAL, Episcopi Pampelonensis, operi. Quamquam enim laude sua non defraudandus sit Hispanus, quam & liberali-

(q) Euoluendae THOMAE CRENII *animadu. hist. & philol. part. V. p. 191. seqq.*

(r) in *diction. p. 897. edit. 2.*

(s) Est illa *430. lib. XXI. edit. Francof. 1625. fol.* Ita citat BAELIVS, & ita habet quoque meum exemplar.

Digitized by Google

raliter ei tribuunt BIBLIOTHECAE HAMBVRGENSIS HISTORICAE collectores: (t) soloecismos tamen exstantiores, ex nimio laudandi studio ab eo commissos, recte notauit FRANC. MOTHAEVS VAYERIVS. (u) De Thuano, variis eius editionibus, earumque discrepantiis, plura reperiuntur apud scriptores, quos infra indicaui. (x) Num filio

 Fran-

(t) *Centur. VIII. p. 136.* Specimina quaedam ex versione Sandouallii latina, studio ADAMI EBERTI elaborata, quae manuscripta adseruatur, adferunt NOVOR. LITT. GERM. *collectores 1704. p. 288. seqq.*

(u) *In disc. de hist. tom. oper. 2. p. 139. seqq. ed. in 12.* Paucos dabo: Sandouallius Caroli genealogiam ad Adamum vsque producit, quod & notauit celeb. MENCKENIVS in *declam. 2. de Charlat. erud. p. 90.* laudum, quibus Principem cumulat, argumenta petit ex epistolis dedicatoriis; iura Hispanorum in Americam ex donatione Pontificis deriuat; captiuitatem Philippi magnanimi obtentu cauillatoriae scripturae dissimulat; solem eo die, quo praelium prope Mühlbergam commissum fuit, a motu quieuisse serio adfirmat. Mitto reliqua.

(x) Consule CAPS. SAGITTARII *introd. in hist. eccl. cap. 12. §. 12. p. 153. seqq.* IO. ANDR. BOSIVM *de comp. prud. ciuil. §. 38.*

Digitized by Google

Franciſco Auguſto Thuano patris verba nonnulla, quae offenderint Richelium, fatalia fuerint? quaeſtio eſt, pyrrhoniſmo hiſtorico valde expoſita. (y)

IV,

38. AVGVST. GROSCHVFII *nouam libr. rar. collect. in praef. ad Faſcic. I. p. 28. ſeqq.* qui & *faſciculo 2.* IO. PETRI TITII *recenſ. volum. hiſt. Thuani, faſciculo 3.* pſeudonymi IO. BAPT. GALLI *notat. in Thuanum*, additis vtrobique obſeruationibus, inſeruit, BIBL. HISTOR. HAMB. *cent. 2. art. 1.* & omnino venerabilis Viri IO. FABRICII *hiſt. biblioth. Fabric. part. III. p. 47. ſeqq.*

(y) Auctor rei eſt GVIDO PATINVS, qui in *epiſt. ſelect. tom. I. num. CXXIV. p. m. 486.* haec ſcribit: *J'ai toûjours dans l'eſprit le paſſage de l'hiſtoire du Preſident de Thou, où il eſt parlé* d'Antoine de Richelieu appellé vulgairement le Moine, *qui a couté la vie à ſon petit-fils.* (Volebat dicere: *à ſon fils*, vt ſtatim videbimus.) *Il eût bien mieux valu ne pas écrire.* Porro *epiſt. CCCCXCII. tom. III. p. m. 432.* addit: *l'hiſtoire de Monſieur le Preſident de Thou eſt belle, & plus que belle: mais elle deplût ſi fort au Cardinal de Richelieu, qu'il en fit perdre la vie au fils ainé de l'Auteur — — & cela pour un paſſage d'Antoine du Pleſſis de Richelieu, - - - qui commence ainſi*: Antonius Richelius, vulgo dictus monachus &c. En verba *Thuani* quae *lib. XXV. p. m. 495. b.* leguntur:

Digitized by Google

IV.

De IO. SLEIDANO circumferuntur contraria iudicia Caroli V. Caesaris. Modo enim dixisse perhibetur: *aut proditores habemus consiliorum, aut scriptor* *De IO. SLEIDANO.*

tur: *instituta & noua equitum sclopetariorum custodia, quibus praepositus est Antonius Plessiacus Richelius vulgo dictus monachus, quod eam vitam olim professus esset, dein voto iterato omni se licentiae ac libidinis genere contaminasset.* Meminit huius rei BAELIVS *in dict. sub voce* Louis XI. *lit. M.* & acriter deinde *Patinum* refutat *sub voce* Louis XIII. *lit. R.* hac praecipue ratione motus, non opus fuisse, vt Richelius causſam remotam mortis Thuani quaereret in verbis historiae paternae, quum propinqua non defuerit, silentium videlicet Quinquemartio seruatum, qui pernicioſa regno consilia agitabat, & Richelii vitae struebat insidias. At semper recurrit dubium: num absque omni spe veniae pereundum fuisset Thuano, si pater haec non scripsisset? Elati animi & vindictae cupidissimus erat Richelius: apud tales

manet alta mente repostum,

si quid in illos aut propinquos parum honorifice dicitur, quamquam verissime dicatur. Fauor iudicis quemadmodum plus valet, quam fauor legum: ita animus eius iam antea exacerbatus magis nocet, quam vigor legum. Certi aliquid determinare non licet:

ptor ille familiaris ſpiritus reuelatione iſta didicit, (z) atque delectatus lectione obſtupuiſſe ſecretiſſimarum, quas videbat, rerum narrationem, & commendaſſe veritatem, (a) addito elogio: *aua Slei-*

cet: ſufficit, *Patinum* rem narrare, cuius absque dubio indica habuit, non vero abſurdam, vt quidem exiſtimat *Baelius*. Et VASSORII ex *tom. X. part. 2. p. 644. 645.* verba: *Ainſi mourut à l'âge de trente-cinq ans, ou environ, François Auguſte, fils aîné de l'illuſtre Jacques Auguſte de Thou Preſident au Parlement de Paris, & Auteur de l'excellente Hiſtoire univerſelle de ſon temps, que les gens d'eſprit liſent avec admiration. Quelqu'un a dit dans une épitaphe de François Auguſte, que le Cardinal haïſſoit le nom & la poſterité du Preſident de Thou, parce que dans le XVII. livre de ſon Ouvrage il ne diſſimule pas les mauvaiſes qualitez & les méchantes actions d'Antoine du Pleſſis de Richelieu ſur nommé* le Moine. *Le Cardinal auroit-il porté ſi loin ſa délicateſſe & ſon reſſentiment? C'étoit un homme extrémement vain & vindicatif, je l'avoüe. Cependant, il ne deſcendoit point de cet Antoine du Pleſſis de Richelieu, qui fut tout au plus ſon grand-oncle.*

(z) SAGITTAR. *introd. in hiſt. eccl. p. 112.* ex Io. Lampadio & Berneggero.

(a) BAELIVS in *dict. ſub voc.* Tapper *lit. E.* ex apotheoſi Tapperi.

Digitized by Google

Sleidanus est meus Cancellarius, aut mei Cancellarii fuerunt mei proditores; (b) modo Sleidanum accusasse, quod falsa de se scripserit, (c) quin praelecta aliquando eius historia exclamasse: *mentitur nebulo, mentitur nebulo.* (d) His addi solet vox Christoph. Carolouitii, magnae in aulis Saxonicis dignitatis viri, a *Matth. Dresse-ro* in litteras relata: *Sleidani historia adimit mihi fidem omnium superiorum historiarum,* (e) & sinistrum Iulii Pflugii, Episcopi Numburgensis, iudicium. (f) Quin eo accurationis nonnulli processerunt, vt audacter adfirmarent, Sleidanum vndecies millies mentitum esse. (g) Haec

(b) IAC. FRID. REIMMANNVS, Vir clarissimus, in *hist. litt. Germ. tom. V. p. 372. ex* Popebliountio *ad* Berneggerum *prouocante.*

(c) PAVL. COLOMESIVS in *miscell. operum* a Fabricio *editorum p. 816. ex* Pontano, *Iesuita,* quod probe notandum.

(d) REIMMANNVS *loc. cit. p. 370. 371.* auctorem nominans *Laur. Surium*, eumque, vt meretur, censura notans.

(e) Verba *Dresseri* exhibet THOM. GRENIVS *animadu. phil. & hist. part. VI. p. 205.*

(f) REIMMANNVS *loc. cit. p. 371.*

(g) Fecerunt hoc *Valerius Andr. Desselius* in *biblioth. belg.* ad quem pronocat SAGITTAR. *loc. cit. p. 115.* & *Barthol. Latomus,* quem,

vero omnia efficere non possunt, vt de Sleidani veracitate & integritate quispiam extra partium studium positus dubitet. Malignae de eo sententiae vel rumusculis nituntur vel a testibus profectae sunt non parum suspectis. De Carolouitio recte obseruat SAGITTARIVS, (h) eum forsitan optasse, aliter nonnulla, de consiliis praecipue Mauritianis, a Sleidano scripta fuisse, atque secundum acta, quibus vsus est historicus, factum, ac id propter non adeo bene ipsi eiusque commentariis voluisse. Ad Sleidani fidem corroborandum sufficit, eum propemodum nihil aliud egisse, quam quod relationes, protocolla, litteras & acta, in tabulariis Argentoratensibus reperta, latinitate donauerit, praelegisse etiam in publico consessu historiam suam senatui, antequam typis exscriberetur. (i) Caussam ipsemet suam viuus egit in apologia, quae plerisque commentariorum editionibus praemitti solet: post fata eius, praeter multos alios, egregie & accurate defen-

quem, praeeunte *Ittigio*, indicat REIMMANNVS *loc. cit. p. 370.*

(h) *loc. cit. p. 112.*

(i) SAGITTAR. *loc. cit. p. 113. 114.*

Digitized by Google

fendendam suscepit immortalis memoriae Vir, illustris VITVS LVDOVICVS A SECKENDORF. (l) Ceterum quae omisit Sleidanus, (m) mala fide eum omisisse, ostendi adhuc non potuit, factum id potius ex defectu monumentorum, vel quod nonnulla ipsi non satis essent cognita. Editionum variationes, quae ab aduersariis, & inprimis a Varillasio, obiiciuntur, (n) pauciſſimae sunt, neque

(l) in *praeloqu. ad comm. de Luther. a. 4. b.* conf. *addit. I. ad praeloqu. & supplem. ad indicem I. num. LXXI.* Obseruatu praecipue digna sunt haec eius *lib. III. §. CVII. num. 10. p. 437. b.* verba: *notanda hic est* Surii *proteruia, qui in historia actorum Colonienſium* Sleidano, *ſine omni argumento & probatione, mendacia imputat, perfrictae frontis homo, & impudentiſſimus calumniarum & conuitiorum architectus; neque enim aliud ſcripſit* Sleidanus lib. XV. *& alibi, cum de reformatione hac tractat, quam quae cum actis publicis, & in Principum ſcriniis repoſitis, conueniunt.*

(m) Omissa quaedam suppeditabit *Georg. Sabini* epistola ad *Sleidanum*, quam habes apud CRENIVM *loc. cit. p. 209. ſeqq.*

(n) Vid. SECKEND. *loc. ſupplem. cit.* qui ibidem innuit, ita edoctus a Viro clarissimo *Herm. Hardtio*, Sleidano viuo non nisi

vnam

tanti momenti, vt ipsa rerum capita tangant, vel Sleidani fidem possint reddere dubiam. (o)

V. Pro-

vnam editionem commentariorum, anno cIↃ IↃ LV. a *Wendelino Rihelio* coeptam, & ab heredibus eius absolutam, forma maiori siue in folio prodiisse. Haec ex *Seckendorfio* repetit SAGITTARIVS *loc. cit. p.* 115. Addit vero in annotationibus paginae Subiectis ex *Hortledero*, bis vno anno Argentorati Sleidanum prodiisse. Huius vt sententiae accedam facit visa mihi editio Sleidano viuo emissa *Argentor. clↃ IↃ LV.* 8. partibus duabus absoluta, & XXV. libros tantum complectens. Ea est vel omnium prima, vel simul cum illa formae maioris, de qua *Seckendorfius*, quam inspicere mihi nondum licuit, euulgata. En verba initialia moniti ad typographos: AVTHOR TYPOGRAPHIS. S. *Librario sum vsus ad hoc meum institutum Wendelino Rihelio, cui certe iuuentus non parum debet, ipsius adiuta fideli ministerio & opera.* Possideo editionem, quae *Argentor.* per *Iosiam Rihelium* 1561. 8. lucem adspexit. Saepe mirari soleo, cur Sleidanus, auctor rarus, vtilissimus, bonus, nouo ornatu vestitus non compareat? Meretur hoc sane prae multis aliis.

(o) Praeter auctores indicatos vid. IO. BODINI, qui Sleidanum laudat, *meth. hist. cap. 4. p. m. 50.* THVANI *elog. vir. doct. cum* TEIS-

Digitized by Google

V.

Prodiit nostris temporibus GODEFRIDI ARNOLDI historia religionis & haeresium, a partium studio, vt inscriptio operis habet, libera, in quam, & pro qua multa vtrimque scripta esse, quis ignorat? De hoc libro quum iam olim, pro ea, quae in rep. litteraria cuilibet concessa esse debet, de aliorum laboribus candide & modeste iudicandi libertate, mentem meam aperuerim, (p) paucis additis vel clarius expositis antea dicta repetam. Scilicet facile vidit Arnoldus, primarium scopulum, in quem impingere solent historiae ecclesiasticae scriptores, esse nimium odium dissidentium, & nimium amorem eorum, qui eadem sacra colunt, quem naeuum nostri in Pontificiis, optimo quidem iure, reprehendere solent. Optandum esset, vt omnes, qui tuentur veritatem, vbique etiam in rebus historicis obseruassent candide, quid intra iliacos muros, *De GODEFRIDO ARNOLDO.*

TEISSERII *addit. tom. I. p. 108. seqq.* MELCH. ADAMI *vit. philos. p. 82. edit. Franc. 1705. in fol.* WEISMANNI *notit. auct.* praemissam *hist. eccl. p. 38.*

(p) In *medit. de hist. philos. & art. orat. §. 4.*

Digitized by Google

ros, quid extra peccatum fuerit: sed optandum, non facile sperandum. Id igitur suscipiendum sibi existimauit Arnoldus, vt medium teneret inter scyllam & charybdim, daretque historiam ecclesiasticam stilo liberori scriptam. Ardua res, & periculi plena. Suscepit tamen illud, de quo agimus, opus, & in lucem publicam emisit. Multa in eo reperiri, optimo iudicio scripta, qualia in aliis eiusdem argumenti libris frustra quaeruntur, negari nequit. Apostolica simplicitas & status primae ecclesiae pro norma ponitur: modus agendi contra dissentientes, cum christiana charitate parum conueniens, improbatur: vitia magnorum in ecclesia & republica virorum non tacentur? multos haereseos macula notatos, vel errorum, vel criminum falso insimulari, ostenditur. Ex quibus omnibus colligere licet, Arnoldum facta & res gestas mala fide aut data opera non corrupisse, aut occultasse, falsasque illis circumstantias adfinxisse. Quemadmodum vero, dum praeiudicatae aliorum opiniones a viris doctis obseruantur, fieri potest, vt nouae non sentientibus obrepant; ita sapiens & discretus lector sequentes in Ar-

Digitized by Google

Arnoldo naeuos facile animaduertet: propendet in ſiniſtras aduerſus illos, qui ipſi diſplicent, vel quorum feruorem & dominatum in conſcientias non approbat, ſuſpiciones, & inde natas coniecturas: in ſcriptis & miraculis ſuppoſititiis admittendis facilem ſe nimis praebet: theologiae myſticae addictos pro teſtibus veritatis habet, dogmata illorum obſcura, & cum ratione pugnantia commendat, ſingulares actiones & ecſtaſes pro motibus ſpiritualibus venditat: & ſi quae ſunt alia huius generis. Ipſe vero in ſupplementis, illuſtrationibus, & emendationibus ingenue multa correxit. (q)

VI.

(q) Conf. THOMASII *cautel. circa praecogn. iuriſpr. eccleſ. cap. III. §. 41. 42. hiſt. content. inter imp. & ſacerd. append. cap. 2. §. 79. p. 535. ſeqq.* WEISMANNI *notit. auct. ante hiſt. eccl. p. 43.* quem Arnoldi imitatorem eſſe perperam a nonnullis creditur. Vitauit Arnoldi naeuos ſolicite, virtutes ſuperauit. De *Arnoldo* breuiter, ſed bene PFAFFIVS in *hiſt. theol. litter. p. 169. 170.* iudicat: *notandum eſt*, Arnoldum *orthodoxis noſtris nimis infenſum, & Fanaticis, quos vocant, nimis amicum exſtitiſſe, etſi nihil ex malitia vtique ſcripſerit. Idem, cum*

Digitized by Google

VI.

Num monumenta & auctores, ex quibus profecit, indicare teneatur historicus?

Quae litterarum monumentis consignata posteritati tradunt historici, aut ipsi viderunt vel audiuerunt, aut ab aliis acceperunt fide dignis. Hi vt nominent monumenta & testes suos, siue manuscripta adhuc lateant, siue in publicam prodierint lucem, omnino officii eorum esse existimo, si opinionem ingenuitatis apud lectores sibi conciliare cupiunt. Equidem Vir omnigenae eruditionis laude clarissimus IAC. PERIZONIVS (r) in ea est sententia, abhorrere prorsus a continuis citationibus historiam, in qua fidei & diligentiae auctoris aliquid sit tribuendum. Si controuersa, dubia, aut plane noua, aliterue ab aliis tra-

cum in seculis Reformationem antecedentibus luculentam eruditionem historicam profecto haud demonstrauerit, praecipuumque nihil atque insigne habeat, quam interni Ecclesiae cuiusque seculi status delineationem; in seculis duobus posterioribus & Fanaticorum maxime, quos ita adpellant, in historia luculentissimum & eruditissimum sese exhibet.

(r) In *praef. ad lector. comm. hist. rer. sacc. XVI. gestarum praemissa* ** 3. *a. seqq.*

Digitized by Google

tradita adfirmentur, tum vero argumentis agendum, & idoneis rerum documentis probandum vnumquidque; at si ex vulgatis iam probatisque scriptoribus singula repetantur, ineptum fore, margines superuacuis onerare citationibus. Neque vmquam id feciſſe priſcos, Salluſtium, Liuium, Tacitum, quorum ſe tueri exemplo apud hodiernos antiquitatis cenſores abſonum quidem habeatur, nec etiam poſtremae aetatis auctores, Buchananum, Emmium, Sleidanum, Thuanum, Chytraeum, alioſque innumeros. Nuper admodum ſpecioſam iſtam ambitionem ortam eſſe, in Gallia potiſſimum: iſtos vero nouitios ſcriptores tanto minus adhibere fidei, quanto plus in marginibus oſtentant, quod Maimburgii & Varillaſii exempla luculenter oſtendant. Maluiſſe igitur ſe priſcorum ſequi veſtigia, longo & conſtanti prorſus vſu probata; quam inutilia fere nouorum hominum ſeu inſtituta, ſeu praecepta. Notas ſe ceteroqui ieiunis iſtis citationibus longe praeferre, ſed & eas in ſuum ipſius & huius generis libellum edere, ab decoro alienum plane duxiſſe. Ad has vero doctiſſimi PERIZONII rationes,

non

Digitized by Google

non ſine inſigni ſpecie allatas, multa poſſunt reſponderi. Hiſtoricum genus ſcripturae tantum abeſt, vt a citationibus abhorreat, vt potius lector ſuo quodam iure illas poſtulare queat. Prima ſtatim quaeſtio, quae hiſtorias legenti in mentem venit, haec eſt: vnde auctor haec ſua deſumſit? num teſtibus vſus eſt idoneis atque fide dignis? cur illos non nominat, quos tamen, quum inter ſcribendum ante oculos habuerit, facillimo negotio nominare poterat? vtique fidei & diligentiae auctoris aliquid eſt tribuendum; magis vero tribuetur, ſi candide aperiat, ex quibus profecerit. Secundum regulas iuris quilibet praeſumitur bonus, donec probetur contrarium: at ſecundum praecepta philoſophiae, quibus innititur iudicium hiſtoricum, quilibet praeſumitur, vt molliſſime loquar, homo, a quo nihil humani alienum, donec probetur contrarium. Multa ſane, ad rerum circumſtantias quod attinet, ſunt controuerſa: quae ſatis certa nonnullis videntur, aliis vlteriori indagatione habentur digna: ſcriptores non raro inter ſe diſſentiunt: fontes igitur narrationis, ſi generaliora excipias, de qui-

Digitized by Google

quibus nemo dubitat, indicandi ſunt, quos ſi antea ignorabat lector, erudit eum hiſtoricus, ſin perſpectos habebat, faciliorem ſaltem reddit eius laborem, ſi accuratius in veritatem inquirere velit. Exempla nihil probant, poſſunt enim exempla exemplis opponi, quorum quae meliora ſint, rationibus demum diiudicandum eſt: & veterum exempla ſemper praeferenda eſſe recentiorum exemplis atque conſuetudini, generatim admitti non poteſt. Priſcorum inuentis aliquid addere licet, ſemperque licebit illis, qui poſt eos nati ſunt: & hi aliquando priſci erunt, pariaque in eos ſtatuent, qui ſequentur. Mores etiam circa libros variant: cur vero non ſequamur nouos mores, qui multum habent commodi, nihil prorſus incommodi? Sleidanus, Thuanus, Chytraeus, res ſcribebant ſuorum temporum, aut certe plerasque a ſuis temporibus non admodum remotas, prior tamen & vltimus ad monumenta in tabulariis latentia prouocant, Thuanus vero in fronte ſingulorum librorum, quibus adiutoribus vſus ſit, ingenue fatetur. Et quis non laudat illuſtrem SECKENDORFIVM, ſin-

Digitized by Google

gulari & ſcrupuloſa propemodum diligentia ſuos teſtes citantem? Parum igitur refert, vndecumque orta, modo bona ſit, haec ſcribendi ratio, quam ſpecioſam ambitionem vocat Vir inſignis, quum tamen negari nequeat, etiam ſub omiſſione citationum ambitionem latere poſſe. Maimburgii & Varillaſii mala fides non debetur teſtimoniis, quae adferunt, ſed mentis in peruerſum actae diſpoſitioni, ipſique, quos nominant, auctores malam eorum fidem ſaepe reuelant. Notae in proprios libellos aeque parum decent virum doctum, atque in alienos & vetuſtos: tralatitium praeterea eſt, de decoro & de guſtibus non eſſe diſputandam. (s)

VII.

Hiſtorici leges Ciceronis negligunt, vnde nouum robur pyrrhoniſmo.

Redeo ad leges Ciceronis, quas hiſtoricis commendauit, ne ſcilicet aliquid falſi dicant, vel aliquid veri omittant. Nouum ex illis robur accedit pyrrhoniſmo, quandoquidem paucisſimi dantur, qui non in alterutram, interdum in vtramque, impingunt. Re-

(s) Vid. NOV. BIBL. *vol. I. p. 124. 125.* HEVMANNI *act. phil. vol. I. p. 410. ſeqq.*

Digitized by Google

Reprehenduntur, & merito quidem, pictores, qui faciem formoſiorem repraeſentant, atque re ipſa eſt, aut maculas & naeuos eiusdem arte ſua tegunt, ſimiles illi, qui regis luſci effigiem ab vno tantum latere conſpiciendam exhibebat. Obtrectationis accuſantur, qui nullas in aliis virtutes agnoſcunt, aut illas extenuant, rurſus leuiſſima errata inſtar enormium criminum exaggerant. Quid igitur de hiſtoricis dicendum, qui rariſſime iſtos ſcopulos effugiunt? Qui vix vmquam mediam viam inter laudes & vituperia, ſatiras & panegyricos, ſuſpiciones & adulandi ſtudium tenent? Nemo propemodum eſt, qui non in limine operis ſtilo ad veri ſpeciem compoſitio lectori perſuadere cupiat, ſe veritatem, tamquam vnicam ſcribendi normam, ſequi, magnoque tradere ſtudio poſteritati; ſed prudens lector, toties hac pollicitatione, cui res parum reſpondet, deluſus, verba ſibi dare non patitur, cautus dignoſcere, quid aera lupinis diſtent. (t)

(t) Adſcribo, quae habet MENCKENIVS in *declam. 2. de charl. p. m. 88. 89.* vbi elegan-

VIII.

Distinctio historiae in publicam & arcanam.

Distingui solet historia in publicam & arcanam Publica est, quae scribitur ab historicis honorario conductis iussu Principum. Posset non incommode vocari *historia imperata.* (u) Rarissime enim

ganter hunc in modum loquitur: *quotusquisque est historicorum, qui non in ipso limine omnia ad vnam veritatis regulam exactissimam redacta liberaliter polliceatur, quos ipsos tamen cum inter se componimus, rarissime videmus conspirare: Herodianus Alexandrum Mammaeae filium accusat, quem laudant Lampridius aliique: Juliani virtutes commendant Ammianus Marcellinus & Montanus, cuius vitia perstringunt alii: Dio facta Bruti & Cassii damnat, probat contra Plutarchus: Paterculus Scianum extollit, pleriique aliis exosum: Claudianus Ruffinum proscindit, Arcadii praeceptorem, quem Zosimus, Zonaras, Eutropius & Paulus Orosius summis laudibus afficiunt.* LVD. MAIMBVRGIVS in *praef. ad hist. Luth.* etiam vir bonus & candidus videri gestit, atque implorat auxilium diuinum ad perficiendum opus, commodis ecclesiae & gloriae Dei destinatum.

(u) Ita appellat VASSORIVS in *praef. ad hist. Lud. XIII.* * *10. b.* quae tota legi meretur. Adscribo verba huc pertinentia: *Il y en a qui font des Histoires* de commande, *s'il n'est*

Digitized by Google

enim tali hiſtorico integrum eſt ſcribere, quae vult, vel quae vera eſſe novit, ſed ad aulae nutum ſe componere tenetur. Multa omittenda, multa coloribus veſtienda ſunt. Qui ſtipendium liberaliter ſoluit, iure ſuo poſtulare ſibi videtur, vt alter ad eius arbitrium ſe gerat. (x) Hiſtoria arcana dicitur, quam auctor nullo iuſſu, nullo emolumento excitatus colligit ex monumentis, quae prae manibus habet, adhibito iudicio, eamque vel viuus in lucem emittit, vel aliis poſt *De PROCOPII anecdotis.*

m'eſt permis de parler de la ſorte. Telle devoit être celle que Ciceron vouloit avoir de ſon Conſulat, dont l'Auteur ne fit pas ſcrupule de louër ſon Héros un peu plus que la verité ne le permettoit. *Les Princes, les grands Seigneurs gagent des gens d'eſprit pour écrire la vie de leurs Ancêtres. Nous en connoiſſons même qui font travailler ſous leurs yeux à leur propre Hiſtoire. Quelle ſincerité, quelle exactitude, quelle inſtruction devons-nous attendre de ces Auteurs, qui nous donneront des portraits hideux ou flatez de ceux qu'ils repreſentent bons ou méchans, ſelon que leur interêt, leurs paſſions, leur envie de plaire à leur Patron, ou bien au Lecteur, les y engagent?*

(x) Vid. HEVMANNI *act. philoſ. vol. I. p. 397. 398.*

Digitized by Google

fata ſua publicandam relinquit. Solent iſtiusmodi hiſtoriae quoque vocari anecdotae, ad imitationem PROCOPII Caeſareenſis, qui vocabulo iam antea vſitato (y) hiſtoriam arcanam de Iuſtiniano, Theodora, totaque aula, quam ſe ſuperſtite in manus hominum venire nolebat, *anecdota* inſcripſit. (z) Edidit ea primus ex biblio-

the-

(y) Anecdota pridem ante Procopium compoſuerat *Theopompus*, quem imitatus eſt CICERO *ad Atticum* ſcribens: *ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo, pangentur.* Deinde *XIV. 17.* addit: *librum illum meum ἀνέκδοτον nondum, vt volui, perpoliui.* Vitioſe citantur haec Ciceronis in HENR. STEPHANI *theſ. lingu. graec. col. 995. c.*

(z) De *Procopio*, eiusque *anecdotis*, plura dabunt Viri litteratiſſimi, IO. FABRICIVS *in hiſt. bibl. Fabric. part. V. p. 237. ſeqq.* qui huic auctori parum fauet; conferendus ergo NIC. HIER. GVNDLINGIVS in *obſeru. ſel. ad rem litter. VII. p. 204.* & *alibi* paſſim; conſulendus & omnino IO. ALB. FABRICIVS *in bibl. graec. vol. VI. p. 248. ſeqq.* Obiter obſeruo, doctiſſ. IAC. FRID. REIMMANNVM *tom. I. hiſt. litt. p. 243.* optare, vt Procopius aliquis exſurgeret, hiſtoriam anecdotam eruditorum ſincere deſcribens. Tentarunt hoc cum applauſu MICH. LILIEN-

Digitized by Google

theca Vaticana *Nicolaus Alemannus*, fidemque mereri probare aggressus est. Non mirandum vero, defensam a pluribus Iustiniani famam, inter quos *Io. Eichelius* anecdota denuo in lucem produxit. (a) Fortissimum, quo Procopius impugnari solet, argumentum est, eum in historia publica & arcana sibi non constare, consequenter aut calumniatorem esse, aut adulatorem; sed exinde nondum effici potest, omnem fidem adimendam esse anecdotis Procopianis. Fieri aliter non poterat, quam vt in historia publica, viuo & vidente Iustiniano composita, contraria exstarent illis, quae continentur in arcana, cuius publicationem non intendebat auctor, nimium viuis scilicet vsus coloribus. Non

LIENTHALIVS de *machiauelliſmo*; MENCKENIVS de *charlataneria eruditorum*; personatus CHRYSOST. MATANASIVS, alii.

(a) De vtraque & *Alemanni* & *Eichelii* editione lege GEORGII BEYERI *specim. 2. notit. auct. iurid. num. XIV. XV. p. 41. seqq.* qui prorsus egregium iudicium addit: *quemadmodum* Eichelius *omnia, quae a Procopio afferuntur, negat, ita* Alemannus *omnia defendit.*

Digitized by Google

laudo, non defendo Procopii assentationem, qua peccauit, libros historiarum scribens: meras vero calumnias esse, quae deinde litteris consignauit, nondum ad liquidum deductum est. Priora scripsit inuitus, & reluctante conscientia: anecdota liberiori animo & calamo: aliosque habet circa ibi tradita in multis consentientes. Diuersas igitur, tempori & occasioni inseruiens, sustinuit personas. (b) Ipse mentem suam clare satis explicat sub initium ἀνεκδότων haec proferens: *Huiusce consilii eam habeo causſam, quod illa scri-*

(b) Idem fecit BVCHANANVS. De Maria in Scoticarum rerum historia non admodum honorifice interdum sentit & loquitur: sed alio vtitur stilo, Poëtam agens. Psalmorum enim paraphrasin Reginae inscribens ita incedit:

Nympha, Caledoniae quae nunc feliciter orae
Missa per innumeros sceptra tueris auos:
Quae sortem anteuenis meritis, virtutibus annos,
Sexum animis, morum nobilitate genus, &c.

Haec nemo facile cum iis, quae supra *cap. 1. §. 17.* attuli, conciliabit.

Digitized by Google

scribere, qua maxime ratione oportuisset, nequaquam expedire tunc mihi videbatur, cum etiamnum superstites forent, qui ea perpetrassent. Certe latere diutius non potuissem, neque supplicio crudelissimo non interire, isthaec si palam & in lucem veniissent. Excerpta ex anecdotis lectu digna dedit GEORGIVS RICHTERVS, Iurisconsultus Norimbergensis. (c) Meditatus est ante triginta propemodum annos illustris THOMASIVS (d) novam editionem historiae arcanae Procopii, coniunctis & Alemanni & Eichelii dissertationibus ac notis, ac introsparsis vtrobique suis obseruationibus, affectus vtriusque & aberrationes a regulis verosimilitudinis indicantibus. Vtinam impleta fuisset spes, quam fecit eruditis Vir summus, vel adhuc impleretur.

§. IX.

De ANTONIO VARILLASIO, eiusque anecdotis Florentinis.

Imitatus est *Procopium*, ad titulum quod attinet, ANTONIVS VARILLASIVS, cuius anecdota Florentina, siue historia arcana familiae Mediceae,

(c) In *oratione de arcanis aulae Iustinianeae*, praemissa *epist. select. p. 50. seqq.*

(d) Vid. *praef. ad nacuos iurispr. Rom. anteiustin. a. 3.*

Digitized by Google

nota sunt. Commendarunt eruditi hunc librum, lectu nec iniucundum, nec inutilem: alia vero VARILLASII scripta acriorem censuram experta sunt, & exiguam, etiam apud cordatiores, fidem inuenerunt. Aiunt, eum prouocasse ad manuscriptos libros nullibi existentes, multa dedita opera corrupisse, in aliis prodidisse suam ignorantiam. Vapulauit itaque PVFENDORFIO, qui mille mendaciorum architectum eum appellat, (e) BVRNETO, SECKENDORFIO, aliis. Obseruari meretur, sub initium VARILLASII opera historica magno applausu fuisse excepta, (f) in laudando viro certantibus inter se, qui excerpta rei litterariae in lucem emittebant: postquam vero prodierat historia motuum, religionis occasione per Europam ortorum, aliam prorsus enatam esse rerum faciem, historiamque motuum magnos excitasse motus. Optime iudicant, qui de VARILLASIO

(e) *in fine. append. ad contin. introd. in hist. p. 916.*

(f) Refert MARVILLIVS: *Messieurs les Etats lui avoient offert une grosse pension pour écrire l'histoire de leur republique.* Vid. *miscell. tom. 2. p. 400.*

Digitized by Google

SIO ita ſentiunt: inſignem habuit occaſionem, rariora colligendi, quum per tot annos eſſet amanuenſis PETRI PVTEANI, bibliothecae regiae Pariſienſis Praefecti: quum vero in hoc gazophylacio, vt fieri ſolet, reperiantur mala mixta bonis, ſatirae & fabulae veris hiſtoriis, vt haec diſcerneret, non ſatis ſemper iudicii adhibuit: vacillat non raro eius integritas, proditque ſuis gloſſematibus non obſcura maligne aliorum actiones interpretandi indicia: ridiculos committit errores circa nomina perſonarum & vrbium, quales ſunt, quando in Saxoniae Electoratu tres Academias nominat, Wittenbergenſem, Lipſienſem, & Miſniam, in Saxonia Ducali duas, Ienam & Thuringiam: (ff) quibus omnibus accedit, eum non ſatis cautum fuiſſe, vt loca monumentorum, & forulos, vbi latitant, notaret, quum enim deinde aditus ad autographa ipſi eſſet occluſus, & in dubium

(ff) Ita & VASSORIVS in *hiſt. Lud. XIII. tom. VIII. part. I. p. 499. 500.* nominat *les Marquis d'Anſpach, de Culembach & d'Onoſpach.* In geographia exterarum regionum facillimus eſt lapſus.

Digitized by Google

bium vocarentur, quae ſcripſerat, non poterat ea probare: vnde tantum non apud omnes ſuſpecti hiſtorici nomen eſt conſecutus. Haec tamen non impediunt, quo minus lectori moderato & prudenti anſam ſuppeditent Varillaſii narrata, multa recondita indagandi. Meras eum ſcribere fabulas, Romanenſibus, vt vocant, ſimiles, quae apud lectorem vniuerſale faſtidium ſtudii hiſtorici excitare poſſint, BAELIO adfirmanti (g) nondum credo. Magis circumſpecte tamen legendam eſſe hiſtoriam religionis, quam reliqua, extra dubium eſt. Non vero accedit ad *Maimburgii* fraudes & impoſturas, quippe qui calumniandi ſtudio & arte Varillaſium ſuperat. (h)

X. Pro-

(g) Vid. *dict. hiſt. crit. ſub voce* Melanchthon *lit. N. p. 2096. a. edit. ſub voc.* Caluin. *lit. B.*

(h) Illuſtrabunt de *Varillaſio* dicta, quae habent MARVILLIVS (verum nomen detexit doctiſſimus IO. GOTTL. KRAVSIVS *in hiſt. libror. part. 2. p. 296. ſeqq.) in miſc. hiſt. litter. tom. 2. p. 394.* vbi egregiae obſeruationes; *auctores* BIBL. HIST. HAMBVRG. *centur. IV. art. 70. ſeqq. p. 233. ſeqq.* clariſſimus IO. GEORG. ECCARD. *in excerptis rei litter. 1701. menſ. Maio p. 32.*

WEIS-

Digitized by Google

X.

Prodierunt, curante illustri LEIBNITIO, Hannouerae cIↃ IↃc XCVI. excerpta ex diario IO. BVRCHARDI, caeremoniarum apud Alexandrum VI. Pontificem magistri. Inscripsit opusculum: *Specimen historiae anecdotae de Vita Alexandri VI. Papae.* Stilus BVRCHARDI ipsa barbara simplicitate iucundus est, res, quas recenset, horrendae sunt & prodigiosae, testis fuit oculatus, nullasque habet blanditias, quibus lectorem allicere solent Satirici, qui delectare duntaxat volunt, veritatis parum curiosi. Audiamus ipsum, speciminis loco, p. 77. 78. ita loquentem: *Dominica vltima mensis Octobris in sero fecerunt tanam cum Duce Valentinensi in camera suae in palatio Apostolico quinquaginta meretrices honestae, Cortegianae*

IO BVRCHARDI anecdota de Alexandro VI.

WEISMANVS *in notit. auct. p. 63.* cuius crisin non possum non addere: *dolendum sane, hunc virum, tanta praecipue in paraphrasibus licentia, scriptis suis. caetera non inelegantibus fidem eousque detraxisse, vt nec in iis facile recipiatur, vbi forsitan vera scribit. Interim ne sic quidem inutilis erit lectoribus iudiciosis, si non directe, saltem indirecte.*

Digitized by Google

gianae nuncupatae, quae post coenam chorearunt cum seruitoribus & aliis ibidem existentibus, primo in vestibus suis, deinde nudae. Post coenam posita fuerunt candelabra communia mensae cum candelis ardentibus, & proiectae ante candelabra per terram castaneae, quas meretrices ipsae super manibus & pedibus nudae candelabra pertranseuntes colligebant, Papa, Duce, & Lucretia sorore sua praesentibus & aspicientibus: tandem exposita dona vltimo, diploides de serico, paria caligarum, bireta & alia, pro illis qui plures dictas meretrices carnaliter agnoscerent, que fuerunt ibidem in aula publice carnaliter tractatae arbitrio praesentium, & dona distributa victoribus. Feria quinta, vndecima mensis Nouembris intrauit in vrbem per portam viridarii quidam rusticus, ducens duas equas lignis oneratas, quae cum essent in plateola S. Petri, accurrerunt stipendiarii Papae, incisisque pectoralibus, & lignis proiectis in terram cum bastis, duxerunt equas ad illam plateolam, quae est inter palatium iuxta eius portam, tum emisi fuerunt quator equi curserii liberi suis frenis & capistris ex palatio, qui accurrerunt ad equas, & inter se propterea cum magno strepitu & clamore morsibus & calceis contendentes ascenderunt equas & coierunt cum eis, & eas grauiter pistarunt & laeserunt,

Papa

Digitized by Google

Papa in feneſtra camerae ſupra portam palatii & Domina Lucretia, cum eo exiſtente, cum magno riſu & delectatione praemiſſa videntibus. Addo elogium FRANC. GVICCIARDINI, viri Pontificiis Sacris addicti, ſed prudentis & cordati, quod huic Papae tribuit: (i) *In Alexandro ſexto ſolertia & ſagacitas ſingularis, conſilium excellens, vis ad perſuadendum admirabilis, & ad res graves pertractandas diligentia ac dexteritas incredibilis fuit; ſed has virtutes longo interuallo vitia moresque turpiſſimi ſuperabant; non ſinceritas in homine, non pudor, non veritas, non fides, non religio, ſed inſatiabilis auaritia, ambitio immoderata, crudelitas plus quam barbara, & ſitis ardentiſſima ſuos, qui non pauci erant, filios quacumque ratione euehendi; in quibus aliqui, ne ad praua conſilia praua deeſſent inſtrumenta, erant nullae in parte minus deteſtabiles patre.* BOHVSLAVS HASSENSTEINIVS, vel, prout hoc nomen ſcriptum reperio, HASISTEYNIVS A LOBKOWITZ,

(i) Vid. *eius hiſt. ſui temporis lib. I. p. m. 3.* Vtor editione latina, ex Italico ſermone per CAELIVM SECVNDVM CVRIONEM conuerſa, quae prodiit *Baſil.* apud *Petrum Pernam* 1566. *fol.*

Digitized by Google

WITZ, (l) Baro Bohemus, Iurium Doctor, Orator & Poëta clarissimus, inter illustres & primos litterarum Mae-

(l) Perdoctum *programma* de Hassensteinii *nomine atque ingenio* adiecit *orationi de tribus scholae finibus* HEVMANNVS Quum vero *p. 46.* fateatur Vir insignis, nondum se oculis vsurpasse carmina Hassensteinii, permittet pro ea, qua me complectitur, amicitia, vt nonnulla huc pertinentia mihique obseruata addam. Prodiit *farrago poëmatum* Hasisteynii *cum appendice per Thomam Mitem, Nymburgenum, Pragae 1570. 8.* cui adiungitur *epistolarum eius appendix, ibidem eodem anno excusa.* Vidi librum in bibliotheca venerabilis POLYCARPI LYSERI, Auunculi mei, Antistitis tunc Wunstorpiensis, nunc Cellensis. Meminit quoque *Hassensteinii*, praeeunte *Trithemio*, CONR. GESNERVS in *bibl. p. 149. b. edit. Tigur. 1545. fol.* Addo DAV. CHYTRAEI testimonium, quod exstat *p. 207. poëm.* in *epist. ad Thomam Mitem* 1569. 20. Ianuar. data: *in primis vero grata nobis & iucunda fuit lectio eruditiss. & dulciss. poëmatum tuorum & scriptorum* Bohuslai Hasisteynii, *cuius ingenio tota Germania nullum eo tempore habuit praestantius & politius.* AEGIDIVS PERIANDER in *Germania*, qui liber *doctor. viror. elogia ex diuersis poëtis collecta* continet; *p. 38. 39.* haec habet:

BOVS-

Digitized by Google

Maecenates & promotores numerandus, hoc epicedio, ingenioso, & ad iustas

BOVSLAVS DE HASSENSTEIN.

Carmina Moesnidum tua sunt bene tincta liquore,
Est quoque Pegasidum gloria parta tibi.
Italiam celebrans, inuentaque propria regni
Almani, signum posteritatis eris.

Prodierunt *Gorlicii 1573. 8. Poëtae germ. & exteri, historici Germ. ICti recentiores, Medici singulis distichis descripti a Georg. Fausto*, id est, FABRICIO, *Chemnicensi.* Ibi *pag. 2.* haec offendas:

Bouslaus Hassensteinius Boëmus Baro.
Iure Boëslaum celebrat Boëmia vatem,
Ille tamen studiis nester & ore fuit.

* De eodem *Iacobus Vimphelingus.*
Thracensis Orpheus: tu Bohuslaë Bohemos
Eximis a foeda carmine barbaria.

Quanto librorum desiderio flagrauerit Hassensteinius, exinde liquet, quod Platonem 2000. (forte tamen legendum 200.) ducatis emere non dubitauerit, quemadmodum *catalogus bibliothecae* Hasisteiniae *poëmatum farragini* subiectus testatur. Tanta carminis pangendi celebritate floruit, vt post Virgilium publice in Academia Lipsiensi praelegeretur. *Plagula A. 6. a.* poëmatibus praefixa sequentia offendi, ex quibus discere licet antiquum morem significanti lectiones in Academiis vsitatum: *M. Wolfgangus Plick, Professor in Academia Lipsien-*

ſtas epigrammatis leges compoſito, ei parentauit: (m)

Cui

pſiénſi omnibus gratis in Lectorio Collegii maioris maximo S. P. D. Dies ne ſine linea tranſeant, tempusque aureum teratur ocio: traductis in calcem Vergilii libris praeclariſſimis, recto tramite mox eadem hora libellos quatuor Generoſi Magnificique viri D. D. Bohuslai de Haſiſteyn, *Baronis Bohemi, noſtro iam aeuo, & in Latinis & in Graecis peritiſſ. publice* (DEO *annuente*) *interpretari auſpicabimur, quos candidi Iuuenes emite, audite, lectitate, & vos venerandi ſenes colite, animum in eis paſcite, benigne exhortor. Aeris exigui nullum poenitebit: ſi quem vero poenituerit, hic ſe bonas odiſſe, & penitus ignorare literas fatebitur. Cenſores non ante iudicent, aut potius blaterent, quam perlectitauerint, pie moneo.* Obiit *Haſſenſteinius.* cIↃ IↃ X. die XIII. Nouembris, vt coniicere licet ex epiſtola *Io. Schlechtae* ad *Io. Pibraeum*, ſcribam iudicii camerae regiae, data XIV. Nouembris eIↃ IↃ XII. quae *p. 312. poëmatum* his verbis incipit: *heri, ſi non fallor, duo exacti ſunt anni, ex quo Bohuslaus noſter de hac miſera mortalium vita ad illam coeleſtem commigrauit.* Ad haec verba reſpicit IAC. THOMASIVS ap. STRVVIVM *tom. I. act. litter. faſcic. VII. p. 3.*

(m) Vid. *farrag. poëm. p. 88.*

Digitized by Google

Cui tranquilla quies odio, cui proelia cordi,
Et rixae, & caedes, seditioque fuit,
Mortuus hac recubat, populis plaudentibus, vrna.
Pastor Alexander, maxima Roma, tuus.
Vos Erebi proceres, vos caeli, claudite portas,
Atque animam vestris hanc prohibete locis.
In Styga nam veniens pacem turbabit auerni,
Committet superos, si petat astra poli.

Dabo quoque, occasione ita ferente, lectori quaedam e carmine heroico *Hassensteinii* ad Imperatorem & Christianos Reges de bello Turcis inferendo, (n) vbi haec ad Pontificem, qui isto tempore Iulius II. erat, legitur adhortatio maxime notabilis:

H 2 *Huma-*

(n) Est primum in *farrag. poem.* Habentur, quae attuli *pag. 3. seq.* Non tantum virum eleganter doctum, sed & veritatis studiosum, atque superstitionis hostem acerrimum fuisse *Hassensteinium*, satis ex his omnibus constare arbitror. Referendus est inter eruditos, qui famam ad posteritatem merentur, non habent: quae res consideratione vlteriori, exemplis illustrata, non indigna foret.

Digitized by Google

Humani generis dignissime Rector, ouilis
Æterni qui claudis iter, quod sydera confert,
Et reseras, superae qui verus ianitor aulae
Crederis a populis, latum circumspice, cingit
Quem pater Oceanus vitreis torrentibus, orbem.
Siue quidem calidum mentem conuertis in Austrum,
Siue ortus spectas, tepidum qua diuidit aequor
Multifidus Ganges, Riphaeos siue Triones,
Et gelidum Tanaim, Nabathaeos cuncta sequntur
Errores. At tu, si fas est dicere, Praesul
Optime, Romana laetus requiescis in arce,
Et digitis aurum versas, & multa modesto
Dissimulanda facis, iussusque abscondere ferrum,
Decernis ferro, turbarique omnia saeuo
Marte sinis: tacco coelum venale, Deumque,
Et Dominos veteres pulsos ingensque pudendae
Imperium sobolis. Sed non sic itur ad astra,
Non iubet haec coeli frenator: Martia certe
Si tibi bella placent, Turcarum inuade cateruas,

Acau-

Digitized by Google

Acaulisque lupos arce, toruosque leones,
Commissarum ouium, miseris qui dura minantur
Christicolis, optantque tuam conuellere Romam,
Et Capitolinis immittere sedibus ignes.
Magnus es, at maior lati dominator Olympi,
Qui sceleri, rectisque simul dat praemia factis,
Intima qui cordis penetrat, secreta cubilis
Novit, & aurata tectos lodice cynaedos,
Pandentesque femur tanta mercede puellas,
His vt diuitiis Ephyraei gloria scorti
Cesserit, & Rhodopes, Floraeque in templa receptae
Romulidum: cuius Pastor nisi maxime pares
Edictis, veniet subito, poscetque talenti
Vsuram, tenebris mergique iubebit Auerni.

XI.

Exstat historia arcana germanice scripta de Ioanne Friderico Electore, Mauritio, & Augusto Ducibus Saxoniae, Luthero & Philippo, quae, MATTHAEO RAZEBERGIO, Ioan-

MATTHAEI RAZEBERGII historia arcana.

Ioannis Friderici Medico, tribuitur. (o) Acceperat eam e bibliotheca Gothana SECKENDORFIVS; apographum eius possedit IAC. THOMASIVS, quod a CHRISTIANO THOMASIO sibi communicatum (p) GODOFREDVS ARNOLDVS (q) typis vulgauit. Repetita editio cum annotationibus reperitur in selectis obseruationibus germanicis. (r) Quum Lutherus, multis taediis & molestiis victus & fractus, Viteberga An. cIↃ IↃ XLV. discessisset, Elector litteris benignissime scriptis *Razebergium*, quo antea Medico, non sine insigni suo commodo, vsus fuerat Lutherus, (s) ad eum misit,

(o) Facit hoc, quoties eius meminit, SECKENDORFIVS in *hist. Lutheranism. Lib. I. p. 20. b. seqq. p. 160. a. b. lib. III. p. 581. b. seq. p. 635. a. edit. Lipsi. in fol.*

(p) vid. *praef.* Melch. ab Osse *testamento cum notis* Thomasianis *edito praemissam p. 12.*

(q) in *histor. eccles. part. IV. p. 82. seqq.*

(r) *Part. II. p. 237. seqq.*

(s) Ex eius consilio fonticulum sibi aperiri fecerat Lutherus, eo cum successu, vt grauedinem & vertiginem capitis non solum, sed & defluxiones imminuerit. Islebiam vero profectus curam illius neglexit, vnde mortem Viro acceleratam putauit Razebergius, SECKEND. *lib. III. p. 635. a.*

Digitized by Google

sit, vt reditum persuaderet. (t) Ex amore erga dominum Ioannem Fridericum quaedam Mauritii facta acerbius reprehendit Razebergius, plurima tamen docet, ad historiam istorum temporum spectantia, aliisque vel neglecta, vel incognita. Qui vero eius historiam arcanam, adhibita cautione debita, legere volunt, illis commendo, quae accurate obseruat, e cuius scriniis lucem publicam illa adspexit, IAC. THOMASIVS: (u) *Quicunque Principes ex Euangelicorum numero Caesareas partes secuti sunt, hoc ipso docuerunt, aliud sibi persuasum non fuisse, quam Imperatorem id bellum suscepisse ciuilibus iniuriis, non autem secessione Ecclesiastica irritatum. Inter hos fuit & Mauritius noster, Dux Saxoniae, nondum Elector. Huic enim cum duae rationes animo obuersarentur, vt aut sequens Electorem agnatum, & socerum Landgrauium eidem se proscriptioni, a qua eum immunem esse maxime cupiebat Caesar, inuolueret, aut applicans se Caesari, qui non iniustam sane belli gerendi causam obtendere videbatur, in ea quasi statione se collocaret,*

(t) SECKEND. *loc. cit. p. 582. 583.*
(u) *Orat. VI.* de Mauritio Sax. Elect. agente, *p. 103. 104.*

Digitized by Google

ret, vnde, si contingeret, socios suae religionis vinci, victoriam Caesaris auctoritate sua, & gratia, & meritorum contemplatione, & intercessionibus, & quibuscunque honestis rationibus aliis temperare posset, rebusque afflictorum consulere: haec igitur, inquam, duo cogitans ipse, nimirum illud fecit, quod in caussa non absimili temporibus nostris cordatissimos, & eosdem religiosissimos Principes fecisse habemus in memoria. Nauauit operam Caesari, & multorum parum amicas (vt fieri solet) accusationes necessitati Reip. posthabuit. Itaque vt in illo merito laudanda fuit praestita Caesari caussam ciuilem agenti fidelitas; sic in Agnato & Socero, quos tum aduersos habebat, studium propugnandae sanae doctrinae, cuius iugulum si non a Caesare, a Pontifice certe peti haud quaquam vanis suspicionibus augurabantur.

XII.

Num secundare regularum Ciceronis in historia tantum arcana, non vero

In eam delapsi sunt sententiam nonnulli, vt alteram Ciceronis regulam interdum negligi posse defendant. (x) Qui anecdotas, inquiunt, siue arcanas historias scribunt, qui semet extra periculum constitutos existimant, calamo suo indulgere possunt libertatem:

(x) conf. *supr. cap. I. sect. XX.*

Digitized by Google

tem : ſed alia debet ratio eſſe eorum, qui Principum munificentia ſuſtentati publicas hiſtorias in lucem emittunt. Indecorum eſſet, in illis apparere, imperantes & alios in magno faſtigio conſtitutos vitiis deditos turpia committere, noxium foret, arcana domus euulgari, vnde tutius eſt, talia ſilentii tenebris inuoluere, aut aliis, qui poſt noſtra tempora viuent, in medium proferenda relinquere. Facile perſpicio, haec egregie conuenire cum prudentiae praeceptis: num vero cum officio boni hiſtorici conueniant? dubito. Non imprudenter facit hiſtoricus ad ſcribendum publice conſtitutus, ſi expendit, vtrum odioſa, inprimis ad Principem, aut ſanguinis propinquitate eidem iunctos, ſpectantia, adhuc lateant, aut paucis perſpecta ſint, an in vulgus iamdum emanauerint? Si illud, tacebit, aut, ſi loquendum exiſtimet, ſententiam Principis, cuius auctoritate ſcribit, vel eorum, qui maximo apud eum gradu ſunt, percunctabitur. Sin hoc, rem exponere tenetur, qualis eſt, tum ne pro ſuſpecto habeatur, tum etiam, ne illi, qui ex rumore aliquid perceperunt, e ſilentio eius plu- *in publica locum habeat?*

Digitized by Google

ra magisque pudenda latere coniiciant. Non imprudenter, inquam, facit scriptor historiae publicae, si haec monita obseruat, vel officium deprecatur; sed nec imprudenter facit lector harum rerum gnarus, si iudicium suum adhibet, si considerat, se gesta hominum legere, non Deorum, si denique historiam arcanam, quotiescunque haberi potest, cum publica diligenter confert. (y)

XIII.

De lectoris prudentis officio circa discrimen historiae publicae & arcanae.

Paucis igitur de officio lectoris circa discrimen historiae arcanae & publicae adhuc exponendum est. Nimirum hoc pro certo habeo, historias arcanas, si non in scripta satirica & famosos libellos degenerent, non plenius dumtaxat, sed & verius rerum & personarum faciem repraesentare, quam publicas. Sistunt illae Principes, eorumque lateri propinquos, quales sunt, hae, quales esse debebant: illae intimiores animi sensus, turpia vel iniusta facta recludunt, hae tegunt; in illis personae spectantur, qua-

(y) Dixi quaedam huc pertinentia in *diss. de iudic. histor. sect. XIII. XXIII.*

Digitized by Google

quales curarum & pompae pertaeſi ſe gerunt apud illos, quibus propior acceſſus conceditur, in his, quales ſe exhibent publice & in ſolemnibus caeremoniis. Hominum vero indolem multo apertius introſpicere licet, ſi, quae in conuerſatione familiari & quotidiana agunt, nouimus, quam ſi mores, quos in aula, in curia, in aede ſacra, in cathedra induunt, contemplemus. (z) Quid multis? Ipſi LEIBNITIO hiſtoria publica vno pede claudicare videtur. (a) Dolendum vero eſt, ſaepenumero ſub titulo hiſtoriae arcanae figmenta aut ſatiras lectoribus obtrudi. Coloniae apud perſonatum typographum *Petrum Marteau*, deinde, quoniam eum tam diu ſupereſſe haud credibile erat, apud eius-

(z) Exempli loco eſſe poſſunt, quae habet MELVILLVS in *comment. p. 154. ſeqq.* de Eliſabetha, apud *Camdenum* non obuia. Ex formae praeſtantia, arte ſaltandi, muſices peritia, veſtium varietate, aliisque minutioribus, laudem captaſſe reginam vel recreationem narrat. Talia delectant & iuuant lectorem: imperantium excellentiae vel virtuti nihil exinde decedit.

(a) Apud THOMASIVM *de fide iurid. cap. 2. §. 38.*

Digitized by Google

eius heredes, multa prodiisse titulus mentitur, ex fabulis & historiis mixta, pessimo sane instituto, quum hac ratione veritas a mendacio difficillime distingui queat. (b) A talibus fucatas merces vendi vel hoc indicio est, quoniam arcana reuelant, quorum nemo facile potest conscius esse, atque accurate narrant, quid rex reginae in aurem dixerit, quid Iuno fabulata sit cum Ioue.

XIV.

Scriptoribus historiae arcanae

Ad scritores historiae arcanae etiam referendus est SVETONIVS TRANQVILLVS, (c) qui vitas XII Imperato-

(b) Huc pertinent les memoires de Rochefort, d'Artagnan, de la Fontaine, &c. Vid. *diss. de comment. historicis* sub praesidio celeb. MENCKENII habitam *p. 30. 31. 40.*

(c) BAELIVS *sub voc.* Suetone *lit. D. circa finem* haec habet: *Je suis sûr, qu'un homme, qui entreprendroit aujourd'hui l'histoire des Papes, ou des Empereurs, ou des Rois de France &c. selon le modele de Suetone, en remontant comme lui aux 150. dernières années plus ou moins, trouveroit des grandes difficultez, & que s'il reüssissoit aussi bien que Suetone, il se feroit admirer, & qu'il passeroit pour un excellent auteur d'anecdotes. Oh qu'un tel homme seroit propre à enrichir un Libraire!*

Digitized by Google

ratorum a Caesare dictatore ad Domitianum nobis reliquit. Is etenim maxima in scribendo libertate vsus, multa tetigit aliis indicta, ita tamen se gessit, vt nec assentationis nec obtrectationis iure reus peragi queat. Suos nactus est censores, quod excessus a pudore & obscoenissima flagitia Principum, de quibus agit, tam aperte ob oculos lectorum posuerit. (d) MARCVS ANTONIVS MVRETVS in eum inuehitur, (e) atque contendit, Suetonium orationis turpitudine Caesarum flagitia aequasse, quaeque illi perpetuis tenebris operienda pa-

accenseri possunt ex antiquis SVETONIVS, *ex recentioribus* VASSORIVS.

(d) Sunt non nulla in *Tiberio cap. 43. 44.* in *Caligula cap. 24. 25. 36.* in *Nerone cap. 28. 29.* & alibi.

(e) Vid. *orat. XVII. vol. 2. p. m. 348. edit.* Iac. Thomasii *Lipsi. 1690. 8.* Ridiculum se praebuisset *Muretus* sua censura, si verum esset, eum nefanda Venere contaminatum vix ignis supplicium Tolosae effugisse. Vid. ANT. TEISSERII *addit. ad elog.* Thuani *tom. 2. p. 39.* Sed suspiciones istas fundamento destitutas fuisse ostendit, & perdoctam pro Mureto apologiam conscripsit IO. VOGTIVS, quam exhibet POLYC. LYSERI, Professoris in inclita Iulia doctissimi, *icon omnis generis doctrinae p. 93. seqq.*

Digitized by Google

patrarint, ea nudis & praetextatis verbis in lucem & in adſpectum hominum protuliſſe, quorum commemoratione non ſcriptorem modo, ſed ipſas chartas erubeſcere oportebat, quum haec interim ita perſequatur, vt videatur docere voluiſſe. vnde eius lectio non minus, quam Catulli aut Martialis, adoleſcentibus pernicioſam, etiam confirmatae aetatis viris periculoſam putat. Hanc vero cenſuram Mureti, ſi floſculos & colores rhetoricos demas, facile effugiet Suetonius. Qui hiſtoriam imperii vel regni ſcribunt, ſatisfeciſſe officio ſuo cenſendi ſunt, ſi publice geſta ea, qua decet fide, poſteritati tradant: ſed alia eſt ratio eorum, qui vitas Principum in litteras referunt. Illi enim domeſtica quoque, priuatim remotis ſpectatoribus acta, & alia perſonas eorum tangentia, ſi vera & explorata ſunt, aperire tenentur. Neque corrumpuntur homines, qui talia legunt, ſi caſti, ſi ſapientes, ſi virtutis ſtudioſi ſunt: ſi non ſunt, nullo Suetonio opus, ſtimulis naturae absque omni lectione ad malum impellentibus. Ad laſcivos Poëtas fruſtra prouocatur: hi ex ingenio & per otium, hi ex inſtitu-

to

to talia fingunt, quibus scribendis poterant & debebant abstinere: historicus, quae facta sunt, quae multis nota, non fingit, non docet, sed narrat. Recte igitur eadem libertate Suetonius scripsit, qua illi homines vixerunt. Scriptura sacra multas actiones impuras tradit, quis vero hoc reprehendat, vel mala exempla inde capi posse, obiiciat? Qui honestati operam dat, horret potius talia, quum relata legit, & infamia nomina posteris exsecranda proponi videt. Breuiores forent historiae, si nihil, nisi laude dignum, stilo signari deberet. MICHAELIS VASSORII historia Ludouici XIII, qua res per Europam regnante hoc Principe gestas X partibus lingua gallica descripsit, libertatem historiae arcanae imitatur. (f) Legi, (g) istius viri calamo tantopere offensum fuisse Ludouicum XIV, vt certam pecuniae sum-

(f) conf. *medit. meas de hist. philos. & arte orat. p. 12. seqq.*

(g) In *nouis dialogis*, qui *Luzzenae* prodiisse finguntur, p. 101. 102. de quibus agit STRVVIVS in *introd. ad notit. rei litter. cap. VI. §. 38. p. m. 292. seqq.*

Digitized by Google

ſummam in caput eius conſtitueret. (h) In ea verſatur opinione, reip. nihil eſſe pernicioſius, quam ſi imperans ſummam poteſtatem adfectet, atque miniſtros habeat huic diſiderio fauentes. (i) Vnde Richelium quauis data occaſione accerrime inſectatur, atque Galliam feliciſſimam fuiſſe exiſtimat, ſi pro-

(h) PLINIVS SECVNDVS, a *Capitone* admonitus, vt hiſtoriam ſcriberet, *lib. V. epiſt. 8.* ita reſpondet: *tu tamen iam nunc cogita, quae potiſſimum tempora aggrediamur. Vetera & ſcripta aliis? parata inquiſitio, ſed oneroſa collatio. Intacta & noua? graues offenſae, leuis gratia. Nam praeter id, quod in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quam laudanda: tum ſi laudaueris, parcus; ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris; quamuis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris. Sed haec me non retardant. Eſt enim mihi pro fide ſatis animi.* Pauci hiſtoriam religioſiſſime ſcribunt, quod auunculum ſuum feciſſe teſtatur PLINIVS *loc. cit.*

(i) Conſideratione digna ſunt, quae de poteſtate abſoluta monet Vir celebris IVST. HENN. BOEHMERVS in *iure publ. vniuerſ. part. ſpec. lib. I. cap. 5.* praeſertim, quae *p. 283.* adfert ex FVRSTENERIO ſiue LEIBNITIO. Vide etiam, ſi lubet, *meam diſſert. de erud. polit. §. 12.*

Digitized by Google

ſi proceres & regii ſanguinis principes eam, quam olim habebant, poteſtatem conſeruaſſent. Et haec hypotheſis pulcherrimo operi hinc inde labem adſpergit, ac in cauſſa eſt, quo minus auctor ſatis accuratum vbique de rebus iudicium ferat. Quaelibet reip. forma habet ſua commoda, ſua incommoda, perfecta nullibi exſiſtit, & quemadmodum Princeps poteſtate ſua poteſt abuti, ita etiam poſſunt abuti Proceres, atque in Gallia, teſtantibus bellis inteſtinis ſaeculi XVI, abuſi ſunt. Multitudo facile parit diſſenſum.

XV.

Fieri vero poteſt, vt hiſtoricus nulla ſua culpa contra ſecundam *Ciceronis* regulam impingat, ac bona fide circumſtantias quasdam, non exigui quidem momenti, ſibi tamen ignotas, omittat, quo in caſu omnino excuſationem meretur. Quis enim omnia arcana, quae ſaepe ſumma diligentia occultantur, in ſcriniis vel latent, vel negliguntur, quorum nullum in tabulariis vel libris, qui praeſto ſunt, veſtigium occurrit, vtut ſagaciſſimus, eruat, aut in lucem proferat? Hinc & ſemper locupletari poteſt hiſtoria ab

Hiſtorici interdum bona fide contra ſecundam Ciceronis regulam impingunt.

Digitized by Google

illis, qui noua documenta adhuc inedita nanciſcuntur, vel vetera & rariora acceſſionibus augent & illuſtrant. Egregie igitur de bono publico meriti ſunt noſtris temporibus & adhuc merentur PHIL. IVLIVS RETHMEIER, IO. GEORGIVS LEVCKFELD, & IO. CHRISTIANVS LVNIG, quibus propter ingenii monumenta, & magno labore collecta praeſtantiora documenta, omnibus notiſſima, plurimum debet res ſacra, ciuilis, litteraria. Addam ſub finem capitis exempla quaedam, ad hanc ſectionem ſpectantia. Carolum V. a Mauritio coactum eſſe, vt Oeniponte aufugeret, multi hiſtorici narrant. Sed totam rei callidiſſime geſtae ſeriem atque circumſtantias vulgo haud cognitas nemo, quod ſciam, accurate expoſuit ante MELVILLVM. (l) Prolixiora ſunt, quae

(l) *comment. p. 38. ſeqq.* BVRNETVS in *hiſt. reform. part. II. tom. I. ad an. 1552. p. m. 512. ſeqq.* haec ex *Meluillo* repetit, quem & *pag. 521.* ingenue nominat. Prodierant enim, antequam finem imponeret ſuae hiſtoriae *Burnetus*, commentarii, *Meluilliani* lingua anglica 1683. gallice poſtea verſi, & Hagae in Batauis 1694. 12. editi, ab auctore, quem ex iudicio LEIBNITII nominant *mea lineam. method. ſtudior. p. 134.*

Digitized by Google

quae habet, non tamen erunt, quantum conjicio, lectori ingrata: *Maurice avoit depêché ſecretement vers le Roy de France, pour lui faire ſes plaintes de ce que contre la parole donneé on traitoit ſi mal ſon Beau-Pere, & pour l'avertir, que l'Empereur, qui en vouloit à la liberté de l'Empire, étoit ſur le point d'en faire une Monarchie, contre le ſerment, qu'il avoit prêté a ſon couronnement. Que d'ailleurs ſe ſervant du pretexte de la Religion il étoit ſi puiſſamment aſſiſté par le Pape, que ſi l'on n'y remedioit de bonne heure, ſes deſſeins ne pourroient pas manquer de reuſſir. Il fit donc prier le Roy de ne pas ſouffrir, que ſes Amis fuſſent opprimez, & que ſon rival s'aggrendit tellement ſur leur ruines, qu'il en devint aſſez puiſſant pour lui donner la loi à lui-même. Ces remontrances obligerent le Roy de lever une Armeé, & de la mener en Allemagne, où ſous pretexte de ſecourir les oppreſſez il ſe mit en poſſeſſion de Metz, Toul, & Verdun, trois grandes villes & Evêchez de l'Empire. En ce tems-là le Duc Maurice commandoit l'armée Imperiale au ſiege de Magdebourg, & bien loin de faire paroître du mécontentement de la conduite de l'Empereur, il ne parla que des obligations, qu'il lui avoit, & fit connôître qu'il n'avoit pas de plus grand ſoin, que de bien*

executer ſes ordres ſans examiner ſ'ils étoient iuſtes ou non. Cependant le Duc d'Alba fit une foit connoître à l'Empereur, lors qu'il ſe trouva à ſon conſeil privé, que ſelon ſes ſentimens le Duc Maurice lanternoit un peu trop au ſiége de Magdebourg, & qu'il étoit à craindre, qu'il ne ſe ſentoit fort offenſé de la detention du Landgrave. Mais Granvel Evêque d'Arras repliqua, qu'il ne falloit pas ſupçonner ces têtes à vin, parce qu'étant toujours chargées de vapeurs epaiſſes elles ne vojoient pas aſſez pour mener loin une intrigue delicate. Que d'ailleurs Sa Maieſté avoit gagnez deux de ſes Secretaires privez, qui n'auroient pas manquez d'en donner quelque avis, ſi Maurice tramoit quelque choſe. Neanmoins il fût reſolu de lui envoyer un ordre de ſe rendre promtement à la Cour, pour voir s'il obeïroit ou non. Mais le Duc Maurice étoit pour le moins auſſi fin, que les Eſpagnols, qui étoient du Conſeil de l'Empereur, car il n'ignoroit pas, qu'on avoit corrompu deux de ſes Secretaires, mais pour tromper encore plus finement, il ne faiſoit ſemblant de rien, & leur temoigna même encore plus de confiance que par le paſſé, ne faiſſant ni ne reſolvant rien en apparence, que de concert avec eux, ce qui trompa ſi bien l'Empereur, qu'il ne ſe douta de rien. Auſſi dès que le Duc reçût l'ordre de ſe rendre

dre auprès de l'Empereur, il ne manqua point de prendre la poſte, & pour couvrir encore mieux ſon jeu, il prit un de ces Secretaires corrompu avec lui. Mais aiant avancé quelque chemin, il l'envoya avertir l'Empereur, qu'il ſuivoit doucement, ſe trouvant incommodé de la fatigue qu'il avoit foufferte en courant la poſte. Cependant il avoit donné des ordres ſecrets à ſon Lieutnant de ſuivre avec toute l'armeé, & de marcher iour & nuit; Ce qui fut executé avec tant d'exactitude que l'Empereur ſe trouva ſurpris, & ſe mit un puiſſant ennemi ſur le bras, avant que de ſavoir qu'il en avoit, de ſorte qu'il fût obligé de quitter ſon ſouper pour ſe ſauver a Inſpruck (m) *à la clarté d'un flambeau; Il ſorta enſuite d'Allemagne, où il ne rentra iamais depuis. - - - - L'Empereur - - remit le Duc de Saxe & le Land-Grave de Heſſe en liberté, prevoiant bien, qu'il y ſeroit forçé, s'il ne le faiſoit de bon gré - - - Le Lecteur trouvera peut être étrange, que je m'étende ſi fort ſur les affaires de l'Al-*

(m) Errat *Meluillus*, dum ſcribit, Caeſarem Oenipontem aufugiſſe: Oeniponte enim haerens, vbi de improuiſo Mauritii aduentu cognouit, magna trepidatione inde diſceſſit, ac Villacum, quod eſt Carinthiae oppidum, ſumma celeritate contendit. THVANVS *hiſt. lib. X. p. m. 201. b.*

Digitized by Google

lemagne, puisque j'étois encore ieune en ce tems-là, & éloigné du lieu ou les choses se sont passées. Mais ajant été depuis a la Cour de l'Electeur Palatin, (is eo tempore erat Fridericus III) *j'ai apris ces particularitez de sa propre bouche, de sorte que peu de gens en peuvent être mieux informé que moi.* IO. SLEIDANVS (n) narrat, Carolum V anno cIↃ IↃ XLV Wormatiam venisse die XVI Maii, postridie Alexandrum Farnesium, cardinalem, additque: *Huius quae fuerit aduentus caussa, non quidem adfirmare possum, sed excitandi belli caussa in Lutheranos venisse, certe putatur: publice quidem nihil egit.* PAVLVS SARPIVS (o) mysterium SLEIDANO ignoratum prodidit, & Farnesium iussu Pontificis cruenta & clandestina aduersus Protestantes cum Caesare consilia agitasse, clare expossuit. Idem vero, quod SLEIDANO, etiam SARPIO alia in re accidit, vt docet MICHAEL VASSORIVS. (p)

CAP. III.

(n) Vid. *comment. lib. XVI. p. m. 276. a.*

(o) In *hist. concil. Trident. lib. 2. p. m. 195. seqq. edit. Lipsi. 1699. 4.*

(p) Vide *dissert. meam de iudicio historico* huic commentationi additam *sect. XVIII.*

Digitized by Google

CAPVT III.
DE
IMPEDIMENTIS VERITATIS HISTORICAE.

ΣΤΝΟΨΙΣ.

De impedimentis veritatis hiſtoricae generatim, I.
Hiſtoria rerum antiquiſſimarum maxime incerta, II.
De monarchia Aſſyriorum, III.
De vrbium & populorum origine & migrationibus. De ANNIO VITERBIENSI, IV.
De mythologia, V.
De IO. FAVSTO, *praeſtigiatore*, VI.
De credulitate hiſtoricorum. Vaticinium NIGIDII *de* AVGVSTO, VII.
De MICHAELE NOSTRADAMO VIII.
De vaticiniis IO. HVSSI, IX.
Vaticinia in necem HENRICI IV, *Galliae regis*, X.
De ſomnio FRIDERICI SAPIENTIS, *&* PETRI LOTICHII, XI.
De adulatione hiſtoricorum, XII.
De obtrectatione, XIII.
De HATTONE *a muribus corroſo fabula*, XIV.
Conuicia in LVTHERVM *aſſatim facta*, XV.
CASAVBONVS *&* GROTIVS *calumniis vexati*, XVI.
Metus offenſionis potentiorum abſterret a veritate ſcribenda hiſtoricos, XVII.

Digitized by Google

I.

De impedimentis veritatis historicae generatim.

PErgo ad impedimenta, quae veritatem historicam turbant, historiam incertam reddunt, & pyrrhonismum circumspecte adhibitum commendant. Oriuntur illa tum *a monumentis*, e quibus historici sua desumunt, qua de re aget caput quartum; tum *a rebus*, quas proferunt, *vel nimis* ab aetate nostra *remotis*, *vel* omnino *talibus*, *vt fidem superent*; denique *a naeuis & vitiis historicorum*. *Naeuus* maxime notabilis, qui iudicandi facultatem corrumpit, est *credulitas*; *vitia* voluntatis sunt *adulatio*, *obtrectatio*, *metus*. His omnibus enim in transuersum abripi historicos, vt vel falsa adferant, vel vera dissimulent, nemo diffitebitur, nisi qui in illorum lectione plane hospes est. Quamquam & id probe obseruandum veniat, nonnullos bona fide decipi & errare, alios dedita opera & ex proposito fallere & mentiri. Veritatem tamen aeque parum apud illos, quam apud hos inveniet. Clarius haec exponentur in sequentibus.

II.

Digitized by Google

II.

Quanto magis remotae ſunt res a noſtrorum temporum memoria, tanto obſcuriora ſunt omnia, & fabulis aut aenigmatibus inuoluta. Ignorant ergo hiſtorici iſta, omnibus monumentis deſtituti, ſolaque traditione, lubrica & incerta, ſubnixi, & tamen ſcribunt. (a) Scilicet, nullum eſt du-

Hiſtoria rerum antiquiſſimarum maxime incerta.

I 5 bium,

(a) Paucis attingi poſſunt talia, in quibus aliquid interdum veri eſt: circumſtantiae ſingulares nihil omnino habent veriſimilitudinis. *Tuiſconem* antiquiſſimum Germaniae regem fuiſſe credo, ipſo nomine, die Teutſchen, hanc coniecturam firmante: vlterius non progredior, neque IO. AVENTINO calculum adiicio, cordato cetera hiſtorico, qui viginti duces cum eo ex Armenia in Europam profectos nominat, Noam, quem Ianum eſſe putat, centeſimo triceſimo ſeptimo Tuiſconis anno Italiae in agro Viterbienſi conſediſſe adfirmat, & quae ſunt huius generis plura. Vid. *annal. Boior. lib. I. cap. 5.* Neque tamen ideo ſpernendi ſunt iſtiusmodi auctores, dummodo circa recentiora ſe praebeant accuratos & prudentes. Ipſi Graeci & Romani in rebus antiquioribus vel ſtrenue fingunt, vel ad receptos mores ſemet componentes plura transſcribunt, quam credunt, nec adfirmare ſuſtinent, de quibus dubitant, nec

bium, antiquisſima aetate contigiſſe plurima memoratu maxime digna: (b) quemadmodum vero antiqua aetas erat ſuorum incurioſa, ita rerum multarum memoria prorſus intercidit, vnde intuitu noſtri illae non aliam habent faciem, quam ſi numquam contigiſſent. Deploramus igitur, ſed fruſtra deploramus, tot in hiſtoria antiqua lacunas. Denſa ignorantiae caligo, quae iſti aeuo incubuit, non permiſit, vt aliquid litterarum monumentis conſignaretur; ſi quid conſignatum eſt, funditus interiit. Amplius prolatis eruditionis finibus, ciecta barbarie, & excitata humana curio-

nec ſubducere, quae acceperunt. Vid. CVRTIVM *IX. 1.34.* Requirit interdum prudentia hiſtorici, receptarum fabularum mentionem facere. Paucis tamen innuere debet, quo loco talia habeat. Ita delectat lectorem, & inſtruit. Obſeruauit hanc methodum clariſſimus IO. HVBNERVS in *hiſt. epiſc. Germ. Tom. VII. & VIII. quaeſt. hiſtor.*

(b) HORATIVS *Od. IV. IX. 25. ſeqq.*

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Digitized by Google

rioſitate, ſcribere quidem volebant eruditi, ſed res geſtae memoria interciderant, in obſcuras & fabuloſas narrationes transformatae. Ita, quum recentia eſſent facta, deerant, qui ſcribere poterant aut volebant: quum vetuſtate deleta, perierant ſcribenda. Supplere haec laborauit humana curioſitas, (c) quae nititur in in-

(c) Curioſitas nimia non tantum corrupit hiſtoriam antiquam, ſed adfligit etiam recentiſſimam. Quum enim omnis conditionis homines mira cupiditate teneantur cognoſcendorum, quae in orbe geruntur, nouorum, maximorum, minimorum, indeque praecipuum, quoties conueniunt, colloquendi argumentum capiant: infinito numero prodeunt nouellae, relationes curioſae, & alia iſtiusmodi ſcripta, nulla cura vt plurimum, ſed feſtinanter, compoſita, in quibus vera mixta falſis. Mundus vult decipi, putant auctores talium, ergo decipiatur. SVETONIVS *de Auguſto cap. 89.* refert: *componi aliquid de ſe, niſi ſerio & a praeſtantiſſimis, offendebatur: admonebatque praetores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus* (vid. CASAVB. *ad h. l.*) *obſolefieri.* Sed huic abuſui quidem, prout eſt vſus noſtrorum temporum, remedium adferri nequit, facileque patiuntur Principes, vt priuati etiam de rebus belli & pacis iudicent, & mirifice ſibi ſapere videantur.

Digitized by Google

incognita, quemadmodum voluntas in vetitum, accedente vana gloria, ex antiquitate gentium & vrbium quaesita, illustrique earum origine: sed suppleuit infeliciter, fabuloſe, fallaciter, & maximo veritatis historicae detrimento. Roma exemplum praebet. Huius potentia quum tanta esset, vt vix haberet, quo vlterius progrederetur, primaeque originis posteros puderet, fabulis ea exornabatur. Vnde sagacissimus LIVIVS: (d) *quae ante conditam condendamue vrbem, poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere, in animo est. Datur haec venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis* (hoc est, vera fabulosis, exilia, & parum famae vel laudis habentia, splendidis) *primordia vrbium augustiora faciat.* Ad poëticas istas fabulas acutissimus HEVMANNVS (e) refert etiam narrationem de raptu virginum Sabinarum, (f) & de Lucretia?

(d) In *praefat. ad libr. histor.*
(e) *Poecil. tom. I. lib. 1. p. 79.*
(f) Non concordes inter se esse auctores hac de re constat. LIVIVS *lib. I. c. 9.* scribit, Romulum ex consilio patrum legatos circa vici-

Digitized by Google

tia. (g) Sane quanto longius procedimus in historia, tanto magis cumulantur

vicinas gentes misisse, qui societatem connubiumque nouo populo peterent; nusquam vero benigne legationem auditam esse, plerisque rogitantibus: *ecquod feminis quoque asylum aperuissent? id enim demum compar connubium fore.* Mire stolidos oportet fuisse vicinos Romae Sabinos, aliosque, si post ita dimissos legatos ad spectacula invitati Romae comparuerunt, filia virgines secum adducentes. Vnde hanc circumstantiam omittit DIONYSIVS HALICARNASSEVS, diserte potius scribens, animo praecepisse Romulum, ciuitates istas in connubia haud sponte consensuras, *antiq. Rom. lib. II. p. 99. ed. Lipſ.* & PLVTARCHVS *in Romulo p. m. 45. 46.* qui & per formulas: *dicunt, adserunt, tradunt,* non obscure significat, non omnia ad liquidum deduci posse

(g) Hic quoque variant DIONYSIVS *lib. IV. p. 261. seqq. edit Lipſ.* & LIVIVS *lib. I. cap. 57. 58.* quod & notauit BAELIVS *sub voce* Lucrece *lit. B.* Facile praeterea animaduertet rerum intelligens lector, non satis apte inter se connexas esse circumstantias huius facti. Dubium praecipue videri posset, qua ratione, clausis absque dubio, absente praesertim marito, cubiculi foribus, sopitis omnibus stricto gladio ad dormientem Lucretiam venire potuerit Sextus, vt LIVIVS habet

tur extraordinaria, a communi hominum agendi & viuendi ratione plurimum

habet *cap. 58.* vel in cubiculum, non sentientibus iis, qui ad fores excubabant, penetrare, vt loquitur DIONYSIVS *p. 262.* ne vnico quidem e somno excitato? Porro iugulatum seruum nudum cum mortua Lucretia ponere, vt minabatur Sextus, absque multis ambagibus, ex quibus fraudis suspiciones & variis rumores non poterant non oriri, valde difficile erat. Sed ista quidem vlterius non excutiam. Rem poëticis ornamentis decoratam repraesentat OVIDIVS *fastor. lib. 2. vers. 723. seqq.* Ingeniosus est, sed nimis mordax, lusus RENATI LVDOVICI DE LA BARRE apud BAELIVM *loc. cit. p. 1915. b. edit. 2.*

Si tibi forte fuit, Lucretia, gratus adulter,
Immerito ex merita praemia morte petis.
Sin potius casto vis est illata pudori,
Quis furor est, hostis crimine velle mori?
Frustra igitur laudem captas, Lucretia: namque
Vel furiosa ruis, vel scelerata cadis.

Quoniam ad ingenii lusus deuentum est, addo responsionem, quam nonnemo, Lucretiae personam suscipiens, composuit:

Victi-

Digitized by Google

mum diſcrepantia. Miſcentur quotidianis inuſitata, veris falſa & ſtupenda, & gliſcit vtrumque poſteritate. (h)

Omnia enim ſtolidi magis admirantur, amantque,
Inuerſis quae ſub verbis latitantia cernunt:
Veraque conſtituunt, quae belle tangere poſſunt
Aures, & lepido quae ſunt fucata ſonore. (i)

Dantur meteora orationis, (l) dantur meteo-

Victima quae morior, quamquam violata, pudoris,
Nec ſcelerata cado, nec furioſa ruo.
A ſcelere abſoluit mens pura: & morte piare,
Moeror, non furor eſt, ſacra retecta tori.
Non furor eſt, fidei ſpecimen proponere nuptis,
Non furor eſt, hoſtem plectere morte ſua.
Corpus erat laeſum, fateor, non fama: perire
Debuit & corpus; fama perennis erit.

(h) TACITVS *annal. III. 19.*
(i) LVCRETIUS *lib. I. v. 642. ſeq.*
(l) Deſcripſit ea nitide & ingenioſe SAM. WERENFELSIVS.

Digitized by Google

meteora hiſtorica, ad *Quixotiſmum*, (m) ſit venia verbo, propius accedentia.

III.

De monarchia Aſſyriorum.

Narrari longa ſerie reges Aſſyriorum, qui primam ex quatuor monarchiis vulgo iactatis tenuiſſe creduntur, illis quoque notum eſt, qui vel unicum hiſtoriae vniuerſalis compendium a limine ſalutarunt. Sed iſta ſeries incerta, immo, vt clarius loquar, falſa eſt. Regni Babylonici a Nimrodo, Aſſyriaci ab Aſſure conditi MOSES (n) memi-

(m) Nota eſt elegantiſſima ſatira, ſub ſchemate fabulae, cuius heros *Don Quixote*, inuoluta, qua faſtum Hiſpanorum exagitaſſe putatur MICHAEL CERVANTES, ipſe Hiſpanus. Liber characteres ſapientiae atque ſtultitiae, morumque praecepta iucunde tradit. Vide CAROLI EVREMONII *opuſc. var. gener. tom. 2. p. 309. tom. 3. p. 57.* & MORHOFIVM *de lingua & poëſi germ. cap. 3. p. 199. 200.*

(n) Quae vera hic dici poſſunt, ex Moſe haurienda. Ille Nimrodi, qui Babylonem, Aſſuris, qui Niniuen, vrbes praecipuas primorum regnorum, condidit, diſerte meminit *Gen. X, 10. 11.* Neque vero Nimrodus, vt vulgo fieri ſolet, pro tyranno ſtatim habendus eſt, quippe qui, ſi litteram Moſis reſpicias, a ferarum inſultibus tutos praeſtitit

Digitized by Google

meminit. Exinde vero falſiſſime colligitur, Monarchiam Aſſyriacam tot ſaeculis floruiſſe, vſque ad Arbacen, Mediae praefectum, cuius defectione compulſus Sardanapalus cum ipſa regia in ignem ſe miſiſſe dicitur, tantaque-

ſtitit homines, in tabernaculis ſine vallo & moenibus viuentes, atque ita fortitudinis & virtutis opinionem, qua clarus & eximius imperium deinde obtinuit, ſibi conciliauit, IO. HENR. HEIDEGGERVS in *hiſt. patriarch. tom. I. exerc. XXIII. ſect. 28. p. 693.* exiſtimat, eum ſub ſpecie religionis inſtituiſſe regnum, neglecta auctoritate Noae, cui imperii partes competierint. Qua probabilitate haec dicantur, facile patet. Aſſurem regni auctorem fuiſſe negat Vir ſummus SAM. BOCHARTVS *geogr. ſacr. part. I. lib. IV. cap. 12. tom. I. oper. col. 229. 230.* Moſisque verba ita capit: *egreſſus eſt*, ſcilicet Nimrod, *in Aſſyriam.* Maximi momenti ratio, quam adfert, haec eſt, alienam eſſe hoc loco, vbi habetur genealogia filiorum Chami, mentionem Aſſuri, filii Semi, neque pati ordinem hiſtoriae, vt Aſſuri geſta referat Moſes commate vndecimo, natiuitatem viceſimo ſecundo. Sed quum ſcopus Moſis, rerum origines docentis, eſſet primos imperantes poſt eluuionem vniverſalem eadem orationis ſerie indicare, vtique Nimrod & Aſſur coniunctim nominandi erant.

que fuisse magnitudine, vt vicinos reges Asiaeque populos sibi habuerit obnoxios. CTESIAE enim, quem sequitur DIODORVS SICVLVS, (nn) vltra cIↃ CCC. annos Assyriorum regno tribuenti, opponi potest HERODOTVS, (nnn) qui Assyrios Asiae superiori imperasse annos IↃ XX, quum Medi primum ab iis deficerent, prodidit. Non abit ab HERODOTI sententia DIONYSIVS HALICARNASSEVS, (o) qui Assyriarum rerum subleſtam fidem, & istius imperii tenuitatem perstringit. Sed non opus est, historicos historicis opponere, quum omnes ita comparati sint, vt eorum testimonio neque stet neque cadat rece-

(nn) *Ctesiam* a patria, Cariae vrbe, *Cnidium* dictum, Artaxerxis Memnonis medicum, nemo ignorat. Persica scripsit libris XXIII, quorum primis habebantur & Assyriaca. Illa excerpsit PHOTIVS antiquissimus forte excerptorum rei litterariae auctor, *cod. LXXII*, horum summam expressit DIODORVS SICVLVS *lib. II.*

(nnn) *lib. I. cap. 95.*

(o) *Lib. I. antiqu. Rom. sub. init. p. 2. edit. Lipsi.* legimus: ἡ μὲν γὰρ Ἀσσυρίων ἀρχὴ πολλοῖς τισι ἔτεσι, καὶ εἰς τὰς μυθικὰς ἀναγομένη χρόνους, ὀλίγα τινὸς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρους.

Digitized by Google

recepta ſententia, longiſſime ſcilicet ab iſtis temporibus remoti. Sufficit, quae de rebus monarchiae Aſſyriae narrantur, genuinis monumentis deſtitui, & non cohaerere. Quis credat, haud multo, poſteaquam per terras ſpargi coepit genus humánum, Ninum aduerſus triginta reges bellum geſſiſſe, & IↃCC cIↃ peditum, CXX cIↃ equitum in aciem eduxiſſe? (oo) Scriptura diu poſt Nimrodum regum Aſſyriae (p) & Babyloniae (q) iterum meminit. Num veri ſpeciem habet, florentibus tam vaſti imperii monarchis, tot bella, tot negotia maximi momenti a finitimis populis, Judaeis praeſertim, nullo illorum interuentu, geſta eſſe? Si dicas, deſides fuiſſe iſtos Aſſyrios, ignauos, otio aut luxui deditos; ſuborientur dubia noua. Quo-

(oo) Ita DIODORVS *lib. II.* ipſe ſubdubitans.

(p) *2. Reg. XV. 19. 29. XVI. 7. 10.*

(q) *2. Reg. XX. 12. Eſ. XXXIX. 1.* Hiſtoriam ſacram, ſiue biblicam, & profanam conciliare multi adgreſſi ſunt: nemo felicius praeſtitit, quam HVMPHRIDVS PRIDEAVX in *V. & N. T. connexione cum Iudaeorum & vicinorum populorum hiſtoria*, anglice ſcripta, cuius egregiae exſtant verſiones germanica & gallica.

Digitized by Google

modo sub eiuscemodi Principibus regnum tam longo temporum interuallo perstitit? Nemone inter tot reges erat, qui a moribus antecessorum sibi abeundum putaret? En igitur rem totam: confinxerunt eos & in scenam produxerunt historici, ne hiatus in chronologia, vel quatuor monarchiis oriretur, nomina iis dederunt absurda, (r) & quandoquidem nihil succurrebat, quod de illis traderent, omnes aeque ignauos fuisse absque vlla veri specie adfirmarunt. Probabile est, variam variorum regnorum, non admodum lata terrarum spatia complexorum, in istis locis fortunam fuisse, vt modo vicinis imperauerint, modo seruierint. Videntur & varia regna, variis temporibus orta, deinde penitus collapsa, rursus post res adflictas floruisse. (s)

IV.

(r) Discrepantes *Eusebii & Syncelli* regum Assyriae catalogos exhibet GVIL. TVRCKIVS *loco statim citando.*

(s) Falsam regni Assyriorum antiquitatem primus impugnauit feliciſſimi vir iudicii, hostis praeiudicatarum opinionum accerrimus, HERM. CONRINGIVS in *aduersariis chronologicis de Asiae & Aegypti antiquis-*

Digitized by Google

IV.

Quae de ortu & migrationibus populorum de vrbium origine & conditoribus traduntur, satis interdum splendida, absque examine dimittenda non sunt. Operam perdere opinor illos, qui de his rebus ingentia conscribunt volumina. Vbi, quaeso, inuenientur monumenta, ex quibus ista hauriri queant? Quae enim IO. NANNIVS, seu ANNIVS, (t) vt

De vrbium & populorum origine & migrationibus De ANNIO VITERBIENSI.

quissimis dynastiis. Ctesiam, qui commento suo totum fere orbem fascinauit, vt loquitur IO. GEORG. GRAEVIVS in *not. ad Iustin. lib. I. cap. 2.* vindicare frustra laborauit VLR. HVBERVS *peculiari dissertatione*, quae habetur in *Institut. hist. ciuil. p. & seqq.* Rectius incedit vir de re litteraria meritissimus CHRISTOPH. CELLARIVS in *diss. de principio regn. & hist. qua Ctesiae Cnidii sententia examinatur, & vanitatis conuincitur.* Omnia, quae hic notari merentur, accurate collegit, fontesque, vnde plura haurienda, indicauit GVIL. TVRCKIVS in *specim. hist. p. 134. seqq.* Confer IO. CLERICI *comment. ad Gen. X. 10.* & HENR. MASCAMPII *instit. hist. p. 64. seqq.*

(t) Protraxisse in lucem videri voluit vera & genuina *Berosi* Chaldaei, *Manethonis* Aegyptii, *Metasthenis*, rectius *Megasthenis* Per-

a plurimis appellatur, Viterbiensis, ordinis Dominicanorum monachus, com-

Persae, *Fabii Pictoris*, qui primus Romanorum soluta oratione historiam scripsit, & *aliorum* antiquissima monumenta. Viris doctis eorum fides merito suspecta est, vtut *Io. Nauclerus* & alii ex antiquioribus chronicorum scriptoribus ista commenta sequantur. Prodiit *Basileae* ex *Petri Pernae* officina 1576. 8. *Bodini methodus historica, duodecim eiusdem argumenti scriptorum commentariis adaucta.* Miror DAV. CHYTRAEVM, cuius *de lectione historiarum recte instituenda* libellus in hac collectione exstat, p. 1010. ita scribere: *etsi de* Berosо *iudicium* Ludouici Vinis & Beati Rhenani *non ignoro: nec satis asseuerare ausim, quinque antiquitatum libros, qui cum* Annii Viterbiensis *commentariis circumferuntur, illius* Berosi, *qui Alexandri tempore vixit, opus esse, cuius Babylonica* Athenaeus lib. 14. & Josephus *lib. I.* contra Apionem *citant, & cuius statuam inaurata lingua Athenis positam esse* Plinius lib. 7. *refert: tamen libellum illum antiquitatum* Berosi & Annii *lectu non inutilem aut insuauem esse, & multis* Bibliorum & Diodori Siculi, & Dionysii Halicarnassei, *& aliorum scriptorum locis lucem singularem adferre manifestum est.* Addit, *nusquam alibi origines & propagationes omnium gentium, & regnorum vetustissimorum, & regum primae monarchiae*

compilauit, nemini hodie amplius imponunt. Credulitas vel fraus talium mater est: ambitio nutrix, ex qua

chiae seriem a Nimrodo vsque ad Sardanapalum (dudum scilicet hodie explosam) *exstare, quam in istis Annianis.* Habuit & alios *Annius* defensores, de quibus legi potest DAN. GEORG. MORHOFII *polyhist. tom. I. lib. I. cap. VI. sect. 33. p. m. 53. 54.* THOM. REINESIVS, notante ad *Morhofium* IO. MOLLERO, existimauit, *latere in isto sterquilinio pretiosas gemmas.* Eruat, qui potest, & cui est volupe. Quidquid proferatur pro *Annio*, vix, immo ne vix quidem, efficietur, cum a se edita non confinxisse ex ingenio, sed reperta produxisse bona fide: non fuit igitur veterator aut falsarius; fuit tamen credulus & fabulator; ergo transeant ineptiae Viterbienses. Conf. GER. IO. VOSSIVS *de hist. lat. lib. III. cap. 8. p. m. 609. seqq.* BAELIVS *in dict. sub voce* Nannius, BVRCH. GOTTH. STRVVIVS *de doctis impostoribus §. 25. seqq.* HVMPHR. PRIDEAVX *hist. V. T. tom. I. p. 712. edit. germ.* IO. ALB. FABRICIVS in *bibl. latin. vol. I. lib. IV. cap. 13. p. 877. seqq. vol. III. p. 886. seqq.* BIBLIOTH. HISTOR. HAMBVRG. *cent. I. p. 231. seqq.* BENIAM. HEDERICHIVS, plurimis, iisque vtilissimis, ingenii & industriae monumentis clarus, in *notit. auct. antiqua sect. 32. 113. 128. 131. 139. 144. 158.*

Digitized by Google

qua vana perſuaſio: *quanto gens vel vrbs antiquior, tanto nobilior.* Rectius Poëta:

Nam genus & proauos, & quae non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco. (u)

Romanos, antiqua origine ſuperbientes, falſe perſtringit IVVENALIS: (x)

Et tamen, vt longe repetas, longeque reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo.
Maiorum primus, quisquis fuit ille, tuorum
Aut paſtor fuit, aut aliud, quod dicere nolo.

Germanos ab *Aſcenate*, Japheti filio, deſcendiſſe communiter tradunt auctores. Sed quibus fundamentis? Aliter ſentit SAM. BOCHARTVS, (y) colonos nempe ab Aſcenate e terra Gomer, id eſt, Phrygia maiore, in Phrygiam minorem & Troadem deductos ad Pontum vſque ſe diffudiſſe, qui a Graecis primum Ἄξενος, poſtmodum *Euxinus* dictus fuerit, appellatione

(u) OVIDIVS *metam. XIII. 140.*
(x) *Satir. VIII. fin.*
(y) *Geogr. ſacr. part. I. lib. 3. c. 9.*

Digitized by Google

ne ab *Aſcenate* deducenda. Quae coniectura ſi non vera, eiusdem certe ponderis eſt, atque opinio vulgaris. (z)

V.

De mythologia.

Mythologi talia proferunt de Diis & hominibus, quae omnem excedunt fidem, ſi iuxta litteram accipiantur. Phyſicus vero & moralis ſenſus admitti nequit, eſt enim ille myſticus, varius, & incertus, atque ingeniorum intemperantiae & laſciuientibus coniecturis frena mirum in modum laxat. Neque rectius, opinor, feriunt ſcopum, qui interpretationes adferunt geographicas. Hiſtorici aliquid in illis fabulis abſconditum eſſe, ordo metamorphoſeos indicare videtur, cuius auctor OVIDIVS ab ipſis rerum incunabulis ſeriem fabularum contexuit. Eſt nimirum fabula hiſtoria corrupta, ſiue deprauata. Eſt & plerarumque fabularum Ouidianarum origio hiſtorica, latentque ibi partim hiſtoriae bi-

(z) Multam lucem a me dictis adfundet celeberrimi IO. PETRI LVDOVICI *hiſtoria ſine parente*, ſiue *diſſert. de cauſſis fabularum circa gentium origines.* Addi poſſunt, quae ſcripſi in *diſſ. de iudic. hiſt. §. 16. 17.*

blicae, partim profanae. Enimuero cauendum ſedulo eſt, ne omnia Ouidii, vel pleraque veteris mythologiae, obtorto collo cum hiſtoria ſacra copulemus, quod fecerunt LVCAS CVPERVS (a) & PETRVS DANIEL HVETIVS. (b)

Omnia ſponte fluant, abſit violentia rebus.

Vera deſcriptio, quae in hiſtoria ſacra habetur, nos ducere debet ad explicationem fabularum, aliquam cum ea adfinitatem habentium. Non vero inferendae ſunt in ſcripturam hypotheſes, ſed ex illa efferendae: clauis explicationis non quaerenda in turbidis riuulis poëtarum & mythologorum, ſed in limpidis veritatis fontibus. Ita latet forte ſub Vulcano Tubalcainus, ſub Baccho Noachus: Moſen vero eundem eſſe atque Adonidem, Bacchum, Ianum, Orpheum, nondum credo. Ad fabulas quod atti-

(a) Edidit anno clɔ Iɔcc XXI. *παράτιτλα τῆς χρονολογίας & hiſt. ſacrae, a mund. cond. vſque ad τὴν ἔξοδον Iſraëlis ex Aegypto; profanam quae explicat, prout deſumta ex libr. metam. Ouidii ad haec tempora ſpectat.*

(b) In *opere demonſtr. euang. paſſim.*

Digitized by Google

attinet, quae ortae ſunt ex hiſtoriis profanis, quarum vera deſcriptio periit, eas exponere ad impoſſibilia ſpectat; vbi rudera hiſtorica ſuperſunt, hariolationibus indulgere licet. Vetuſtiſſima Aſiae, Aegypti & Graeciae hiſtoria fabulis tantum non eſt exſtincta, ſi generaliora quaepiam excipias. Primis temporibus populi rudes reges ſuos, artiumque generi humano vtilium inuentores, in Deorum numerum retulerunt, quo nomine omnes ſiue fortitudine ſiue ſcientia ſupra alios excellentes appellarunt, vtut non raro turpiſſimam & foedis libidinibus contaminatam vitam egerint. Iſti enim homines neque de diuinitate, neque de virtute veras habebant ideas. Quum vero poſtmodo Philoſophi viderent, parum honorificas eſſe naturae diuinae peruulgatas iſtas narrationes, in duas partes abierunt, Epicureis omnia reiicientibus & irridentibus, Platonicis & Stoicis ad ſaluandam religionem explicationes allegoricas comminiſcentibus. Orta eſt exinde apud gentiles *triplex theologiae facies: mythica poëtarum*, quae erat hiſtoria nugis deformata; *phyſica philoſophorum*, quae erat hiſtoriae iſtius inter-

interpretatio myſtica & abſurda; & *politica vulgi*, quae erat hiſtoriae ad cultum caerimonialem & theatralem a callidis ſacerdotibus inſtituta applicatio, cuius ſumma erat, vt ſacra fierent Cereri, Baccho, Veneri. Latet igitur in theologia mythica corrupta hiſtoria antiquiſſimorum regum & heroum, nullaque a primis auctoribus poëtis myſteria, ſed res geſtas more poëtico traditas & decantatas eſſe, certum eſt; ſed hae falſis & incredibilibus, temporis progreſſu auctis, mixtae tali nunc apparent facie, vt vix aliquid genuini agnoſcere amplius liceat. Jupiter rex Olympi forſitan in arce excelſo monti impoſita ſedem habuit: Neptunus mari potens fuit: Pluto metallifodinas ſcrutatus eſt, opesque effodit, vnde diuitiarum Deus, cuius & nomen gerit, habitus eſt. De Hercule ſingularia adfert IO. CLERICVS. (c) Significatione enim vocis hebraicae הרוכל, *harochel*, nomini Herculis quadamtenus conſonae, permotus, eum fuiſſe mercatorem Phoenicium, colonias in alia loca

(c) *Bibl. vniuerſ. tom. I. p. 252. ſeqq.*

Digitized by Google

ca deducentem, & cum feris animantibus, hoſtibus & latronibus depugnantem, exiſtimat. Fretum Herculeum, vnde natae columnae Herculis, fabulis decantatae, primum traieciſſe Herculem, vt Magellanus primus traiecit Magellanicum, valde quidem probabile habeo. Fuiſſe etiam plures Herculis nomine inſignes, non ſatis a poëtis, fabularum architectis, diſtinctos, vix dubium eſt, vnde omnis iſta res impeditior redditur. (d)

VI.

(d) Ex veteribus eorum, qui mythologica rimari cupiunt, vſibus maxime inſeruiet PALAEPHATVS *περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν de incredibilibus hiſtoriis*, ſenſum fabularum hiſtoricum ſollerter indagans, qui agmen ducit in *opuſculis mythologicis, phyſicis, & ethicis, graece & latine* ab HENR. WETSTENIO *Amſtelaedami 1688. 8.* nitide editis. Eadem methodo incedit, qui *Palaephatum* in laudato opere excipit, HERACLITVS de *incredibilibus*. Reliqui, inter quos PHVRNVTVS, SALLVSTIVS, OCELLVS LVCANVS, alii, ad interpretationes myſtico-phyſicas plerumque delabuntur. Ex recentioribus de mythologia prae multis aliis legi merentur IAC. THOMASII *Programma de occultis poët. fab. ſenſib. p. 730. ſeqq. diſſert.* CLERICI *bibl. ſelect. tom. VII. p. 88. ſeqq.* BVDDEI *analect. hiſt.*

VI.

De IO. FAVSTO, praestigiatore. Ad mythologos recentiores illi referendi sunt, qui de *Ioanne Fausto* incredibilia & stupenda iactant. Examinabo hac occasione, quae de isto praestigiatore circumferuntur. Anicles & absurdae fabulae in medium sparsae viros doctos & perspicaces moverunt, vt dubitarent: num vmquam in rerum natura fuerit Faustus? (dd) annon potius aliunde arcessenda sit fabulae origo? Nec deferunt, qui eam a *Io. Fausto, Moguntino*, primo artis tachytypographicae inuentore, (e) deri-

hist. phil. praef. p. 14. seqq. & diss. eiusd. vol. quam inscripsit: *philosophus fabularum amator*, HEVMANNI *poecil. tom. I. lib. 2. p. 218. seqq.*

(dd) Haec etiam citra omne dubium ratio est, qua inductus Vir iuris consultissimus HENR. BODINVS *totam illam narrationem* de Fausto *putidum commentum sapere* iudicat in *diss. de fallacibus indiciis magiae §. XXII.*

(e) Controuersia historica de inuentione typographiae ita componi potest: Inuenit *Laur. Costerus*, Harlemensis, integras paginas, quibus litterae insculptae erant, sed immobiles, quo inuento *Sinenses* iam diu vsi fuerant, de quo tamen vix constitisse arbitror

deriuarunt. (f) Multum ingenii habere istam meditationem, certum est. Rudibus saeculis haud insolens erat, viros rerum mathematicarum & physicarum peritos, artiumque antehac incognitarum inuentores, pro magis habere, quibus pactum cum maligno spi-

tror Costero; *Jo. Guttenbergerus*, Argentorato oriundus, sed Moguntiae fortunarum sedem habens, de excolenda vlterius arte cogitare coepit; quo propter sumtus & difficultates prope exhausto *J. Fauslus* rem perfecit, litterasque mobiles adhibuit, vnde orta hodierna tachytypographia, quum modus imprimendi Costerianus ad chalcographiam propius accederet. Vide ex multis GEORGII PASCHII *inuenta nouantiqua cap. VII. §. 66. p. 780 seqq.* IAC. FRID. REIMMANNI *introd. in hist. litter. Germ. Tom. III. p. 204. seqq.*

(f) HVMPHRIDVS PRIDEAVX in *hist. V. T. tom. I. p. 279. edit. germ. not.* (h) haec habet: Johann *Fauſt* erfand zuerſt die Buchdrucker-Kunſt zu Maynz, und weil man ihn deswegen für einen Zauberer hielt, ward hier in Engelland die *Hiſtorie* von ihm gemacht, die unter dem Nahmen *Dr. Fauſt* herum gehet. MISSONIVS in *itin. Ital. tom. I. p. m. 22.* de typographo verba facient, eum vocat *le prétendu Magicien Jean Fauſtus de Mayence.* GVST. GEORG. ZELTNERVS in

ſpiritu interceſſerit. (g) Admirationi erat ſpectantibus, quum typi per tot exemplaria diffuſi & characteres per omnia ſibi reſponderent, quod in libris manu ſcriptis impoſſibile eſt. Vnde emtores primorum Bibliorum a Fauſto impreſſorum pro impoſtore eum habuerunt, exemplaria caro emta, pretii reſtitutionem poſtulantes reddiderunt, tantasque viro excitarunt moleſtias, vt Pariſiis, vbi merces ſuas vendiderat, clanculum aufugere cogeretur. (h) Fuit & artificium initio inter ſecreta habitum a *Fauſto*, & genero eius *Petro Scheffero*, omnibus, qui manus operi admouebant, iurisiurandi religione ad fidem ſilentii ada-

in *vitis Theol. Altorf. p. 508.* ſcribit: *Fauſti Magi vita, tot fabulis conſuta, ficta eſt ex typographo Fauſto.*

(g) Pertinent huc *Sylueſter II Papa*, *Albertus magnus*, *Jo. Trithemius*, cuius arcana, non magica, ſed ſteganographica, detexit SERENISSIMVS GVSTAVVS SELENVS, *Theophraſtus Paracelſus*, *Cornelius Agrippa*, alii. Lege de illis egregium librum, GABR. NAVDAEI *apol. viror. celebr. vulgo pro magis habitorum.*

(h) Vid. REIMMANNI *hiſt. litter. tom. III. p. 224. 225.*

Digitized by Google

adactis. Verba ad finem *officiorum Ciceronis* a Fauſto addita aliquid myſterii videbantur continere: (i) *Praeſens M. Tullii clariſſimum opus* Ioannes Fauſt, *Moguntinus ciuis, non atramento plumali, canna neque aerea, ſed arte quadam perpulcra, manu* Petri de Gernsheim, *pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno* M CCCC LXVI. *quarta die menſis Februarii.* Tale exemplar vidi in Bibliotheca Academiae Iuliae. Lingua noſtra germanica homines, qui daemoni ſe mancipaſſe creduntur, vocari ſolent Schwartz-Künſtler. Hoc num inde ortum ſit, quia diabolus nigro colore pingitur, vel quoniam forte ineptus homo ex *necromantia* abſurdo errore *nigromantiam* exſculpſit, inquirere nolo. Quem vero fugit, characteres typorum atrato colore tingi? Fuit itaque *Io. Fauſtus*, typographus, ein Schwartz-Künſtler immortali laude dignus, qui diuinitus conceſſum beneficium generi humano patefecit, & atris ſuis litterulis atram barbariei noctem diſpulit. Quemadmodum vero non incredibile eſt, haec & alia

L mouiſ-

(i) MELCH. ADAMI *de vit. philoſ. p. 1. b. edit. in fol.*

Digitized by Google

mouisse viros eruditos, vt a Fausto Moguntinensi promanasse existimarent infaustas de Fausto praestigiatore fabulas: ita ostendi facile potest, huius exsistentiam frustra in dubium vocari, quippe de qua constat ex testimoniis, nullam exceptionem admittentibus. Vidit hominem & de facie nouit *Phil. Melanchthon.* En verba IO. MANLII: (l) *Noui quendam nomine* Faustum de Kundling, *quod est par-*

(l) Ex *locor. commun. collectaneis p. 38. 39. editis 1565. 8. Basileae*, vt credo. Equidem *Manlio* tribuit, quae tribuenda erant *Melanchthoni*, celeberrimus, dum viueret, Vitebergensium Theologus IO. GEORG. NEVMANNVS in *diss. de Fausto praestigiatore* 1683. edita, lectuque digna, *cap. I. §. 3.* Sed *Manlius* illo opere exhibet excerpta ex lectionibus *Melanchthonis*, seu *Melanchthoniana.* Idem propemodum fecit, quod ille, qui collegit ediditque sermones conuiuales Lutheri. CASP. PEVCERVS in *praef. ad epist. select. Melanchth.* 1565. 8. editas queritur, Manlium etiam epistolas Melanchthonis edidisse, sed plerisque in locis mutilas & deprauatas: vnde Georgium Fridericum, Marchionem Brandeburgensem, Manlio seuere indixisse, ne quid tale posthac tentet. Debeo hanc obser-va-

parvum oppidum, patriae meae vicinum. (m) *Hic cum esset Scholasticus Cracouiensis, ibi magiam didicerat, sicut ibi olim fuit magnus eius vsus, & ibidem fuerunt publicae eiusdem artis professiones. Vagabatur passim, dicebat arcana multa, ille Venetiis cum vellet ostendere spectaculum, dixit se volaturum in coelum. Diabolus igitur subuexit eum, & afflixit adeo, vt allisus humi pene exanimatus esset: sed tamen non est mortuus. Ante paucos annos idem* Joannes Faustus *postremo die sedit admodum moestus in quodam pago ducatus Wirtenbergensis. Hospes illum alloquitur, cur moestus esset praeter morem & consuetudinem, (erat alioqui turpissimus nebulo, inquinatissimae*

seruationem clar. HEVMANNO. Consentientem habemus GVIL. ERN. TENZELIVM in *bibl. curios. 1706. p. 196.* Prouocat ille etiam ad authentica testimonia *Jo. Trithemii*, & *Conr. Mutiani Rufi*, quorum vltimus *Faustum*, quem erronee quidem *Georgium* vocat, Erfordiae vidit, & satis emphatice *merum* vocat *ostentatorem & fatuum.*

(m) Est *Knittlinga*, exiguum territorii Würtenbergici oppidum, vt monet NEVMANNVS *loc. cit.* Parum distat Bretta, Palatinatus inferioris oppidulo, Melanchthonis patria.

Digitized by Google

vitae, ita vt ſemel atque iterum pene interfectus ſit propter libidines) ibi dixit hoſpiti in illo pago: ne perterreſias hac nocte. Media nocte domus quaſſata eſt. Mane cum Fauſtus *non ſurgeret, & iam eſſet fere meridies, hoſpes adhibitis aliis ingreſſus eſt in eius conclaue, inuenitque eum iacentem prope lectum inuerſa facie, ſic a diabolo interfectus. Viuens adhuc habebat ſecum canem, qui erat diabolus, ſicut iſte nebulo, qui ſcripſit de vanitate artium,* (mm) *etiam habebat canem ſecum currentem, qui erat diabolus. Hic* Fauſtus *in hoc oppido Wittenberga euaſit, cum optimus Princeps Dux Ioannes dediſſet mandatu de illo capiendo. Sic Norinbergae etiam euaſit, cum iam inciperet prandere, aeſtuauit, ſurgitque ſtatim, ſoluens quod hoſpiti debebat. Vix autem venerat ante portam, ibi veniunt lictores & de eo inquirunt. Idem* Fauſtus *Magus, turpiſſima beſtia, & cloaca multorum diabolorum, vane gloriabatur de ſe, omnes victorias, quas habuerunt Caeſariani exercitus in Italia, eſſe partas per ipſum ſua magia.*

(mm) Intelligi *Henr. Corn. Agrippam*, nemo non videt. Plane aliter vero hunc canem nigrum, qui *Monſieur* vocabatur, depingit *Io. Wierus.* Vide MELCH. ADAMI *vit. Medic. p. 8. a. b. edit. in fol.*

Digitized by Google

magia. Idque fuit mendacium vanissimum. Id enim dico propter iuuentutem, ut statim talibus vanis hominibus assentiantur. Exstitit ergo certissime Faustus. Vitam eius descriptam dedit *Georg. Rudolphus Widemannus*, vir obscurissimi nominis; (n) qui liber *Io. Nic. Pfitzeri*, Medicinae Doctoris, cura rursus, ingenti monitorum moralium cumulo refertus, prodiit. (o) Exstat & gallice historia Fausti. (p) Tota fabula-

 rum

(n) Librum 1599. Hamburgi editum recenset celeb. BVRC. GOTTH. STRVVII *bibl. antiqua 1706. p. 232. seqq.* Inscriptio ita habet: Wahrhafftige Historien von den greulichen und abscheulichen Sünden und Lastern *D. Joannis Fausti.*

(o) NEVMANN. *l. c.* Prodiit *Noribergae* 1681. 8. In fronte est: Das ärgerliche Leben und schreckliche Ende des viel-berüchtigten Ertz-Schwartz-Künstlers D. Iohannis Fausti. Euolui, & dum haec scribo prae manibus habui. Futilitate cum omnibus huius generis scriptis facile certare potest.

(p) Auctor est *Petrus Victor Caietus*, initio minister ecclesiae reformatae, dein transfuga, & theologiae doctor Parisiensis, ipse magiae & atrocium criminum insimulatus. *Naudaeus* eum vocat *credulum animal & stultum.* Vid. BAELII *dict. sub voce* Cayet *lit. C. p. 754 a. edit. 2.*

Digitized by Google

rum plauſtra in ea contineri manifeſtum eſt. Multa de eo narrantur, quae aliis alii tribuunt: multa ridicula ſunt: pleraque ab omni fide aliena, & aegrotantis iudicii deliramenta. Neque inter ſe cohaerent, quae in ſcenam producuntur, quale eſt illud, hominem Vitembergae frequenter & multum egiſſe, atque tandem in pago ad Albim vrbi vicino, cui *Bradae* (q) nomen eſt, a malis geniis in ſublime raptum eliſis faucibus miſere periiſſe. Fuerit Vitebergae, vnde illum euaſiſſe metu cuſtodiae territum ex Melanchthone ſupra audiuimus: certe diu ibi non ſubſtitit. Manifeſta eſt confuſio inter Vitebergam, & tractum Würtenbergicum, hominis patriam. Sil-

(q) *Brodam* appellat CONRAD. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, qui *epiſt. CCCLXXIX. p. m. 559.* ita ſcribit: *quod ad* Fauſti *nomen, reſque geſtas attinet, non auſim refellere ſententiam vulgo proditam, neque tamen ſum neſcius, plurima de eo narrari fabuloſa, vt ſane ineptiunt, qui, in vicino pago, cui* Brodae *nomen eſt, eſſe commoratum, tradunt, quam vanitatem ex noſtrorum hominum, qui ſtudiorum cauſa apud nos verſantur, animis nondum penitus euellere potui.*

Digitized by Google

Silua, quam *Speſſart* dicunt, in quam prodeambulaſſe Fauſtum pactum cum daemone initurum narrat *Pfitzerus*, (r) non eſt vicina Vitebergae, vt ille ineptit, ſed in Sueuia. (s) Hae & aliae obſeruationes anſam dederunt viris eruditis, vt Fauſto laruam detraherent. GABRIEL NAVDAEVS paucis, duobus nimirum verbis, multa dicit, dum Fauſti vitam lingua gallica *Roman Magique* vocat. (t) Ex ſen-

(r) *loc. cit. cap. 6. p. 43.*

(s) NEVMANN. *loc. cit. cap. 2. §. 4. 5.* Addit vir doctiſſimus *cap. 3. §. 8.* occaſionem rumoris de Viteberga exorti. Nimirum, praetorem pagi ſupra nominati tempore belli tricennalis militibus, vt eos arceret ab aedibus ſuis, perſuadere conatum, eas horrenda Fauſti morte notabiles eſſe, oſtenſo etiam pariete, bouis forte cruore tincto.

(t) Vide *l'apologie pour les grands hommes ſoupçonnez de Magie*, quae iterum prodiit *Amſtelod. 1712. 8. cap. XV. p. 298.* Si gallica editio ad manus non eſt, euolue *verſionem germanicam* viri clariſſimi IO. REICHII, qui duobus voluminibus variorum ſcripta de crimine magiae recenſuit, *p. 192.* NEVMANNVS *loc. cit. cap. 3. §. 2.* ita: *Naudaeus emunctae naris eſt, qui vitam* Fauſti *nec fabulam plane, nec hiſtoriam, ſed verbo ab vtraque parte paullum diſcedente* Romam Magi-

tentia IO. GEORGII ECCARDI, (u) cele-

Magique *gallica lingua vocat. Quod vocabulum cum magna gaudeat emphasi, doleo Romanae facundiae esse ignotum; forsan* narrationem dixeris scenicam, mutatis circumstantiis confictam, de persona artibus quibusdam magicis celebri, sed accedentibus siue fabulis siue historiis celebriori. *Cui proinde nostrummet calculum, saluo aliorum iudicio, adiungimus.*

(u) In *excerptis rei litterariae Hanouerae editis 1701. mens. Martio p. 56. seqq.* recensetur *anonymi* explicationem verborum Mosis, quibus *Filios Dei filias hominum vxores sibi adsciuisse* ille docet, ex quibus perperam intellectis orta videtur de commerciis geniorum cum hominibus opinio, a *Philone* & *Iosepho* ad Patres, *Iustinum*, *Tertullianum*, *Lactantium* transmissa, a SVLPICIO SEVERO *lib. I. hist. sacr. p. 12. edit. Hackianae 1647. 8.* inepte adoptata, ex qua deinde pactum expressis verbis & conditionibus conceptum pedetentim emersit. *Anonymus* iste, quicumque sit, per filios Dei substantias intermedias, incolas mundi elementaris, intelligit, inter quos *agathodaemones* sint & *cacodaemones*, quorum illi arcanae sapientiae doctores, & praeceptores fuerint virorum illustrium, ipsius etiam *Fausti*, quum bonus adhuc magus esset, & nullam cum malis geniis familiaritatem exerceret. Subiungit *p. 58. 59.* ECCARDVS:

Mas

celeberrimi nostra ætate historici, dubitandum foret, num vixerit vmquam Faustus, nisi *Manlii* de ostentatore narratio obstaret. PETRVS FRI-

Was von den Geniis Platonis, Pythagorae &c. zu halten sey, lasse ich Vernünfftigere beurtheilen; Zum wenigsten weiß ich nicht, nur eins zu gedencken, wo der Autor von Fausto das erfahren, was er erzehlet, wenn es ihm nicht vielleicht die Herren Geister offenbahrt haben. Denn wenn Manlius in collectaneis nicht sagte, er habe diesen Horribilicribrisax gekennet, würde man zweifeln, ob er jemahls auf der Welt gewesen. --- Herr D. Neumann hat gewiesen, daß die Historchen, so ihm in seiner Lebens-Beschreibung zugeeignet werden, von andern Scribenten andern der Magie wegen beruffenen Leuten vor ihm zugeschrieben worden: daß es also damit gehe, wie mit der Historie der Schild-Bürger, Eulenspiegels und Claus Narrens, die eine Zusammenlesung allerhand lustiger Ränke und Schnacken seyn, wie sie der Magischen Possen. Und gewiß, wenn man das, was von dem Juden Sedechia, so den Carolum Caluum vergeben haben soll, (Crus. Annal. Sueu. P. II. L. III. c. 1.) von dem Böhmischen Zytone, Trithemio, Corn. Agrippa, Alberto Magno und dergleichen Leuten fabulirt wird, an Fausts Thaten wegnehmen solte, würde gar wenig übrig bleiben, und der Rest nicht verdienen gelesen zu werden. Libri gallici: *le comte de*

FRIDERICVS ARPE (x) haec ſcribit notatu digna: *Et ſic delabitur noſtra oratio ad* IOANNEM FAVSTVM, *nebulonem mere infauſtum, ſi vera de eo narrant, nec mera de huius praeſtigiis eſt fabula, quam non ſine ſingultibus & ſuſpirtis legunt aniculae, vti a* Georgio Rudolfo Widemanno *& D.* Pfitzero *cum ingenti monitorum moralium cumulo eſt tradita. Pleraque ſane, quae de eo feruntur, non ſatis firmo talo ſtare euicit Cl.* Joannes Georgius Neumann *in diſſertatione hiſtorica de Fauſto praeſtigiatore Witteb. 1711. 4. qui conſuli poterit. Nobis ſatis eſt eius mentionem feciſſe & librorum, quorum tanta ipſi tribuitur copia, characteribus meris & teleſmatibus deteſtandis conſpurcata, ſiquidem MSti feruntur* Praxis cabalae & albae & nigrae &c. Miracul- und Wunder-Buch, genannt der Höllen-Zwang,

Gabalis, ou Entretiens ſur les ſciences ſecretes, cuius meminit ECCARDVS *p. 57.* quem ex *edit. Amſt. 1671. 12.* habeo, auctor MARVILLIO *miſc. tom. I. p. 268.* nominatur Abbas quidam *Villars.* Delirat ille, vel iocatur, quamquam ad ingenioſos iocos ſit omnium ineptiſſimus, tuſſimque legenti moueat atque grauedinem.

(x) *lib. de taliſmanibus & amuletis*, edito 1717. *cap. IV. p. 125. ſq.*

Digitized by Google

Zwang, ꝛc. ad euocandos XX. ſpiritus olympicos; Practicirter Geiſter-Zwang, *qui impreſſus etiam, vt in titulo*, Paſſau 1605. 12. *quo peſſime abutuntur, quibus ex luto praecordia & cerebrum beluinum eſt;* Der ſo genannte ſchwartze Mohren-Stern &c. die Gauckel-Taſche &c. Haupt- und Kunſt-Buch, i.e. aller Cabaliſten uñ Weiſen fundamental praxis zur Lehre in geheim ſeinem Diener Chriſtoph Wagnern hinterlaſſen &c. *qui itidem fuit inſignis magus & ſcripſiſſe fertur* Cabalam nigram, oder wahrhafften Höllen-Zwang, *& quae ſunt alia humani ingenii monſtroſa ſomnia, numquam ſine indignatione & dolore commemoranda.* Addo verba GEORG. CHRISTIANI WAGNERI: (y) *Jo. Fauſtus, famoſiſſimus ſaeculi ſui praeſtigiator, cuius perſonam & vitam cum quibusdam pro fabula prorſus habere equidem nolumus, plurima tamen intermixta falſa cum* Naudaeo (Apolog. cap. 15. p. 419.) *&* B. Neumanno *merito putamus. Eiusdem commatis procul dubio eſt, quod alii Diabolum ipſi ſub forma canis nigri, alii ſub forma Monachi familiarem tribuere ſoleant.* Sed quid tandem poſt tot ambages ſtatuendum de

(y) Vid. *diſp. de eruditis ſpirituum familiarium vſu ſuſpectis*, Lipſ. 1715. §. 19.

Digitized by Google

de Fausto? Fuit circulator & praestigiator, qui nugis, suis ludibria fecit plebi, atque per varias vrbes & terras circumcursitauit, Conr. Gesnero & Jo. Wiero non male in Scholasticorum vagantium numerum relatus, vtvt hoc displiceat NEVMANNO. (z) Hoc hominum genus impudentissimum atque sceleratissimum, panis & viatici obtinendi caussa, glaucomata imperitioribus obiecit, vt hodie solent agyrtae, funambuli, histriones, quos stupet vulgus, mirantur & alii, si artes ludicras calleant, manuumque & corporis agilitate praediti sint; strenue declamauit, morborum remedia, arcana ostentando, praescripsit, vnde & Fausto & huius farinae similibus Doctoris nomen adhaesit, & nunc adhaeret circumforaneis, quo numquam legitimo modo fuerunt ornati. (a) Reliqua portentosa, mirabilia, paradoxa, quae de Fausto legimus, explodenda sunt.

(z) *loc. cit. cap. I. §. 5. 6. cap. 2. §. 12.* adde HERMAN. CONRINGIVM de *Hermet. Medic. lib. 2. cap. 12. p. 372.* & SECKEND. de *Luth. lib. III. §. CXVII. add. 1. lit. m. p. 501. a.*

(a) NEVMANN. *cap. 2. §. 14.*

Digitized by Google

ſunt. (aa) In vulgus notum eſt, quid de *Luxemburgio*, noſtris temporibus confinxerint anilium fabularum amaſii: quis vero ſanior talia credat? (b)

VII.

(aa) Iam ſupra *lit. n.* prouocaui ad STRVVII *biblioth. antiquam*, anno 1706. editam. Addo epicriſin eius de Fauſto, breuem, ſed iudicii plenam, quam *p. 235.* lego: *praeſtigiator forſan* (non vereor dicere: *abſque omni dubio*) *fuit, qui non magica arte, aſt praeſtigiis aliis hominibus illudebat.* Quam inermis & elumbis fuerit daemon, Fauſti adiutor, qui *Widmanno* vocatur *Mephiſtopholes*, docent, quae laudatus STRVVIVS ex *Dan. Schalleri*, Paſtoris Stendalienſis, *concionibus* von Zauber-Händeln loc. cit. *p. 233.234.* excerpſit: Herr Philippus hat den teuflischen Buben Fauſtum offtmahls ernſtlich geſtrafft, und vermahnet, von ſolcher Teuffeley abzulaſſen. Der antwortet ihm einſt: Herr Philippe, ihr fahret mich allezeit mit rauhen Worten an, ich will euch einmahl einen ſeltzamen Poſſen reiſſen, und machen, wenn ihr mit euren Tiſchgängern zu Tiſche ſitzet, und eſſen wollet, daß alle Töpffe mit der Speiſe in der Küchen zum Schorſtein hinaus fliegen ſollen, und ihr mit euren Gäſten nichts werdet zu eſſen haben. Darauf antwortet ihm Herr Philippus: Das ſoltu wohl laßen, ich hoffere dir in deine Kunſt; und er muſte es auch laſſen!

(b) Credo, reperiri homines adeo ſtolidos vel im-

VII.

De credulitate hist. ri-

Naeuum in historico maxime notabilem, qui iudicandi facultatem corrum-

impios, vt pactum cum diabolo inire vel tentent, vel se iniisse sibi persuadeant, quemadmodum exsistunt, qui lapidem philosophicum vel quaerunt, vel eum a se inuentum esse iactant. Credo exsistere, & hinc inde latitare scelestos & absurdos de adiuratione spirituum malignorum libros, apud Iudaeos praesertim, gentem, si lucrum respicias, callidam, in reliquis omnibus reprobo sensu agitatam, & ad stuporem vsque superstitiosam, de quibus consuli potest opus reconditae eruditionis IO. CHRISTOPH. WOLFII *biblioth. hebr. tom. I. p. 1047. seq.* & *tom. II. p. 1213. seqq.* Clauiculam Salomonis euocationes spirituum crepare, atque magica promittere mysteria, at sub illis latere artificium steganographiae, eruditissime obseruauit IO. ALB. FABRICIVS in *cod. pseudepigr. V. T. vol. I. p. 1053.* Ceterum pactum expressum inter daemonem & homines cuiuscunque sexus stabilitum ortum debet nebulis ignorantiae, totum orbem, quum ad fastigium peruenisset sacer pontificis Romani dominatus, in vertiginem agentis. Funestas excitauit haec persuasio tragoedias, dira supplicia, crudeles flammas, rogos ardentes, quorum omnium pudet hodie prudentiores. Non credunt hi, magos sagasque, potentia daemo-

Digitized by Google

rumpit, esse credulitatem, supra (c) monui. Credulitas est vel *dogmatica*, & respicit res, siue *vniuersalia*, de qua hic non est sermo; vel *historica*, & respi- *corum. Iudicium NIGIDII de AVGVSTO.*

monis adiutos, in homines vel pecudes pro arbitrio grassari, tonitrua & fulgura excitare, in lupos vel feles mutari, in arundine longa per sublimia aëris spatia equitare, in montem excelsum, vbi sollemnis conuentus theatrum, se conferre, diabolum sub hirci forma throno insidentem ritu singulari adorare, circa eum in orbem saltare, splendidissime cum eo epulari, denique, nam & hoc addi solet, forsitan ne peroratio desit putidissimae fabulae, nefanda venere eidem commisceri. Non credunt, inquam, talia prudentiores, alios tamen credentes tolerant facillimi, scripturam de exsistentia & malignitate infernalis genii nos edocentem venerantur, humana additamenta suo loco relinquunt, neque credoli, neque profani. Si plantae, cibi, & alia huius generis noxia efficiuntur, homines vel bestiae per occultas artes neci dantur, veneficiis hoc tribuendum venit, quae ex malitia humana naturae viribus, vel etiam occulta diaboli inspiratione, absque vllo tamen pacto, expressis vel scriptis verbis concepto, perpetrari possunt. Sed sufficiant haec. Τοὺς βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ, inquit Apostolus *1. Tim. IV*, 7.

(c) *Sect. 1. huius capitis.*

Digitized by Google

ſpicit facta, ſiue *ſingularia*, cuius ſpecimina quaedam adferenda ſunt. (cc) Non male *Legendiſmum* eandem appellauit WEISMANNVS. (d) Siue vero ex fingendi & mentiendi licentia falſa tradant auctores, ſiue ex ſimplicitate, ipſimet ob defectum acuminis & ingenii debilitatem decepti, perinde eſt; vtrimque enim narrantur, non quae vera ſunt, ſed quae vera eſſe illi vel volunt, vel credunt. Sequuntur ſtrenue praeeuntes hiſtoricos incauti lectores, & oſcitante vno oſcitant multi. Vaticinia praeter verbum Dei reuelatum in litteras relata huc pertinere, certum eſt. Solent ea circumferri de principibus, & aliis viris, inſignioribus rebus geſtis immortalitati conſecratis. Sed probe diſpiciendum eſt lectori, vtrum exſtiterint vaticinia, antequam, quae praenuntiata dicuntur, fierent? num poſt res geſtas demum innotuerint, atque, vt loqui ſolemus, poſt feſtum? De Octauio Au-

(cc) Exſtat docta diſſ. IO. TOB. WAGNERI de *credulitate*, habita Praeſide percelebri Iuriſconſulto & Philoſopho IO. FRIDEM. SCHNEIDERO *Halae 1714*.

(d) In *diſſ. praelim. ad hiſt. eccl. N. T.* §. 4.

Digitized by Google

Augusto *Publ. Nigidium Figulum*, vatem & futurorum nuntium, stupendae, si credere fas est, scientiae,

cui cura Deos, secretaque coeli
Nosse fuit, quem non stellarum Ægyptia Memphis
Æquaret visu, numerisque mouentibus astra, (e)

hoc praesagium extulisse refert SVETONIVS: (f) *quo natus est die, quum de Catilinae coniuratione ageretur in curia, & Octauius ob vxoris puerperium serius adfuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium comperta morae caussa, vt horam quoque partus acceperit, adfirmasse, dominum terrarum orbi natum.* Exercitatum in sua arte oportet fuisse *Nigidium*, qui statim, accepta partus hora, vatem agere potuit; solent enim alioqui astrologi multis lineis & punctis vexare chartam, vt horoscopum, nescio secundum quas regulas formatum, delineent. Praecipua vero quaestio hic oritur: num hoc praesagium eodem, quo Augustus lucem adspexit, die a Nigidio enuntiatum fuerit? de quo non de-

(e) LVCAN. *pharsal. I. 639. seqq.*
(f) In *Augusto cap. 94.*

Digitized by Google

ſunt dubitandi rationes magni momenti. (g) SVETONIVS ſane haec non tradit, vt comperta, vt explorata; ſed adfert, quoniam Auguſto divini aliquid ineſſe credebatur. Satis produnt animum hiſtorici verba: *Nota ac vulgata res eſt*; ſatis prodit notabile exordium: *& quoniam ad hoc ventum eſt, non ab re fuerit ſubtexere, quae ei priusquam naſceretur, & ipſo natali die ac deinceps euenerint, quibus futura magnitudo eius & perpetua felicitas ſperari animaduertique poſſet*; prodit denique mordax de matre Auguſti & dracone ad eam irrepente ſtilus. (h) Neceſſarium circa iudicium hiſtoricum obſeruatu eſt, vt, antequam in cauſſas factorum inquiratur, de ipſis factis certo conſtet. Nihil enim ineptius eſt, quam rationes rei anxie indagare, quae vel prorſus non contigit, vel latentes habet fraudes aut fallacias. Illuſtrare poteſt hoc monitum *Iacobi Ay-*

(g) vid. BAELII *dict. ſub voce* Nigidius *lit. E.*

(h) SVETONIVS *loc. cit.* Iucunda lectu ſunt, quae habet cap. 94. 95. 96. 97. de Auguſto praeſagia & mirabilia. Sunt ſcilicet ambitioſae & politicae, quemadmodum piae, fraudes, mundusque regitur opinionibus.

Digitized by Google

Aymarii, rustici Delphinatis, virgula diuina, quae virorum doctorum & philosophorum animos calamosque frustra exercuit. (i)

VIII.

(i) Famam sibi acquisiuerat iste rusticus prorsus mirabilem. Credebant enim homines, illum adhibita virgula posse inuestigare latentes homicidas, fures, stupratores, arcana denique omnia. Philosophiae, vt vocari solet, corpusculari addicti caussam quaerebant in particulis, nescio quibus; alii nodum felicius secabant, cuncta daemoni adscribentes; IO. GOTTFRIDVS ZEIDLERVS in *pantomysterio* confugiebat ad viuidam mentis efficaciam virgulae illabentem. Detexit tandem Condaeus Princeps fraudem, cui fassus est Aymarus: *se nihil eorum scire, quae sibi tribuerentur; ceterum, quae fecerit, sustentandae vitae caussa feciss.* Talis erat homo ridiculus *Molienii*: *ils m'ont fait Medecin malgré mes dents.* Cedro digna sunt verba illustris LEIBNITII apud PASCHIVM de *inuentis nouantiquis cap. VII. §. 65. p. 779. 780.* quae addo: *Scripsi nuper Parisios, vtilius & examine dignius mihi videri problema morale vel logicum, quomodo tot viri insignes Lugduni in fraudem ducti fuerint, quam illud pseudo-physicum, quod tractauit Vallemontius, meliori materia dignus, quomodo virga corylacea tot miracula operetur? Nam moralis illa quaestio excussa pro dignitate multorum er-*

VIII.

De MICH. NO. STRA. DAMO.

Inter vates recentiores magnam famam sibi comparauit MICHAEL NOSTRADAMVS. Vir doctissimus, & numquam sine laude nominandus, sed in arcana chemica & fatidica procliuior, DAN. GEORG. MORHOFIVS scribit, (l) nominatum fuisse ab eo monachum, qui Henricum III, & carnificem, qui Momorancium percussurus sit, quae vix vlla arte diuinatrice indagari possint, & intelligentiae alicuius adflatum requirere videantur; praedictionum eius veritatem magnum illi apud principes nomen acquisiuisse, quae tanta esse videatur, vt ne diabolum quidem praedicere potuisse credat. Multa deinde admirabundus de praesagiis ab eo profectis addit. Excitarunt, fateor, haec meam curiositatem, vt, quandoquidem tetrastichorum Nostradami compos fieri non poteram, scriberem ad Virum litteratissimum atque

rorum popularium origines saepe speciosas aperiret. Confer omnino BAELII *diction. sub voc.* Aburis *lit. G. & addenda ad tom. I.*

(l) *Polyhist. tom. I. lib. I. cap. XI. sect. 32. seqq. p. m. 101. seqq.*

Digitized by Google

atque humanissimum THOM. CRENIVM, rogaremque eum, vellet, quae comperta de isto Propheta haberet, vel ab aliis accipere posset, beneuolus communicare. Respondit Lugduno Batauorum V. Id. Sept. cIↃ IↃCC his verbis: *De Michaële Nostradamo, praeter ea, quae parte V. Animaduersionum mearum c. II. §. VIII. p. m. 114. adtuli: Hubertus Langvetus, lib. II. Epist. CIX. p. m. 307. edit. Hal. cIↃ IↃC XCIX. (male enim typothetae posuerunt cIↃ IↃ XCCIX) ad Vlrich. Mordisium, Consiliarium Illustriss. Saxoniae Electoris praecipuum ita scribit:* Nostradamus edidit hoc anno Prognosticon, in quo dicit, fore mutationes in Germania, & post longas contentiones, cudendam monetam sub nomine Imperatoris Caesaris Aug. Ducis &c. Hic omnes interpretantur, eum praedicere Imperium Illustrisimo nostro Principi. Alio loco dicit, Monarcham Romanum periclitaturum de vita; sed nescio, an id de Pontifice Romano, an verò de Imperatore intelligat. Quamuis non dubitem, ista nihil aliud esse, quam nugas nugaciſſimas; quia tamen multi de iis rebus iam loquuntur, ipsius Prognosticon ad te volui mittere, & quo-

niam tale exemplar nanciſci non poteram, eripui Danieli Oeſiandro illud, quod habebat, quod prius ipſe Petro Claro eripuerat. Hoc exemplar adfirmat Daniel, ſe vidiſſe ipſius Noſtradami manu ſcriptum, quod ideo dico, quia typographi ſui lucri cauſſa, varia ſub ipſius nomine ab aliis conficta ſingulis annis edunt. Ipſe Noſtradamus iam eſt factus regius Medicus. Has nugas libuit inſerere, quia nihil aliud habebam, quod ſcriberem. *Integrum per biduum varias hic amicorum mihi Bibliothecas excutere neceſſe fuit, antequam Noſtradami Prophetiarum, vt inſcribuntur, exemplum videre potuerim. Nactus tandem editionem Lugdunenſem 1568. in 8. integrum librum percurrere cum attentione debui, & hariolari, numne hoc, vel illud vellet. Conſului quoque multos hic mihi amicos Gallos, non multum Noſtradamo tribuentes, nec ipſam Borrichii expoſitionem Morhoſio laudatam adprobantes, & vt illi inquirerent, rogaui. Pars negarunt, ſe in illo indicata a Morhoſio invenire potuiſſe, alii ea in illo haberi putarunt. Mortem Regis Caroli quaeſiuerunt in Centur. IX. n. XLIX. p. m. 25. a.*

Gand & Bruceles marcheront contre Anvers,

Senat

Digitized by Google

Senat de Londres mettront a mort
leur Roy:
Le sel & vin luy seront à l'envers,
Pour eux avoir le regne en desar-
roy.

Ad carnificem Montmorancy trahunt Cent. ult. Tetrast. XXXI.

Celuy qui a, les hazards surmonté,
Qui fer, feu, cauë n'a jamais re-
douté,
Et du pays bien proche du Basacle,
D'un coup de fer tout le monde
estonné,
Par Crocodil estrangement donné,
Peuple rauy de veoir un tel spectacle.

Vel Tetrast. XLV.

De coup de fer tout le monde eston-
né,
Par Crocodil estrangement donné,
A un bien grand, parent de la sang-
suë,
Et peu apres sera un autre coup
Deguet à pens commis contre le
loup,
Et de tels faits on ne verra l'issuë.

Quid Cl. Dn. Petrus Baelius, amicus meus, interrogatus de hoc a me, sentiat adjuncta docebit epistola, quâ si usus fueris, datâ occasione, remittere eam poteris. Vides omnem nos mouisse lapidem, Tibi ut gratificari

possemus. Male in Borrichii à Morhofio quoque citato, & à nobis dicto locô repetito versa est: La *(Morhof. habet:* en) grande citò qui n'a pain, qu' à dimy. *In Nostradamo enim, Centur. ult. n. LII. versum hunc ita reperio:*

La grand Cité qui n'a pain qu'a demy.

& quia sequentes omisit, addam illos

Encor un coup le Saint Barthelemy,
Engravera au profond de son ame,
Nismes, Rochelle, Geneve & Montpellier,
Castrei, Lyon, Mars entrant au Belier,
S'entrebattront le tout pour une Dame.

PETRI BAELII autographum, solicite a me descriptum, deinde CRENIO, quod omnino aequum erat, redditum, ita habebat: *Duas habeo editiones taetrastichorum Nostradami: alteram in 4. Lugd. 1594. cum explicationibus Joh. Aimes de Chavigny: alteram in 12. 1656. absque nomine loci ubi data est: haec quoque Anonymi cuiusdam continet explicationes satis uberes, sed quae referantur omnes ad ea quae contigerunt sub Henrico II. Galliarum Rege, & sub Francisco II. Explicationes Joh. Aimes de Chavigny multa tangunt, quae spectant Henricum tertium, ac de caede*

eius

Digitized by Google

eius interpretatur illi tetrastichon 36. centuriae 9. (m) *in quo nullum nomen extat seu ficarii seu occisi. Idem illud tetrastichon aliter explicatur ab autore anonymo in editione 1656. nempe de consilio inito occidendi Regem Nauarrae anno 1560. regnante Francisco II. Tot fraudes irrepserunt in editiones versuum illius Pseudoprophetae, vt nihil fere certi ac genuini reperire sit: nam ipsa quoque exemplaria genuina priorum editionum non raro corrupta sunt, quia Typographi folia integra recens excusa, & plena versiculis pro re nata excogitatis inseruerunt, vbi mentiebantur & characteres veterum editionum & charta quoque vtebantur vetusta. Illis duntaxat exemplaribus fidem esse adiungendam arbitror, quae manserunt in Bibliothecis publicis à tempore primae vel secundae editionis, aut si quae aliae prodierunt, viuente adhuc Nostradamo. Subsequentibus aliis multa subreptitia & hypobolimaea addita sunt. Quae de nomine per-*

(m) Adscripserat hoc suis litteris CRENIVS:

Un grand Roy prins entre les mains d'un jeune,
Non loing de Pasques, confusion, coup cultre:
Perpet. cattif tems! que foudre en la hune,
Trois freres lors se blesseront, & nurtre.

Digitized by Google

cuſſoris Carnificis Ducis Monmorancy, plane eſſe credo fictitia ſubdolaque, nihilque eo ſpectans in meis editionibus vidi. Idem dico de morte Caroli Stuarti & incendio Londinenſi: mihique non ſemel dictum eſt a Viris, qui ſibi verba dari haud facile patiuntur, videri quidem in quibuſdam editionibus hunc verſiculum: Senat de Londres fera mourir ſon Roy, *hoc eſt, Senatus Londinenſis neci dabit ſuum Regem, ſed hoc fraudulenter inſertum eſſe anno 1649. & aſſutum editionibus quae annum remotiorem prae ſe ferebant.* Dederat BAELIVS hanc epiſtolam Rotterodami VIII Id. Sept. cIↃ IↃCC. Dimittamus vatem noſtrum epigrammate in praedictiones eius compoſito:

Noſtra damus, cum falſa damus, nam fallere noſtrum eſt:
Et cum falſa damus, nil niſi noſtra damus. (n)

Quam

(n) Auctorem STEPH. IODELLVM, Pariſienſem, nominant GABR. NAVDAEVS in *apolog. cap. XVI. p. m. 333.* quem de Noſtradamo legiſſe iuuabit, & PETRVS PETITVS de *Sibylla lib. 3. c. 9. p. 336.* vir doctus, ſed credulus, & nimium tribuens Noſtradamo, ſtatuensque, non nullos homines melius aliis ad donum vaticinationis ſuſcipien-

Quam infeliciter paterna veſtigia ſecutus ſit Noſtradami filius, docet FRANC. MOTTANVS VAYERIVS. (o)

IX.

piendum *natura* eſſe comparatos. Vid. *lib. I. cap. 9. p. 60.* Confutauit hunc errorem celeb. BVDDEVS *diſſert.* 1692. edita, qua tractatur quaeſtio: *an naturali homines polleant vaticinandi facultate? §. XIII. ſeqq.* MAXIM. MISSON. in *itiner. Ital. tom. 2. p. 87. edit. 1702. 12.* ad marginem notat: *Mr. Spon remarque que* Noſtradamus, *eſt enterré aux Cordeliers de Salon, proche de Marſeille, moitié dans l'Egliſe, & moitié dehors: peut eſtre parce qu'on ne ſçavoit pas, s'il eſtoit Sorcier, ou Prophete.* Adſtitit ad eius tumulum OLAVS BORRICHIVS, vt narrat *diſſ. de poët. lat. ſect. 141. p. 122.* audiuitque, in Narbonenſi Gallia & Prouincia nihil frequentius occentari auribus, quam *Noſtradami* vaticinia, quae & pleno ore laudauit monſtrator ſacrificulus.

(o) *tom. I. operum p. 277. 278. edit. Paris 1670. 12.* haec leguntur: *le jeune Noſtradamus, qui ſe mesloit de parler de l'avenir comme Michel ſon pere, deſirant ſucceder à ſon credit, ſe hazarda de predire, que le Pouſſin, qui eſtoit aſſiegé, periroit par le feu, & pour eſtre trouvé veritable, on le vit lors de ſa priſe dans le pillage, qui mettoit le feu par tout: ce qui fascha tellement le Sieur de Saint Luc, qu'il luy fit paſſer ſon cheval ſur le ventre & le tua.*

Digitized by Google

IX.

De Vaticiniis IO. HVSSI. IO. HVSSVM, Lutheri praecurſorem, vaticinatum eſſe dilucide de reſtaurandis poſt elapſum ſaeculum ſacris diuinaque veritate, plerique adeo confidenter credunt, vt dubitare hac de re ſuperuacaneum videatur. Huſſus vero quum prophetam ſe non aeſtimauerit, (p) nihil ſane prohibet, haec ſub accuratius examen vocare, quod & Viri perquam litterati & celebres fecerunt. (q) In vulgus nota eſt praeſagitio: *Aſſatis hodie anſerem; poſt centum annos cygnus veniet, quem non poteritis aſſare.* (r) Adduntur verba,

(p) Conſule IACOBI INFANTII *hiſt. concil. Conſtantiens. lib. III. §. 60. ſeqq. p. 292. ſeqq.* Praebet iſte liber ſpecimen. hiſtoriae ſincere & prudenter ſcriptae, inter optima noſtri temporis monumenta collocandus.

(q) Vide IO. LVDOLPHI BVNEMANNI *memoriam Martini Megalandri*, quo programmate omnia huc ſpectantia ſolicite excuſſit. Adde IO. GEORG. BERTRAMI *epiſt. gratul. ad* Polyc. Lyſerum, qua quaeſtionem ei proponit: *vtri, Iohanninc Huſſo, an Hieron. Pragenſi verba numis Huſſiticis impreſſa rectius tribuantur?*

(r) Leguntur in *Huſſi epiſt. quadam* haec verba: *Sed quia anſer animal circur, auis domeſti-*

verba, numis etiam impressa: *centum annis reuolutis Deo reddatis rationem, & mihi.* (s) Dubium non exigui momenti

mestica, suprema volatu suo non pertingens eorum laqueos rupit, nihilominus aliae aues, quae verbo Dei & vita volatu suo alta petunt, eorum inuidias conterent. Non male suspicatur doctissimus INFANTIVS *loc. cit. p. 293.* dedisse ea occasionem traditioni de anseré & cygno. In mentem venit, quemadmodum veteris Romae capitolium clangore anserum olim fuit seruatum, vt *lib. V. cap.* 47. habet LIVIVS, ita nouae Romae capitolium clangore anserum, calamos virorum doctorum intelligo, non mediocriter fuisse labefactatum.

(s) En descriptionem numi, qualem ipsemet vidi: Vna facie apparet effigies Hussi, addito ad vtrumque latus in medio numo nomine: IOAN. HVS. In margine exstat: CREDO. VNAM. ESSE. ECCLESIAM. SANCTAM. CATOLICAM. Altera facies sistit Hussum ad palum alligatum, subiecto rogo. Margo exterior haec habet: CENTVM. REVOLVTIS. ANNIS. DEO. RESPVNDEBITIS. ET. MIHI. Interior: ANNO. A. CHRISTO. NATO. 1415. IO. HVS. addita ad vtrumque pali latus voce: CONDEMNATVR. Affirmant BIZOTVS *praef. ad histor. numism. reip. Belgic. sub init.* primum inter recentiores numos esse

menti praebet Huſſi in ſuis ſcriptis, amicorumque Husſi ſilentium, nec ſatis accurate prouocatur ad IO. POGGIVM, (t) ſupplicii ſpectatorem. Quum tamen non omnia monumen-

eſſe Huſſiticum, eoque antiquiores pro adulterinis habendos. Conf. elegantiſſime docti CHRISTIANI IVNCKERI *vitam Lutheri numis atque icon. illuſtr. p. 32. ſeqq. edit. 1699. 8.* Non vero omittenda obſeruatio doctiſſimi BERTRAMI *epiſt. cit. A. 4. b.* ita ſcribentis: *non facile quisquam a me impetrabit, vt credam, eiusmodi monetam, quo hodie in nummis, quos vocant, Huſſiticis conſpicitur, ſeculo XV primum aſpexiſſe lucem, quippe literis quadratis Romanis, quibus, qui hodie oſtenditur nummus & pro ἀρχετύπῳ venditatur, inſignitus eſt. Contra iis, quae a veteribus monachis adhiberi conſueuerunt, litterarum notis, omnia, quae eo ſeculo confecta ſunt, numiſmata ornata eſſe deprehenduntur.*

(t) POGGIVS *in epiſt. ad Leon. Aretinum*, ad quam plures confugiunt, nihil habet de centum annis, vnde, recte monente *progr. cit. A. 3. a.* BVNEMANNO, patet, eos omnes ipſum *Poggium* non euoluiſſe. Verba Huſſi a Poggio in litteras relata, *quod teſtes tamen quandoque coram Deo, quem fallere non poterunt, eſſent rationem eorum, quae dixiſſent, extremo iudicio reddituri*, certe latioris ſunt ſignificationis.

Digitized by Google

numenta rerum eo tempore in concilio Conſtantienſi geſtarum ad manus noſtras peruenerint, ſed non nulla perierint, alia lateant, certi quidpiam & explorati hic pronuntiare neutiquam licebit. Nolim rem adfirmare, & acriter propugnare; nolim praefracte negare: pyrrhoniſmi memor in medio eandem relinquo, donec luculentiora, quod fieri optarem, proferantur teſtimonia. (u)

X.

Non defuiſſe vaticinia, quae praedicerent funeſtam Henrici IV, Galliae regis mortem, hiſtorici tradunt, (x) tra- *Vaticinia in necem Henri-*

(u) Non omittenda B. LVTHERI e *tom. V. Ienenſ. german. p. m. 321. a.* verba: S. Johannes Hus hat von mir geweiſſagt, da er aus dem Gefängnüs in Behemer-Land ſchreib, ſie werden itzt eine Gans braten, denn Hus heiſſet eine Gans, (conſonat dialectus Saxoniae inferioris: Goß) Aber über hundert jar, werden ſie einen Schwanen ſingen hören, den ſollen ſie leiden, da ſolls auch bey bleiben, ob GOtt will. Quam optarem, loca & teſtes nominaſſet Lutherus, quem optima fide de fama conſtanter recepta loqui ecquis dubitet?

(x) Vid. BAELII *dict. ſub voc.* Henri IV. *lit. E.* vbi exemplum habes, hiſtoricis, qui ſe rem a teſti-

ci IV. Galliae regis.

tragica liberali manu addentes omina & portenta. (y) Mihi vero omnium optime arcanas praedictionum istarum causas exposuisse videtur PETRVS GASSENDVS, (z) cuius verba, prolixiora quidem, sed lectori veritatis & prudentiae studioso, multum voluptatis allatura, appono: *Memorabile est, ab anni* (clɔ IɔcX quo periit Henricus) *vsque initio allatum Peireſcio fuisse ex Hispania prognosticon annuum, siue Almanach,* (a) *ab Hieronymo Ollerio, benefi-*

a testibus oculatis accepisse perhibent, non semper credendum.

(y) Facit hoc HARDVINIS PEREFIXIVS in *histor. Henr. magni part. III. ad annum 1610. p. 491. ed. Elzeuir. 1678. 12.* Eclipses, cometae, terrae motus, monstra, pluuiae sanguinolentae, pestes, spectra, coniuratione quasi facta, hic concurrunt. Conferendae BAELII *medit. de comita sect. XCVIII. p. 192. seqq.*

(z) *De vita* Peireſcii *lib. 2. p. m. 133. seqq.*

(a) Lege de prognosticis annuis, quibus, quae in Anglia contingerunt, quum regia insignia susciperet Guilielmus III. praedicebantur, BAELII *contin. medit. de com. sect. XLIV. XLV. p. 198. seqq.* Facile patebit, inspirationes esse politicas, quas vulgus pro diuinis habet, vel diabolicis.

Digitized by Google

neficiato Barcinonensi, compositum, & Nouembri superiore Valentiae impressum, in quo non obscure praedictus lamentabilis casus foret. Sic ille nempe designarat & natiuitatis circumstantias, & euenta quaedam praecipua, vt denotari alius Rex, quam magnus Henricus, non posset. Hoc quia euentus comprobauit, ipseque Ollerius, aliud postea edens in sequentem annum, est propterea mire gloriatus; idcirco taceri non potest, quod saltem dubium faciat, ex ipsisne astris, an potius aliunde rem euenturam coniecerit. Nam de astrologica quidem vanitate non est quod hic loci quidquam memorem, & maxime, quum euulgata ante tres annos themata, nisi post annos praeterea quatuor, nihil ominarentur infaustum. Non is etiam sum, qui subdubitem, habuisse vatem cum prauo genio, qui id praesagierit reuelauerit-que, commercium: dico solum, potuisse ipsum aliqua ratione esse conscium machinationis illius, qua infandum adeo parricidium commissum est. Ea certe neque in Hispania, neque in Italia celari plane potuerat; nam etiam regii oratores, ac nominatim Venetiis agens ille virorum optimus Ioannes Bochartus Campinius, regem iam illius praemonuerant. Comprabatum aliunde est, Massilienses nautas, quotquot ex Hispania ante duos menses aduentarant, retulisse, rumorem fuis-

se in Hispania disseminatum, quod rex Francorum nunc occisus, num occidendus gladio foret. Addit: *Comitem Fontanum, quum Mediolano iter faciens Priulus Venetus eum salutaret, & regiarum copiarum vim exaggeraret, excepisse: nihil Hispanis ex iis metuendum, quod vnius hominis mors esset breui eas euersura.* De auctoribus & caussis parricidii in Henricum admissi tantopere discrepant auctores, vt certi quidpiam definire sit difficillimum. (b)

XI.

De somnio

Circa somnia etiam, quae extra ratio-

(b) Collegit non nulla huc spectantia BAELIVS in *respons. ad quaest. cuiusd. prouincialis tom. V. cap. XXVII. p. 353. seqq.* Adde VASSORII *hist. Lud. XIII. tom. I. p. 112. seqq.* qui *pag. 300.* de regina vidua scribere non dubitat, *qu'elle n'avoit pleuré la mort tragique du feu Roi que par façon.* Quae ex IAC. WELWOODI *comment. hist.* excerpta leguntur in ACTIS ERVD. *1701. p. 273.* Iacobum I. Angliae regem de conspiratione pulueraria clam monitum fuisse ab Henrico IV, hunc vero ideo, quod secretum prodidisset, a perditissimo Rauaillaco Catholicorum instinctu fuisse interemtum; ea nec adfirmare, nec refellere animus est.

Digitized by Google

tionem pro fatidicis haberi ſolent, (c) obſeruare in promtu eſt humanae credulitatis veſtigia. Prolixa exemplorum ſeries & magna farrago colligi poſſet; ſed cui bono? Duo nobis ſufficient. FRIDERICI ſapientis, Saxoniae Electoris, ſomnium de Luthero ita omnibus notum eſt, vt delineationem eius exhibere minime neceſſarium ducam. (cc) Quandoquidem illud ſpectat ad rem maximi momenti, diuino auſpicio, quod nemo vnus vmquam negauit, cui veritas in pretio habetur, ſuſceptam, & ad exitum, omni humana ſpe maiorem, feliciter perductam, auide creditum, & a variis auctoribus ad noſtram aetatem traditum fuit. Ingenue fateor, parum abfuiſſe, quin ommiſſionis vix excu- *FRIDERICI ſapientis, & PETRI LOTICHII.*

(c) Facile haec verba indicant, de ſomniis diuinitus immiſſis, quae codex ſacer commemorat, hic prorſus non agi. Non opus erat hoc monito, niſi interdum obuiam eundum eſſet hominibus, cauillandi occaſionem vndique arripientibus.

(cc) Habet eam GVIL. ERN. TENTZELII *hiſt. narratio de orig. & primis progreſſibus reform.* publici iuris facta opera Theologi celeberrimi ERN. SAL. CYPRIANI, *pag. 242. ſeqq.*

Digitized by Google

ſandae culpam impingerim inter nobiles doctiſſimo, & inter doctos nobiliſſimo SECKENDORFIO, quum opus *Lutheraniſmi* primum in manus ſumens quaererem demonſtrationem hiſtoricam huius ſomnii, ex authenticis & fide dignis monumentis, quorum copia obtigerat Viro perilluſtri, confirmatam, nihilque iſtuc pertinens inuenirem. Incidi poſtea in accuratam deſcriptionem vitae *Georgii Spalatini*, quam debemus CHRISTIANO SCHLEGELIO, qui ſomnium pro vero habet, (d) attamen minime diſſimulat, vocari illud a pluribus in dubium, quod nusquam in tomis Lutheri eius fiat mentio, nec in vita Friderici legatur. Reſpondet quidem ad has obiectiones nonnulla, vltimo tamen liberum cuique permittit iudicium. Iſta quum legerem, vacillare coepit fides mea: perluſtrata vero diſſertatione clariſſimi mihique chariſſimi HEVMANNI (e) prorſus euanuit iſtud

(d) §. *XVII. p. 78. ſeqq.*

(e) *De ſomnio diuino, quod Friderico Saxoni Principi Electori vulgo tribuitur.* Addita eſt *Luthero apocalyptico p. 73. ſeqq* & in fron-

Digitized by Google

iſtud ſomnium, quo nec indigemus, quum ſomniis & nocturnis imaginibus facile carere poſſit lux & veritas diuina per Lutherum reſtituta. De ſomnio PETRI LOTICHII SECVNDI, quod continet elegia, ad *Ioach. Camerarium Pabenbergenſem* de obſidione vrbis Magdeburgenſis ſcripta, (f) ita MORHOFIVS: (g) *Illud ſingulare in hoc viro & propemodum diuinum eſt, ac plus quam poëticum ἐνθουσιασμὸν arguit, quod in elegia ad* Ioachimum Camerarium *ſcripta triſtiſſima obſidionis & expugnationis Magdeburgenſis fata integro ſaeculo praedixerit. Res omnino notatu digna, ac elegia illa pulcherrima eſt.* Permouit me tanti Viri auctoritas, vt eius veſtigia ſequerer in diſſertatione academica, (h) atque elegiam, quod Lotichii opera, quae deinde rurſum prodierunt, rariora tunc eſſent, magna ex parte apponerem. Vlterius

 vero

fronte paginarum legitur: *fabula de ſomnio Friderici Electoris.*

(f) eſt *quarta lib. 2.*

(g) *polyhiſt. tom. I. lib. I. cap. 19. ſect. 41. p. m. 244.*

(h) *De eo, quod diuinum eſt in hiſtoria ciuili, ſcripta 1700. cap. IV. §. 2.* Deſiderat illa in multis curas poſteriores.

Digitized by Google

vero de iſta re meditatus paullo poſt mutaui ſententiam, atque perſpexi, Lotichium loqui de obſidione illius, quo viuebat, temporis, qua Mauritius iuſſu Caeſaris Caroli V. vrbem cinxerat, non de futura, quae duce Tillio fatalis & funeſta eidem fuit. Paucis haec expoſui alibi, (i) nec ſine voluptate obſeruaui, conſentientes me habere BAELIVM, (l) STOLLIVM, (m) HEVMANNVM. (n)

XII.

De adulatione hiſtoricorum. Pergo ad vitia voluntatis, quibus hiſtorici laborant, in quibus primo loco

(i) In *lineam. method. ſtud. p. 43.*

(l) *diction. ſub voce* Lotichius *lit. G.*

(m) *introd. in hiſtor. erud. part. I. cap. V. §. 53. lit. e. p. 288.* Hoc libro nemo eruditionis elegantioris cupidus carere poteſt.

(n) Peculiari programmate: *de ſomnio poëtico, non prophetico, Petri Lotichii.* Prodiit 1719. Obiter notari poteſt, Lotichium, dum canit:

Caſtraque ſpectabat virgo de moenibus altis,
Fallor, an in laeua ſerta fuere manu?

certiſſime falli. Tenet enim & ſemper tenuit dextra manu ſertum virgo Magdeburgenſis. Vid. IOACH. CHRISTIANI WESTPHAL *diſſ. de inſignibus Magdeburgi ſect. 2. §. 22.* Habita eſt Lipſiae 1685.

Digitized by Google

loco occurrit placendi potentioribus ſtudium, ſiue adulatio. Magnifice ſentiunt homines de patria ſua, de rebus ad eam pertinentibus, aliterque ſentire religioni ſibi ducunt. Et laudanda ſane eſt haec in rempublicam voluntas, modo ne veritati hiſtoricae damnum inferat. Qui enim ad Comici monitum: *obſequium amicos, veritas odium parit;* (o) vitae ſuae rationes componit, prudens vir eſſe poteſt, at non ita facile euadet bonus hiſtoricus. Nec vero intra noſtra, intra praeſentia ſe continet adſentationis ſtudium; antiqua quaeque facile admiramur, Graeca praeſertim & Romana, quoniam admiramur auctores, non raro adulationi deditos, qui de iſtis egerunt. Romanos ſapientiſſimos, cordatiſſimos, & iuſtiſſimos mortalium fuiſſe, peruulgatum adhuc hodie eſt praeiudicium, ab hiſtoricis claſſicis, quibus a teneris adſueuimus, hauſtum. (p) Graeci de rebus Ro-

(o) TERENT. *Andr. I. 1. 41.*

(p) Caueat ſibi verae & ſolidae eruditionis amans a contemtu veterum, qui oriri ſolet modo ex ignorantia, modo ex vanitate; caueat quoque ſibi a cultu eorum ſuperſtitio-

Digitized by Google

manis scribentes, quorum monumenta domesticis annalibus non vna ex ratio-

stitioso, vt falli eos non potuisse existimet, naeuosque eorum manifestos non tam excuset, quam exosculetur venerabundus. Habent veteres, habent recentiores, quae instruant, iuuent, delectent: ad illos recurrendum, tamquam ad fontes; hi adeundi, ne rerum nostra & patrum aetate in republica ciuili & litteraria gestarum ignari inueniamur. Laudo cognitionem historiae antiquae, Graecae, Romanae: nostrorum tamen temporum gesta, propius nos respicientia, alto supercilio posthaberi nolim. Monuit hoc SAM. PVFENDORFIVS *praef. introd. ad histor. Europaeam.* Quae inter CAROLVM PERRALTVM, cuius sunt *parallela inter antiquos & hodiernos;* BERNARDVM FONTENELLVM, qui *tom. 2. oper. p. m. 108. seqq. dissertationem* de hoc argumento inseruit; & NICOL. BOLAEVM, antiquos *animadu. crit. in* Longinum *tom. III. oper. p. m. 187. seqq.* acriter defendentem, alios, acta fuerint, nota sunt. Prudentissimus naturae & actionum humanarum SPECTATOR *tom. V. pag. 58.* vnicum auctorem graecum & latinum maioris ponderis esse pronunciat, quam integram bibliothecam scriptorum nostri saeculi. Non omittere possum epigrammata, quae de hac controuersia felicissimi acuminis Vir SAM.

Digitized by Google

ratione anteponenda veniunt, non prorsus ab omni adulatione se praestite-

SAM. WERENFELSIVS *opusc. p. 884. 885.* composuit:

Ad Satyricum Gallum, scriptores veteres hodiernis praeferentem:

Prae cunctis veteres probas Poëtas:
Tanto credere nos decet Poëtae.
Sed cum vincere prisca te videmus,
Tanto credere non decet Poëtae.

Cl. FONTENELLO *hos illis praeferenti:*

Nostris cedere prisca Fontenellus
Demonstrare volens, & hic & illic
Conquirit noua praeferenda priscis;
Sed cum se nihil inuenire cernit,
Libros impatiens facit, probatque
Nostris cedere prisca Fontenellus.

Huc pertinet HERM. ALEXANDRI ROELLII symbolum, a IO. OWENO ex *libr. VIII. epigr. 47.* mutuatum:

Non ego sum veterum, non adsecla, amice, nouorum,
Seu vetus est verum, diligo, siue nouum.

Ne hac in re auctoritas scriptoris antiqui desit, produco PLINII ex *epist. XXI. lib. VI.* verba: *Sum ex iis, qui mirer antiquos; non tamen, vt quidam, temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim quasi lassa & effoeta natura, vt nihil iam laudabile pariat.* Fuerunt certe antiqui eo, quo vixerunt, tempore non tam magni, quam hodie sunt: raro enim laudi vel vituperio vi-

ſtiterunt integros, quod POLYBII, qui in eximiis habetur, exemplo oſten-

rorum illuſtrium, quamdiu ſuperſunt, modus ſtatui, iuſtumque illis pretium tribui ſolet. Poteſt hoc recentioribus eſſe ſolatio. Succedent forte tempora, quibus & illi ſeneſcent, & cana antiquitas eos reddet venerabiles.

Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt,
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem
Speratum meritis: diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
Vrit enim fulgore ſuo, qui praegrauat artes
Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.

HORAT. *epiſt. II. 1. 5. ſeqq.* Commendo lectori GOTTL. STOLLII *introd. in hiſt. erud. part. I. cap. praelim. §. 19. - 25.* & HEVMANNI *philoſ. polit. cap. VII. §. 15. p. 163. ſeqq.*

Digitized by Google

ostendi potest. (q) Recentiores eodem incedunt tramite, praesertim si de antiquitate gentium & familiarum illustrium dicendum sit. De OLAI RVDBECKII *Atlantica* iam alibi egi. (r) PETRVS LAMBECIVS quoque ista labe abripitur. (s) Proinde,

(q) Excerpta, quae supersunt e libro sexto, ostendunt, non alio proposito tractationem extra ordinem excurrentem suscepisse POLYBIVM, quam vt Romanorum potentiam & felicitatem praedicaret, prosperos reip. successus virtuti, quo nomine solam propemodum audaciam & fortitudinem militarem intelligunt veteres, non fortunae tribueret, compagem reip. sapientissime inter se connexae extolleret, mixtam ex tribus formis, regno, optimatium principatu; & ciuium dominatione structuram, qualem apud Romanos esse putabat, pro pulcherrima habens. Ex quo colligit, meliorem hac rempublicam neminem posse constituere, *tom. I. p. 647. edit.* Iac. Gronouii *Amstel. 1670. 8.* Neque vero dissimulat ineptam Romanorum superstitionem, quamquam opinionem, quam de Diis habent, laudare videatur *loc. cit. p. 692. 693.*

(r) *Obseru. V. §. 5. in append. selectarum*, quae Halae prodierunt.

(s) Defendit is sententiam eorum, qui Habspurgicos Comites a Perleoniis, patriciis Romanis, patriam mutantibus; hos deinde ab

inde, quum hoc vitium omnium temporum & aetatum sit, caueat sibi prudens lector, ne elogia & veritatem historicam inter se confundat. Ex PLINII & EVSEBII panegyricis de Traiano & Constantino magno sincerum iudicium institui non potest: accedunt vero proxime ad oratores, qui in scribenda historia gratiam vel aucupantur, vel aucupari debent. (t)

XIII.

ab Aniciis, Anicios a Juliis, Julios ab ipsis Trojanorum reliquiis ortum traxisse adfirmant, ac in Scioppium, huic stemmati contradicentem, vehementer inuehitur, eundemque criminis violatae maiestatis arguit. Sane non peccat in Augustissimam Gentem Austriacam, qui eiuscemodi fabulis, ex adsentatione vel ignorantia in medium productis fidem addicere recusat. Vid. LAMBECII *comment. de biblioth. Vindobon. lib. I. p. 49. seq.* & *lib. II. p. 467. seqq.* sed confer IO. PETR. LVDOVICI *Germ. princ. lib. I. cap. 1. §. 2.*

(t) Non contemno panegyricos, carmina, elogia, magni potius facio. Debetur Principibus reuerentia & cultus; exercendus est calamus, ingeniique conatus & eloquentiae vis non rectius occupantur, quam in laudandis eis, quos orbi regendo constituit, diuina prouidentia. Non volunt omnia credi talium auctores, vnde perperam ab iis metuitur

XIII.

De obtrectatione.

Obtrectatio & maleuolentia impellit historicos, vt famam eorum, quorum mentionem faciunt, lacerent, satiris eos proscindant, atque talium facinorum reos peragant, quae numquam perpetrarunt. Si tumultuantur, fulminant, bachantium in morem conuicia euomunt, facile contemnuntur; enimuero si artem conuiciandi probe edocti animi malignitatem fucata sinceritate tegere didicerunt, fidem dictis conciliant, venenumque insinuant legentium animis. Natura sane humana ita comparata est, vt prave facta probabiliora maxima ex parte sint, quam bene, recte, laudabiliter gesta. Proinde adulatores, ceu homines seruili ingenio praediti, considerantur

tur historiae depranatio. Qui omnia credit lector, vltra limites, quos illi sibi constituerunt, progreditur, quemadmodum fallitur, qui Curtium legit, vt veram Alexandri imaginem ex eo sibi repraesentet, quum tamen eloquentiae laus primo loco, historiae fides secundo demum huic auctori proposita fuerit. Plura docebunt GVNDLINGIVS *praef. in Suadam Cellarianam*, & HEVMANNVS *praef. in elogia Sammarthani §. 18.*

Digitized by Google

derantur, ſubtiles ſatirici ſpeciem praebent, generoſum veritatis amorem illis curae fuiſſe, quum nec magnorum per orbem virorum vitia diſſimulent. Primarii, vt exemplo dicta illuſtrem, apud principes rerum adminiſtri magnam ſuſtinere debent invidiam. Si duriora, ſi parum grata ſtatuit princeps, culpa in eos reiicitur. Ipſum faſtigium, quo prae tot aliis multum eminent, liuorem excitat, & praeſtringit oculos. Euolant libelli ſatirici, idque vocatur pro libertate pugnare, amoliri ſeruitutem. Fieri poteſt, vt auctoritate ſua abutantur, & abutuntur certe non raro. Nihil igitur fingitur aut ſcribitur, quod non pronis auribus & oculis accipiatur. Calumniare audacter, ſemper aliquid haeret. Non pepercit liuor *Richelio* & *Mazarino*, qui viri naevis, iisque exſtantioribus, non caruerunt, minime vero tales erant, quales depingit GVIDO PATINVS, (u) neſcio

(u) Excerpam ex *epiſt. ſelect.* loca quaedam: *le Cardinal de Richelieu étoit une bonne bête & un franc tyran*, tom. I. p. 125. edit. Colon. 1691. 12. *Mazarin eſt un grand larron, fort ignorant en tout, & principalement au*

neſcio quo oeſtro percitus, bonique ciuis officio non rectius ſemet ſatisfacere poſſe arbitratus, quam ſtrenue inſultando iſtis purpuratis. Elegans in hoc argumentum exſtat locus apud TACI-

au métier, dont il ſe mêle: mais au reſte grand hableur, grand fourbe, grand comédien, bateleur de longue robe, & tyran à rouge bonnet, ibid. p. 75. mortuo Mazarino parentat hoc diſticho:

Julius occubuit tandem: res mira, tot inter
Carnifices furem vix potuiſſe mori.

Vid. *tom. 2. p. 364.* Sed haec quidem non ſcripſit PATINVS, vt in publicum exirent. Addo de Richelio iudicium VASSORII: *en formant Armand Jean du Pleſſis, la nature prit plaiſir à nous montrer dans une même perſonne ce qu'elle peut produire de plus excellent & de plus vicieux. Les bonnes & les mauvaiſes qualitez de Richelieu ſont également extraordinaires.* Vid. *hiſt. Lud. XIII. tom. V. p. 5.* Nemo mirabitur, tam diuerſa de viro exſtare iudicia, quandoquidem, ex Vaſſorii ſententia, nihil illo fuit excellentius vel in vitiis vel in virtutibus, quod de Alcibiade prodidit CORN. NEPOS. Laude igitur dignus eſt IO. CLERICVS, qui gallica lingua expoſuit *vitam Richelii*, mediumque tenuit inter hoſtes & adſentatores. Prodiit *Amſtelod. 1714. 2. vol. 8.*

Digitized by Google

TACITVM. (x) Naſcitur hinc praeiudicium horroris odiumque publicum, quo incurruptum de rebus & perſonis iudicium prorſus exſtingui manifeſtum eſt. Senſerunt eius effectum olim *Templarii*, (xx) vt vocari ſolent, aliique, principum, reipublicae, plebis victimae. (xxx)

De HATTONE a moribus corrupto fabula.

XIV.

Innumera produci poſſent exempla, corruptionem hiſtoricae veritatis ex odio factam confirmantia. Rectiſſime enim

(x) *Quia* Seianus *facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in cum Caeſaris, & ceterorum in vtrumque odio, quamuis fabuloſa & immania credebantur.* Vid. *annal. IV. XI.*

(xx) Peſſimos inter eos homines fuiſſe, multiſque flagitiis contaminatos, conſtat; ſed num tot & tanta fuerunt ſcelera, quot & quanta perhibentur? Num aequum erat, totum ordinem luere, quod non nulli deſignauerant? num iuſtum, citra cauſſae cognitionem ordini addictos ad ſupplicium rapere? Legenda omnino THOMASII *diſſ. de Templariorum Equitum ordine ſublato*, edita 1705. Adde WEISMANNI *hiſt. eccl. N. T. part. I. p. 972. ſeqq.*

(xxx) Anciaeus, Oldenbarneueldius, fratres Wittii.

Digitized by Google

enim & ingenioſe cecinit OWENVS: (y)

Lex fuit hiſtoriae vetus haec, ne dicere falſum
Audeat, & verum dicere ne metuat.
Haec eſt hiſtoriae noua lex: ne dicere verum
Audeat, & falſum dicere ne metuat.

HATTONIS, praeſulis Moguntini, a muribus corroſi, funeſtum exitum, monachorum fabulis decantatum, quis ignorat? Oſtenditur adhuc, ad fidem rei faciendam, fabrica medio Rheno poſita, vulgo der Mäuſe-Thurm, vbi aſylum quaeſiuiſſe dicitur Hatto, ſed fruſtra. Mures enim immenſo agmine flumen traiicientes in turrim euaſerunt ſtrenui, eumque diſcerpſerunt. Scilicet tam dirum ſupplicium ſibi attraxerat homo immiſericors, qui pauperibus illudens in horreum eos coëgit, flammisque tradidit. Facile odorati ſunt homines cati & ſagaces, latere hic aliquid apocryphi. Turris enim iſta nihil aliud quam ſpecula eſt, eo fine ibi poſita, vt exinde obſeruari poſſet, quid in vicinia gereretur. Germani appellant einen Warte-Thurm,

O &

(y) *Epigr. VII. 27.*

& antiqua dialecto Mauſe-Thurm; etenim mauſen eſt circumſpicere ſolicite, oculoſque explorandi cupidos in omnes partes conuertere. Sed quoniam Hatto forte otioſos quoſdam & obeſos monachorum ventres fagina excuſſerat, vel in clandeſtina, quae intra clauſtra perpetrabant, ſcelera ſeuerius animaduerterat, eosque muribus, fruges conſumere natis, compararat, vltioni iſtorum animalculorum non ſine horrore mancipandus erat. Arbitrium enim hiſtoriae barbaris iſtis temporibus ſibi ſumebant monachi, litterarum, rerum ciuilium, & ſolidae eruditionis plerumque ignari, ſed in partium ſtudio & conuiciandi libidine nemini facile concedentes. Vnde tales in hiſtoriis illorum temporum apparebant principes & viri illuſtres, (z) quales illi eos eſſe vo-

(z) Ventilat THOMASIVS in *dodec. quaeſt. promiſc. diſſ. IX.* problema: cur Imperator Wenceslaus, princeps non optimus quidem, ſed tamen nec etiam malus, communiter tam male audiat? docetque, probabile videri, odium Cleri Pontificii, & protectionem aut tolerantiam Huſſi anſam iniquioris eiusmodi famae dediſſe. Recte CHRI-

volebant. Plura legi possunt apud WEISMANNVM. (a)

XV.

Nemo vmquam, opinor, maiorem conuiciorum impetum sustinere debuit, quam LVTHERVS. Hostes enim Viri, coniuratione facta, omnique exuto pudore, mendacia mendaciis pertegentes, ne perpluerent, (b) non veriti sunt eadem, centies dicta, (c) centies

Conuicia LVTHERO adfatim facta.

CHRISTIANVS IVNCKERVS: *Indultum saepe est partium studio, aut propagandae, etiam per figmenta, superstitioni, quin & amori odioque datum est aliquid haud raro, adeoque ineptiis, quae locum habere in historia non debebant.* Vid. *lineas prim. erud. vniuersae part. 2. p. 157.* Vulgari tamen monachorum classi haud accensendi veniunt *Ditmarus*, *Witekindus*, aut his similes. *Eginhardus* plane ad eos non pertinet, qui supra istius saeculi captum scribit & sapit.

(a) *Hist. eccles. N. T. part. I. p. 704. 705.* Multa de Hattone notatu digna ex SPANHEMIO adfert.

(b) PLAVTVS *Trinumm. II. 2. 41.* dixit: *benefacta benefactis aliis pertegite, ne perpluant.*

(c) Multi exstiterunt e nostris strenui vindices Lutheri. Plurimas quoque calumnias solide depulit BAELIVS in *diction. sub voce*

centies refutata, idemtidem repetere, immemores moniti: (d)

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

LVDOV. MORERIVS omne suum ingenium, quod facile sentiet, quam sit exiguum, (e) qui scripta eius legit, ex-

voce Luther, omnesque ingenii neruos intendit ad defendendum Lutherum. *Je m'arrête,* scribit *pag. 1933.* edit. secundae, *principalement aux mensonges qu'on a publié contre lui. On n' a en égard en cela ni au vrai-semblable, ni aux regles de l'art de médire; & l'on s'est donné toute la hardiesse de ceux qui sont très-persuadez que le public adoptera aveuglément tout ce qu'ils debiteront, quelque absurde qu'il puisse être.*

(d) HORAT. de *arte poët. 356.*

(e) Abbas quidam Gallus *lexicon* eius *historicum* vocauit: *le dictionaire bourgeois,* dictionarium in vsum vulgi. *Menagius* ioeatus est, se id non legere, ne scilicet, tenaci quippe memoria praeditus, tot errores menti imprimeret. Vid. MARVILLII *miscell. tom. I. p. 284. seqq.* Magno igitur conatu magnas nugas dixit auctor elogii, quod extat *bibl. vniu. tom. XIV. p. 68.*

Dans une si tendre jeunesse
Mettre un Ouvrage sous la presse,
Dont le vaste projet étonne les Savans!
Chacun d'eux l'admirant s'écrie,

Que

Digitized by Google

exhauſiſſe videtur, vt in compendium mitteret, quae alii ſparſim & prolixe in Lutherum coniecerant, maledicta. Adferam verba eius, mendacia exſtantiora numeris notabo, vnamque vel alteram animaduerſionem addam. Ita vero ille: (f) *Comme* Luther *étoit l'homme du monde le plus emporté, le plus coleré, & le plus inſolent*, (i) *il fut impoſſible de donner des bornes à ſa rage, car on la peut nommer ainſi.* (g) *Il parla contre l'Egliſe* (h) *avec une fureur étonnante, & ſes écrits*

Que pour le compoſer il a fallu trente ans.
De grace expliquez nous ces ſecrets importans,
Le commençates vous, en commençant la vie?

(f) Deſcripſi haec ex *tom. 2. p. 484. b. ſeqq. edit. Lugd. 1683. fol.* Nullum omnino eſt dubium, Viros doctos, qui deinde manum huic lexico admouerunt, IO. CLERICVM praeſertim, multa hic mutaſſe. Non vero licet mihi nunc inſpicere poſteriores editiones. Sufficit, me MORERII verba, prout ab ipſo profecta ſunt, attuliſſe.

(g) Veritatis amor erat, quem furorem nominat MORERIVS.

(h) Contra quam Eccleſiam? Erroribus & abuſibus ita contaminatam, vt nullum precibus, querelis, veritati locum relinqueret, ſed

ſont remplis de termes & de façons de parler ſi baſſes, ſi peu chrêtiennes, & ſi malhonnêtes, (i) *qu'il faiſoit aſſez connoître de quel eſprit il étoit animé. Je parle moi-même ſans prevention d'interêt ny de parti;* (2) *& comme ce que je rapporte ne conſiſte qu'en faits, il n'y a point de lecteur, qui n'en puiſſe juger, s'il ſe veut donner la peine de lire quelqu'un des Ouvrages de* Luther. (l) *Le Duc de Saxe le tint dans le châ-*

ſed huius teſtes vel occideret, vel ſacris iisdem interdiceret.

(i) Acer fuit in ſcriptis, quae aduerſariis oppoſuit, Lutherus, vt ipſe faſſus eſt. Sed num aliter excipi poterant vel debebant inſulſi & pertinaces veritatis hoſtes, de quorum emendatione ne minima quidem ſpes adfulgebat?

(l) Lutherus Wormatiae coram Caeſare & Ordinibus Imperii dixit: non eiusdem generis eſſe a ſe conſcriptos libros. Aliquos ad fidei & pietatis doctrinam pertinere, quibus etiam aduerſarii praeclarum dent teſtimonium; alios exſtare, quibus pontificatum romanum & pontificiorum doctrinam reprehendat, quos abolere nequeat, ne tyrannidem illam confirmet; tertium genus eſſe eorum, qui ſcripti ſint in quosdam priuatim, qui romanam nequitiam defenderint, in quibus fatetur ſe vehementiorem fuiſſe, quam deceat, ceterum nullam

Digitized by Google

château de Warpourg, (Wartbourg) *jusqu'à, ce que l'Empereur Charles-quint fut sorti d'Alemagne.* Luther *glorieux de ce funeste schisme* (m) *& de son Apostasie,* (3) *appella cette retraite l'Isle de Pathmos;* (n) *& il y employa le tems à jetter son venin* (4) *dans ses écrits. L'an 1524 il quitta tout à fait l'habit de Moine, & l'année d'aprez il débaucha* (5) *une Religieuse nommée Catherine de Boren, & l'épousa publiquement. Ensuite, il publia plus fortement ses erreurs,* (o) *& il en infecta tout le Septentrion. Il triomphe dans ses Ecrits sur l'avantage qu'il a d'avoir mis la division dans l'Eglise,* (p) *& de s'être fait un*

lam sibi arrogare sanctimoniam, neque de moribus aut sua vita, sed de vera doctrina professionem instituit. SLEIDANVS *de statu relig. & reip. lib. III, p. m. 34. a. b.*

(m) Non schismaticus fuit Lutherus, sed violenter expulsus a Pontifice & ecclesia romana, ob veritatis professionem, quum neque auditus, neque convictus esset.

(n) Quid criminis, quaeso, inerat huic nomini? Adeat lector CELLARIVM de *Pathmo Lutheri, cum notis* PAVLI ANTONII.

(o) Praesta te virum, *Moreri*, & ostende errores ex scriptura.

(p) Quinam auctores dissensionis? num qui veritatem corrumpunt? num qui defendunt?

Digitized by Google

ſi grand nombre de Diſciples. En verité c'eſt une choſe étonnante, qu'un Moine apoſtat, (6) *ſi corrompu par les vices,* (7) *qui aimoit le vin & les femmes,* (8) *l'homme de ſon ſiecle le plus impudent, le plus vindicatif, & le plus médiſant,* (9) *qui avoit même commerce avec les Demons,* (10) *comme il ſemble s'en vanter,* (11) *que ce ſcelerat,* (12) *diſje, ait pu établir une Secte pour reformer la religion & les moeurs, & que ſa vie ſeule n'ait pas été la condamnation de ſa perverſe doctrine.* (q) *Nous devons conſiderer comme la plus grande de toutes les punitions,* (r) *que tant de grands hommes aient donné aveuglement dans la doctrine de* Luther, *ſans conſiderer qu'il eſt impoſſible que Dieu puiſſe ſe ſervir de telles gens pour regler ſon Egliſe, & juger de veritez eternelles.* Martin Luther *mourut, com-*

(q) Oblitus eſt, dum haec ſcriberet, vitae impuriſſimae quorundam Pontificum. Lutherus erat Vir pius, honeſtus, eordatus, quamquam homo fuerit; ſed quid de monſtris romanae ſedis dicet *Morerius?*

(r) Quod vni poena eſt, non raro alteri ſolet eſſe beneficium. Merito puniebat Deus, Luthero miniſtro, Pontifices, ſacri dominatus auctores, eorumque paraſitos & adſeclas: ſalutis vero & coeleſtis doctrinae cupidis mentibus propitium ſe oſtendebat.

Digitized by Google

comme il avoit vécu, c'est à dire en damné : (13) *car s'étant gorgé de vin & de viande à Islebe,* (14) *& s'étant couché aprez cela, il fut trouvé le lendemain mort dans son lit.* (15) Nominat deinde *Cochlaeum, Lindanum, Surium, Prateolum, Vlembergium, Florimundum Raemundum*, & *Spondanum*, testes scilicet omni exceptione maiores. Optime sententiunt de Luthero, qui eum in plurimis laudandum, in multis defendendum, in non nullis etiam excusandum statuunt. Addo verba IOACH. CAMERARII. (s)

(s) De *Phil. Melanchthonis ortu, vitae curriculo, & morte narrat. Sect. LXVII. p. 241. ed. Lipſ. 1696. 8.* haec habet: *qui quidem Martini Lutheri auctoritatem & nomen ita celebrant, vt supra conditionem & modum generis humani non dubitent extollere, iis videndum, ne praestantissimi atque summi viri bonam existimationem, tribuendo nimium, diminuere, & suae audaciae ab illa excellentia praesidium quaerere videantur. At isti insectatores, qui non modo omnia scripta illius damnant, vt impia & turbulenta, sed nomen etiam auditum tamquam ominis mali detestantur ; nunc etiam, si quid cordis haberent, poterant reminiscendo considerare, quid acerbitate odii & contumacia pervica-*

Digitized by Google

XVI.

CASAVBONVS & GROTIVS calumniis vexati

ISAACVS CASAVBONVS, melior Criticus, quam Theologus, (t) refutatione, quam moliri coepit, annalium Baronii valde in se concitauit Ecclesiae Romanae adsectas. Vnde mihi non tempero, quin ex libro MAXIM. SANDAEI (u) Jesuitae Herbipolitani, quem credo rariorem esse

vicaciaque aduersanti & clamoribus vesanis effectum sit.

(t) Non sane crederem PETRO IVRIAEO, qui in libro Satirico: *Ffprit de Monf. Arnaud tom. 2. p. 306.* Casaubonum vocat *l'homme du monde le plus flotant, qui a vêcu & qui eſt mort, ſans faire choix de religion; un homme, qui étoit Papiſte, s'il étoit quelque choſe*; non crederem, inquam, nisi accederent alia testimonia, in primis PETRI MOLINAEI, quod CRENIO debemus *animadu. philol. & hiſt. part. V. p. 78. ſeqq.* Videtur inter eos fuisse Casaubonus, qui discrimen faciunt inter tyrannidem pontificiam, & dogmata ecclesiae romanae, & quamquam illam non probent, in haec tamen, paucis exceptis, sunt proniores, vt plurimum auctoritate Patrum permoti.

(u) Edidit *Grammaticum profanum* Herbipoli 1621. 4. Leguntur, quae excerpsi, *p. 181.* Plura de Casaubono habet satis virulenta *p. 165. seq.*

Digitized by Google

esse, virulentum in eius obitum epicedium (x) hic apponam:

Cum grandinante calculo suos vidit
Renes peresos, marcidamque vesicam,
Sensitque costas in metalla conuerti,
Et clausa prorsus esse vasa meiendi;
Excogitauit tum Casaubonus miram
Artem exscreandi: nam per ora ructauit,
Quidquid veneni corde delitescebat,
Foedoque vomitu nauseantis impulsus
Baronianos stercorauit annales,
Totamque paene concacauit Europam.
Quis fistulantem iam negare Bonosum,
Et Plinianas fluctuare praesumat
Narrationes, cum Britannicus lurco
Romam scelestus, purpuramque papalem
Ex Anglicanis inquinauerit terris?

HVGO GROTIVS, excellenter doctus Vir, oraculum Delphicum, (y) natus in vrbe Delphis Batauorum, (z) fini-

(x) Exstinctus est calculi doloribus die 1. Julii clɔ Iɔc XI. aet. LV. Epitaphium, quo sepulchrum eius Londini in templo Westmonasterienſi ornatur, habet WAGENSEILIVS *pera libr. iuuenil. vol. IV. p. 756.*

(y) Hoc elogio ornatur ab HEVMANNO *pag. 96. lit. f. Luth. apoc.*

(z) Est in *vitis selectorum aliquot virorum* a GVILIELMO BATESIO collectis, & Londini

ſiniſtras cenſuras effugere non potuit, non adſuetus videlicet iurare in phraſes magiſtrorum. Non valde miror infacetum PETRI IVRIAEI de eo iudicium; (a) miror potius manifeſtum

dini 1681. 4. editis *pag. 420. ſeqq.* vita Grotii. Notatu dignum, Diderici *de Groot*, conſulis Delphenſis, in quo circa annum clɔ cccc xxx ſtirps maſculina familiae defecerat, filiam Ermgardam, Cornelio Cornetzio nupturam, matrimonium inire noluiſſe, niſi facta conditione, ne maſculini ſexus liberi alio, quam Grotiano, nomine nuncuparentur. Ita natus *Hugo de Groot*, noſtri auus. BATESIVS *p. 421.*

(a) En floſculos elegantes: Grotius, *en premier lieu Armenien emporté*; Grotius *en ſecond lieu un Socinien*; Grotius *en troiſiéme lieu Papiſte*; Grotius *enfin en quatriéme & dernier lieu mort ſans avoir voulu faire profeſſion d'aucune religion, & ne répondant à celui, qui l'exhortoit à la mort, que par un* non intelligo, *en lui tournant l'épaule.* Vid. *l'eſprit de Monſ. Arnaud tom. 2. p. 307. 308.* Videtur hic auctor ignoraſſe verſiculos, qui exſtant in *labyrinth. temporis p. 797. b.* & *Aegidio Menagio* tribuuntur, quos alioqui vix omiſiſſet:

Grotiadae certant de relligione Socinus, Arrius, Arminius, Calúinus, Roma, Lutherus.

Digitized by Google

ſtum errorem BENI. MAVRERII (b) Quae de morte eius narrantur falſa, ſatis confutat epiſtola IO. QVISTORPII, (c) vnde abſtinere debuiſſent magni nominis Theologi, feralem in mortuum pronuntiare ſententiam. (d)

XVII.

(b) Memoires de Hollande p. 476. *On m'a rapporté que pendant ſa maladie un Prêtre Catholique & divers Miniſtres Lutheriens, Calviniſtes, Sociniens & Anabatiſtes le vinrent voir, pour le diſpoſer à mourir de leur opinion; mais pendant qu'ils l'entretenoient de controverſe, & que chacun ſ'efforçoit de lui prouver que ſa religion étoit la meilleure, il ne répondit autre choſe ſi non:* non intelligo. Mirum, quomodo tam diuerſa hominum genera ſubito Roſtochium peruenerint, vbi non alii ſunt, quam Lutherani. Interea hanc fabellam plures ex *Maurerio* deſcripſerunt.

(c) Exarata ad *Bern. Taddelium* d. 27. Sept. 1645. Eſt inter *epiſt. ſingulares clar. viror.* a PAVL. COLOMESIO collectas LIV. Vid. *eius opera* a IO. ALB. FABRICIO iunctim edita *p. 570. 571.*

(d) Vid. GEORG. PASCHII *inuenta nouantiqua cap. IV. §. 5. p. m. 184.*

Digitized by Google

XVII.

Metus offensionis potentiorum abstinet a veritate scribenda historices.

Vix vlla veritas maius odium parit, quam historica, non enim consistit intra speculationem, sed illorum vlcera tangit, qui potentes sunt, scribiturque de iis, qui possunt proscribere. Expertus est hoc suo damno PAVLVS SARPIVS, quem ob arcana aulae Romanae in historia concilii Tridentini euulgata a sicariis grauissime vulneratum, nemo ignorat. (e) Addi posset FERRANDVS PALLAVICINVS, (f) nisi ob aculeata scripta

(e) Quum pugio e vulnere extraheretur, his ad circumstantes vsus est verbis: *ignoratisne stilum curiae Romanae?* alludens ad vocabulum Italicum: *un stiletto*. Vide IO. GOTTL. MOELLERI *diss. praemissam mutuis* Sarpii *&* Casauboni *epistolis*, quae sunt in calce *hist. IV. saec. Io. Henr. Boecleri* ab illo editae, §. 3. Vidit pugionem Venetiis ad imaginem Saluatoris appensum MAXIM. MISSONIVS, vt narrat in *itin. Ital. epist. XVII. tom. I. p. m. 264.*

(f) Venenata in Pontificem Vrbanum VIII eiusque cognatos Barberinos scripta edidit, *il diuortio celeste*, quo fingit, Christum repudiasse sponsam suam, ecclesiam Romanam, ob multa adulteria, *il Corriere sualigiato*

pta ſatiricis potius, quam hiſtoricis, adnumerari mereretur. CAESARI BARONIO ad pontificis maximi dignitatem adſpiranti obſtiterunt, quae tomo vndecimo annalium contra iura regis Hiſpaniae in Siciliam, ſcripſerat. (g) His & aliis exemplis moti hiſtorici cautius mercari diſcunt, nec temere, quae ſciunt, in lucem proferunt, poſteritati potius hanc relinquen-

giato, la bacinata, &c. Tam ſeuere illis per Italiam interdictum eſt, vt ſtatim in carcerem coniiciantur, vix liberandi, qui ea poſſident. Auctor miſere periit. Subornauerant Barberini Gallum quempiam, qui perſuaſit Pallauicino, velle eius opera vti Richelium. Ingreditur ille Galliam cum proditore, & Auenione captus tandem gladio percuſſus eſt. Vid. NAVDAEANA *p. 109. addit. p. 222. ſeqq.* WAGENSEILIVM de *Germ. phonaſcis p. 459.*

(g) SAGITTAR. *introd. in H. E. cap. XIV, §. 10. p. 297. ſeqq.* SARPIVS *epiſt. ad* CASAVBONVM a IO. GOTTL. MOELLERO edita pro ſimpliciori habet BARONIVM, qui purpureis laqueis irretitus in condendis annalibus a dolo malo abfuerit, a leuitate & temeritate minime. Vid. *hiſt. uniuerſ. IV. ſaec.* IO. HENR. BOECLERI *p. 179.*

Digitized by Google

quentes curam. Non incongruenter enim historia comparari potest fructibus, qui seruari debent aliquandiu, antequam molleſcant. Noluerunt proinde partem ſuorum laborum ſe viuis edere THVANVS (h) & CAMDENVS. (i)

(h) *Thuano* viuente LXXX libri prodierunt, reliqui LVIII forte non prodiiſſent, niſi apographum fuiſſet apud *Georg. Mich. Lingelsheimium.* Latet tamen adhuc vltima pars operis offenſam ſaeculi metuens. Conf. SAGITTAR. *loc. cit. cap. XII. §. 12. p. 157. ſqq.*

(i) Vid. BAELIVM *ſub voce* Camden. Iam tetigi hac de re nonnulla *cap. I. §. 17.* Poterit etiam hac ſectione dictis lucem aliquam adfundere *diſſ. de iudic. hiſt. §. 23.*

(o)

CAP. IV.

Digitized by Google

CAPVT IV.

DE FIDE MONVMENTORVM EX QVIBVS HISTORIA DEPROMITVR.

ΣΤΝΟΨΙΣ.

Fides monumentorum, ex quibus historia depromitur, non est semper omni exceptione maior, I.
De tabulariis Principum, seu archiuis, II.
Continuatio eiusdem argumenti, III.
De declarationibus publicis, siue manifestis, IV.
De actis iudicialibus, V.
De diplomatibus, VI.
De inscriptionibus & numismatibus, VII.

I.

PLurimas in praecedentibus attuli rationes, quae & necessitatem & moderatum vsum (a) pyrrhoniſmi *Fides monumentorum, ex quibus hi-*

P

(a) Rectissime monet LANGLETVS FRENOIVS, quem germanica veste indutum &

storia depromitur, non est semper omni exceptione maior.

nismi historici commendant. Video tamen & coniicio, quid opponi queat, non absque aliqua veritatis specie. Concedamus, inquient non pauci, locum habere pyrrhonismum, vbi solis rumoribus & narratiunculis, quae vires acquirunt eundo, res agitur, vbi omnis auctoritas monumentorum fide dignorum deest: at enim temerarium sane foret, adfirmare, illas quoque historias, quae e publicis scriniis, e sacris Principum tabulariis, vel, prout hodie vocari solent, archiuis, haustae sunt, iure suspectas reddi, aut in dubium vocari posse. Statuendum potius videtur, annalium, qui ex limpidissimis istiusmodi fontibus fluunt, fidem sine exceptione integram esse, neque vllis argumentis, nisi friuolis & e morositate profectis, posse impugnari. Non is ego sum, qui negare velit

& elegantissime recognitum auctumque dedit illustris MENCKENIVS, mediam viam historiarum lectori tuendam esse, ne scilicet ex nimia simplicitate credulus, vel ex nimia morositate incredulus euadat, honorique sibi ducat, de omnibus dubitare. Vid. *method. disc. histor. cap. XVII. p. m. 300. seqq.* Totum caput, immo totus liber, attente perlegi meretur.

Digitized by Google

velit, magnum omnino habere pondus genuina, quae in scriniis reposita inueniuntur, monumenta; non vero tantum, vt nulla dubitatio, nulla prudens atque circumspecta cautio hic admittenda sit, ea habere, dicere haud reformido. Vt clariora haec reddantur, singillatim considerabo tabularia publica, litteras Principum vel rerumpublicarum nomine scriptas, quas manifesta & declarationes vocant, actorum in tribunalibus volumina, diplomata, inscriptiones, & numismata. Ad has enim classes historiarum fontes reduci posse existimaverim.

II.

De tabulariis Principum, seu Archivis

Archiua, vt vocari solent, ex litteris & scriptis legatorum, vel aliorumqui ad reipublicae aut ecclesiae negotia adhibiti fuerunt, commentariis maxima ex parte constant. Egregium in illis latere rerum gestarum thesaurum, negari nequit. Num vero semper ita comparata sint, vt omnia exhibeant necessaria, vt plenam fidem mereantur, de eo, si rem accuratius introspiciamus, non vna occurrit dubitandi ratio. Mittitur, vt exemplo rem illustremus, a Principe legatus,

Digitized by Google

qui ſollemni pacificationi interſit, atque ſedulo obſeruet, quae e re Domini ſui videntur. Non credo, ad omnes deliberationes eum vocari, quae ab aduerſae partis, vel aliorum Principum legatis inſtituuntur. Non ſolent cauti & prudentes politici, quibuscum negotiandum ipſi eſt, animi ſui ſenſa ſincere ſemper exponere, ſed potius, quemadmodum in negotiis humanis vſu venire ſolet, per varias artes, quouis modo occultandas, ſcopum ſuum obtinere tentant. Ecquis tantae perſpicaciae eſt, vt ad intimiora iſtiusmodi conſiliorum penetrare valeat? Legatus interea ad principem refert, quae vera eſſe coniicit, quae memorabilia iudicat, non ſemper, quae talia ſunt. (b) Relata adſer-

(b) Non omnia memoratu digna habenda veniunt, quae ſcribunt legati, ſi credimus LVDOV. MAVRERIO in *comment. rer. belg. p. 468.* de Grotio narranti, illum ſocietati viuentium ſe ſubtrahentem, diesque integros, & maximam noctis partem, componendis libris theologicis deſtinantem, Oxenſtirnio Sueco vix alia noua, vtut ſtilo nitido expreſſa, per litteras mandare potuiſſe, quam quae per vicos Lutetiae circumlata, lippis quoque & tonſoribus nota erant,

Digitized by Google

seruantur in archiuis, iisque, praeterlapso interdum non exiguo temporis interuallo, historicus vtitur ad consignandam rerum gestarum seriem: quum vero fundamentum, quo nititur, lubricum sit ex dictis, historiae quoque, quae huic superstruitur, fides interdum vacillabit. Fateor, ex tabulis pacis apparere, quem exitum, quem finem habuerint controuersiae illustres, & ardua negotia: at nondum apparet, per quas ambages ad illum finem peruentum fuerit. Vnde etiam difficile admodum est, genuinam & plenam de eiusmodi foederibus historiam condere, neque adhuc habemus de pacificatione Osnabrugensi singula, quae curiosorum desideria exsaturent, quamquam magna laude digni sint labores TOBIAE PFAN-

erant, (*des nouvelles du Pont-neuf en beau latin*) quod iudicium quidem nonnihil acrimoniae continet, cuius plura in Grotium vestigia habet iste liber. Notari tamen etiam merentur MICH. VASSORII verba: *Grotius fut un aussi mauvais négociateur, qu'il étoit habile écrivain.* Vid. *hist. Lud. XIII. tom. IV. p. 128.* Scilicet non omnia possumus omnes.

Digitized by Google

NERI, (c) & HENRICI HENNIGES. (d) Pacis Ryswicensis plenam historiam frustra exspectari autumant prudentiores. Quam parum fidendum sit praecipuorum in aula ministrorum commentariis, vnico exemplo ostendam. (e)

III.

(c) Nota est Viri accuratissimi, sed sermonis quapiam obscuritate laborantis, *historiae pacis Westphalicae.* Non pauca ei debet SAM. PVFENDORFIVS. Vid. CHRISTIANVS GRYPHIVS de *scriptor. hist. saec. XVII. cap. 2. §. 6. p. 70. 71.*

(d) Hunc auctorem esse *meditationum ad instr. pacis Caesareo-Suecicum*, quarum ab anno cIↃ IↃcc VI ad cIↃ IↃcc XII decem specimina prodierunt, nemo temere ignorat. Praefatio ad specimen primum dignissima est, quae legatur. Erat Vir illustris non eruditus duntaxat, sed & iudicio praeditus pragmatico, longa rerum experientia, & negotiis in conuentu Ratisbonensi gestis acquisito.

(e) Exstant commentarii MAXIM. BETHVNII DVCIS SVLLII, de quibus vide MENCKENII *diss. de comment. hist. p. 19.* Erat ille inter primarios in aula Henrici IV. ministros, quem consiliorum domini apprime gnarum fuisse, nulla dubitandi caussa appareret. Iste tamen, talis tantusque vir, tradit bene multa de vltimis conatibus Henrici, redi-

Digitized by Google

III.

Sequitur ex dictis, Principum oratores de illis, quae ab aliis in publico orbis theatro aguntur, interdum probabilem, interdum dubiam, non semper certam habere notitiam. Quae ipsi peragunt, aut quorum pars magna sunt, satis accurate scire possunt. Ea vero aut totam rerum gestarum seriem non exhauriunt, aut data opera cautoque consilio occultantur. Verissimum est, illos, qui historiam scribere possent, arcanorum arbitros *Continuatio eiusdem argumenti.*

redigendae videlicet Europae ad iustum, quod animo conceperat, aequilibrium, suaeque vnicuique siue nolenti, siue volenti, portionis adscribendae, quae, vtut adoptata ab HARDVINO PERERIXIO in *hist. Henr. magni p. m. 466. seqq.* recte reiecit VICTORIVS SIRI, vt docet IO. CLERICVS in *bibl. select. tom. IV. p. 168. 169.* ridetque MICH. VASSORIVS in *hist. Lud. XIII. tom. I. p. 10. 11.* mordacem subiungens epricrisin: *le projet qu'on attribue à Henri est étrangement chimérique s'il est vrai que ce Roi l'ait jamais conçu, & qu'il ne se soit point proposé d'autre fin dans une si vaste entreprise que la gloire d'avoir mis les affaires de la Chrétienté dans un juste équilibre, Henri étoit sans mentir le plus grand Gascon de son Roiaume.*

Digitized by Google

& conſcios, vix vmquam velle: qui volunt, vix vmquam ſatis recte poſſe. Quis neſcit, monumenta, in ſacris tabulariis repoſita, aliis monumentis, quae alibi cuſtodiuntur, contraria non raro eſſe? (f) Si igitur controuerſiae hiſtoricae, ſiue circa res in republica, ſiue circa res in Eccleſia geſtas exoriantur, facile quilibet ex abditis proferet, quae faueant cauſſae, quae absque vlteriori examine credi non poſſe, res ipſa loquitur. PALLAVICINVS ex archiuo Vaticano multa aduerſus SARPIVM producit, quae tamquam teſtimonia e ſcriniis domeſticis deſumta non ita facile a rerum gnaris admittuntur. (g) Ne-

(f) Deprehenſurus eſſet veritatem eorum, quae dixi, cui occaſio contingeret, archiua Danica & Suedica, Gallica & Hiſpanica, Palatinum & Bauaricum, Dresdenſe & Vaticanum conferendi. En THOMASII iudicium: *archiuorum fides in controuerſiis ipſorum Principum inter ſe non eſt omni exceptione maior. Aliter Philoſophi aut Hiſtorici iudicant, aliter leges. Qui haec non capit, conferat hiſtoriam duplicem eiusdem Auctoris, Hiſtorici ſine pari, ſed ex duobus archiuis ſcriptam, Brandenburgicam & Suecicam.* Vid. *praef. naeuor. iurispr. §. 6.*

(g) SALLO auctor *primi ephemer. Pariſ. anni,*

Digitized by Google

Neque plane proſtratum erit omne pyrrhoniſmi robur, ſi archiuis ſimpliciter credendum liberalior quiſpiam lar-

anni, qui eſt cIↃ Ioc LXV, *p. 228. ſeq.* argute iudicat: *l'hiſtorie du Cardinal* Palavicini *peut être plus veritable, que celle de* Fra-Paolo, *mais elle n'eſt pas plus vraiſemblable. Le Cardinal fonde toute la preuve de ſon hiſtorie ſur diverſes lettres & memoires manuſcrits, tirez principalement de la Bibliotheque Vaticane. Ce n'eſt pas qu'on veuille s'inſcrire en faux contre ces ſortes de pieces. Mais en fin ce ne ſont qu'écritures privées, & à la foi deſquelles on n'eſt pas obligé de deferer, juſques à ce qu'on les ait rendües publiques, afin qu'on les puiſſe examiner & en reconnoître la verité: & d'autant plus dans cette occaſion, où l'on ſ'en veut ſervir contre un Hiſtorien, qui a été preſque contemporain, & qui s'eſt acquis beaucoup de creance dans les eſprits de la plus part du monde.* Candori *Pallauicini* parum quoque fauent, quae in DIARIO EVROPAEO *part. XVII. p. 272. 273.* legimus: Es wurde auf des Pabſts Befehl der Pater Agoſtino Aldouini, ein Jeſuit, ins Gefängniß geworfen, und ihm Schuld gegeben, daß er etwas wieder des Cardinals Pallauicini Hiſtorie vom Tridentiniſchen Concilio, oder, beßer zu ſagen, wie der des ietzigen Römiſchen Hofes Intereſſe, geſchrieben hätte.

Digitized by Google

largiatur. Hoc enim conceſſo, nihil quidem falſi ſcribent hiſtorici, qui ea in ſubſidium adhibent, ſi ſunt ſinceri, ſi accepta ex adulatione, odio, metu non corrumpunt, vel additis gloſſematibus vitiant; ſed forſitan nonnihil veri omittent. Quis nos, quaeſo, reddet certos, omnia arcana, in primis quae parum laudis habent, quae in publicum prodire nolunt, quorum id intereſt, in archiuis adſeruari? (h) Adver-

(h) Non hauſit ſane ex archiuis Brunſuicenſibus IO. SLEIDANVS, quae furtiuis Henrici Brunſuicenſis cum Eua Trottina amoribus *lib. XV. p. m. 261. a. ſeq.* refert, quibus cognitis dixiſſe fertur Princeps: *quis haec Syndico Argentoratenſi reuelauit?* Wer hat das dem Stadt-Schreiber zu Straßburg geoffenbahret? vid. ADAMI RECHENBERGII *diſſert. hiſtor. polit. part. 2. p. 715.* Aliud Henrici iudicium de Sleidani parrheſia exhibet *tom. VI. p. 271. quaeſt. hiſtor.* IO. HVBNERVS: De Schelm het glieckwol noch nich alles geſchreven: *nondum tamen omnia ſcripſit homo nequam.* Patet vero ex his, hiſtoriae cenſuram neminem Principum, niſi recte agendo, effugere. Mater Joannis Auſtriaci, quem extra matrimonium procreauerat Carolus quintus, diu inter myſteria hiſtorica habita fuit. Perſonam matris impoſitam

versum hoc foret prudentiae politicae legibus. Sed nolo plura hanc in rem addere. (i)

IV.

De Declaratibus publicis sive manifestis.

Declarationes publicae, manifesta vulgo appellari solent, non semper intimos animi recessus aperiunt, aut causas suasorias, quas publicae omnium notitiae exponi non conducit, reuelant, sed causas iustificas adferunt, varioſque in speciem quaesitos colo-

---

sitam fuisse Barbarae Blombergae, haud grauate subeunti speciosum culpae titulum, vt famae illustrioris ac plane principis feminae parceretur, testis est FAMIANVS STRADA de *bello belg. decad. I. lib. X. p. m. 518.* Euulgatum arcanum, num fide dignum? non iudico, legere licet apud IAC. PERIZONIVM *comment. rer. saec. XVI. gestar. p. 271.* & BAELIVM in *dict. sub voce* Marie d'Hongrie. Conf. THOMASII *annot. ad testam.* Melch. ab Osse *num. 59. p. 127.*

(i) Controversia de principio fidei historiae & valore archivorum ventilata fuit inter IO. PETRVM LVDEWIGIVM, & TOB. PFANNERVM, Viros celebres, illo pro sententia, quam meam feci, hoc pro contraria pugnante. Vtriusque scripta reperiuntur in LVDEWIGII *miscell. opusc. germ.*

Digitized by Google

colores. Quotiescumque ad arma prouolant imperantes, eiuscemodi ſcripta ab vtraque parte in lucem emittuntur, & argumenta ad defendendam belli iuſtitiam & neceſſitatem, aut onerandam inuidia aduerſam partem, coaceruantur, quum tamen euidens ſit, inter pugnantes ab vna tantum parte ſtare poſſe iuſtitiam. (l) Quae vnus adfirmat, alter negat, vera ſimul eſſe nequeunt; hiſtoriam igitur publica iſtiusmodi ſcripta reddunt incertiſſimam, neutra parte hiſtoricis deſtituta, qui ſui Principis, ſuae gentis partes ſuſcipiunt, & ad ea, quae publico nomine prodierunt, prouocant. Cauſſas certe bellorum iuſtificas & ſuaſorias in ipſis rerum momentis ſecernere, hoc opus, hic labor eſt. Circa alia maximi momenti negotia idem vſu venire, probatione haud indiget. (m)

V.

(l) Litteras Electoris Bauariae habet FAMA EVROP. *vol. III. p. 389. ſeqq.* quibus ea, quae bello propter regna Hiſpanica noſtra aetate exorto geſſit, defenduntur. Annotationes Auctoris ſequuntur *p. 479. ſeqq.* Vtrobique multum acuminis; ab vna tamen parte veritas.

(m) Quum poſt exceſſum Henrici IV, Galliae regis,

V.

Acta iudicialia magnam obtinent vim probandi, sed hic quoque occurrunt difficultates pyrrhonismo fauentes. Studium partium interdum ex illis elucet, interdum qui iudicant, in subselliis simul accusatorum, si non aperte, saltem occulte sedent. Sacra romanae religioni addictorum tribunalia multos damnarunt, tamquam exsecrandis opinationibus infames, & errores intellectus mutarunt in crimina suppliciis atrocissimis digna, multos, *De actis iudicialibus.*

regis, res ad bellum ciuile inter reginam viduam & principes regio sanguine ortos spectarent, Condaeus vero ab aula secessisset, litteras ad prouinciarum & vrbium praefectos dedit regina, quibus adfirmat, omnibusque persuadere conatur, eas se semper tenuisse rationes, vt nemo legitimam conquerendi de iniuria sibi illata causam habeat. Nulla quoque magni momenti negotia, nisi communicato prius cum proceribus consilio, a se fuisse susceptа. Quum haec narrasset, bene addit VASSORIVS: *écrire l'histoire d'un regne sur les Manifestes, sur les prefaces des Edits, & des déclarations, sur les lettres, & sur les autres piéces publiées sous le nom du Roi, ce seroit travailler sur des fort mauvais Memoires.* Vid. *hist. Ludov. XIII. tom. I. Lib. V. p. 494.*

Digitized by Google

tos, in quos odium ipsorum exarserat, absque legitima caussa e medio sustulerunt. Loquantur *Templarii*, loquatur *Jo. Hussus*, & alii innumeri. Tremendum sacrae inquisitionis iudicium quis ignorat? Quis ignorat rationem procedendi contra sagas magosque, ab auctore *cautionis criminalis*, (n) can-

(n) Quum anno cIↃ Iccc I primum prodirent THOMASII *theses de crimine magiae*, in ea sententia erat Vir celeberrimus, *cautionem criminalem* ante septennium publicae luci fuisse expositam, & sub auctoris, qui se Catholicum dixerit, larua latere Iurisconsultum quendam Protestantem. Vid. §. IV. V. Edidit deinde IO. REICHIVS, qui occasionem dedit thesibus Thomasianis prolixa dissertatione, quam summos in iure honores prensaturus scripserat, *varia doctorum virorum opera de iniustitia inquisitionis contra sagas* in linguam germanicam translata. Is in praefatione primae partis, & in ipsis deinde thesibus, vernacula nostra redditis, sententiam de tempore editae *cautionis*, sed non de auctore, mutat. Fuit is FRIDERICVS SPEE, Paderbornensis, e societate Jesu, qui multas sagas ad supplicium comitatus est. Inter singularia sane referendum, circa ista tempora virum pontificiae religioni addictum talia scribere ausum fuisse, quae hodie vix inter Protestantes,

candide manifestatam? *Vrbani Granderii*

tes vbique proferre licet homini candido & veritatis amanti, nisi illepidas murmurationes aduersus se excitare velit. BAELIVS in *resp. ad quaest. prouinc. tom. III. p. 1309.* meminit editionis Francofurtensis huius libelli 1632. 8. quam secundam appellat, & recte. Primae, rarioris, vt credo, integrum adscribo titulum: *Cautio criminalis, seu de processibus contra sagas liber. Ad magistratus Germaniae hoc tempore necessarius, tum autem Consiliariis, & Confessionariis Principum, Inquisitoribus, Iudicibus, Aduocatis, Confessariis reorum, Concionatoribus, caeterisque lectu vtilissimus. Auctore incerto Theologo orthod. Rimthelii, typis exscripsit Petrus Lucius Typogr. Acad.* M DC XXXI. Ista editio secundis curis digniſſima esset. Cur vero suum nomen latere voluerit auctor, ipsemet indicat *p. 95.* his verbis: *Suspectius est, aut saltem exosus etiam is, qui solum iudices amicissime hac super re monere audet. Quae caussa est quod commentarium hunc monitoriumiam dudum a me conscriptum typis non euulgo, sed amicis tantum pauculis manuscriptum communico suppresso nomine.* Nomen FRID. SPEE ex ore Electoris Moguntini, Ioannis Philippi, cui is notus erat, accepit LEIBNITIVS, cuius vid. *Theodic. p. 216. 217.* & confer STRVVII *acta litter. fasc. VI. p. 51. 52.* ACTA ERVD. *germ. tom. IV. p. 141.*

Digitized by Google

derii (o) exemplum probe notari meretur. His omnibus accedit, iudicem certis regulis adstrictum esse, secundum quas sententia pronuntianda venit; lectorem contra historiarum iudicium suum libere adhibere posse. Iudex tenetur credere duobus testibus iuratis, quae res exitio fuit Nabotho, (p) prorsus innocenti; adderem Susannae historiam, nisi eam haberem pro apocrypha. (q) Historiarum vero

(o) Tragica omnino sunt & funesta, quae Granderius sustinere debuit, rogo tandem impositus. Inuisus primo sacrificulis, deinde Richelio, periit. Obtentui sumebatur, illum in caussa esse, vt sanctae virgines geniis agitarentur impuris, satiramque in Cardinalem composuisse, quae omnia erant falsissima. Prolixe describit foedas liuoris & vindictae, superstitionem in subsidium adhibentis, effectus libellus gallicus: *histoire des diables de Loudun*, germanice a IO. REICHIO editus; breuiter, sed elegantissime VASSORIVS *hist. Lud. XIII. p. 92. - 114.* hunc addens epilogum: *telle fut la catostrophe d'une des plus surprenantes tragédies qu'on ait viües en France, de puis la fameuse affaire des Templiers.* Confer *vitam Iosephi Capucini p. 301. seqq.*

(p) *1. Reg. XXI. 10.*

(q) Vel sola nomina arborum, graeca, ad quae allu-

Digitized by Google

vero ſtudioſus ne iuratis quidem teſtibus credere tenetur, ſi rationes gratiis momenti ſuſpectos illos reddant. Hic iterum valet axioma: *aliter iudicant philoſophi, aliter leges.*

VI.

Ad diplomata quod attinet, quis in re diplomatica adeo hoſpes eſt, qui neſciat, quam plurima produci, de quorum authentia acres exortae ſunt controuerſiae? Diploma donationis Conſtantini magni, (r) quod a prudentio- *De Diplomatibus.*

alludit *v.* 55. 59. Daniel, dira ſenioribus imprecatus, hoc oſtendunt. Scena enim rei geſtae conſtituitur *v.* 1. Babylon, vbi lingua graeca non erat vſitata. PRIDEAVX *hiſt. V. T. tom. I. p.* 207. 208. *verſ. germ.*

(r) Edictum Conſtantini mutilum truncatumque habetur in *Decreto Gratiani diſt.* 96. integrum apud MARC. ZVERIVM BOXHORNIVM *hiſt. vniu. p.* 275. *ſeqq.* Olim quum *Laurentius Valla* donationem Conſtantini in dubium vocaret, ſacerdotes vehementer irritauit. Nec vana fuit illorum ira. *Valla* enim, multis ex causſis peruerſae doctrinae ſuſpectus, atque ad ſacrarum quaeſtionum tribunal euocatus, vix ignis ſupplicium beneficio Alphonſi, regis Neapolitani, euaſit. Non tamen potuit effu-

Digitized by Google

dentioribus quoque Pontificiis hodie exploditur, ostendere potest, fidem eorum interdum claudicare. CASP. SAGITTARIVS diploma, quo nonnulli probare voluerunt coenobium diui Petri Erfordiae a Dagoberto Francorum rege fundatum esse, multis allatis rationibus falsitatis conuincit. (s) MELCH. GOLDASTVM collectioni constitutionum imperialium multa suspecta (t) addidisse, viri anti-

gere virgas, quibus per claustra monasterii manibus reuinctis caesus fuit. Vid. BAELH *dict. sub voc.* Valla.

(s) In *antiqu. ducat. Thuring. lib. I. cap. XI.*

(t) *Goldastum*, cui ceteroqui diligentiae laudem nemo eripiet, multas suspectae fidei merces vendidisse, certum est. CONRINGIVS in libro *de origine iur. Germ. cap. VII. p. m. 26. 27.* Salicas leges e *tom. III. constit. imper.* recensens, subiungit: *sunt haec omnia illaudabili facinore, perquam tamen Goldasto familiari, efficta.* Multi, ab eo ita edocti, statuunt, Rudolphum Habspurgicum iussisse, vt abrogato linguae latinae vsu Germanicum deinde idioma in tribunalibus & comitiis adhiberetur. Summam decreti GOLDASTVS *loc. cit. tom. I. p. m. 311.* his verbis expressit: *Rudolphi I. Imp. Aug. edictum de diplomatibus & instrumentis*

antiquitatum periti docent. Exstant sane genuina diplomata; quis vero certos nos esse iubebit, num apographa cum autographis accurate conueniant? Si quis ad autographa admittitur, quod pauciſſimis obtingit, hic quoque magnae occurrunt difficultates. Sunt illa interdum temporis iniquitate ita corrupta, vt quibusdam locis legi non possint: litterae tam obscuris ductibus exaratae, aut talia litterarum compendia adhibita apparent, vt Oedipo ad sensum diuinandum opus sit. Haec & plura obstacula quotidie se obiicere diplomata tractantibus, viri harum rerum periti

tis lingua germanica concipiendis. Omnia mandata, edicta, priuilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia scripta & instrumenta in teutonica lingua, & non, vt antea, in latina concipiantur. Sed exstant monumenta Rudolphi aeuo & sequentibus latino sermone conscripta, quo & ipsa aurea bulla, ab HENR. GVNTERO THVLEMARIO ex autographo Francofurtensi edita, conscripta est. Vid. CONR. SAM. SCHVRTZFLEISCHII *epist. XXIII. p. m. 28.* PHIL. REINH. VITRIARII *instit. iur. publ. Lib. IV. tit. I. §. 88. 89.* IO. GEORG. KVLPISIVM *de legat. stat. imp. cap. XVII. §. 17. p. 533.*

Digitized by Google

teſtantur. (u) Qua fide procedere ſoleant Pontifices in oſtentandis diplomatibus ad limites ſuos extendendos, nuperrime probatum dedit vir iuris diuini & humani conſultiſſimus IVSTVS HENNINGVS BOEHMERVS. (x)

VII.

De inſcriptionibus & numiſmatibus.

Reſtant inſcriptiones & numiſmata. Recentiores inſcriptiones ſtilo potius oratorio, quam hiſtorico conſignatas eſſe, proinde ad hiſtoricam veritatem vel probandam vel eruendam non multum momenti adferre, experientia condocet. Annorum calculum diſcere ex illis licet, & circumſtantias generales, ſtilique nitorem, ſi adſit, laudare: reliqua citra iacturam igno-

(u) De diplomatibus conf. *obſ. XIV. §. 5. ſeq. tom. X. ſelect.* quae agit *de neceſſitate ſcepticiſmi in ſtudio genealogico*, vbi & memorabile exemplum de mala fide Pauli V. Pontificis habetur. Auctor perhibetur IAC. FRID. REIMMANNVS.

(x) Hoc praeſide defendit IVSTVS VOLLRATH DE BODE. *diſſertationem ſollemnem* die V. Octobr. cIↃ IↃcc XXII. cuius inſcriptio: *Vindiciae imperiales pro Parmae & Placentiae ducatibus.* Quae ſupra attuli, reſpiciunt ad *cap. VI. §. 9. 10.*

Digitized by Google

ignorantur. (y) Antiquiores non incedunt ita cothurnatae, fateor: sed occurrunt circa illas Criticorum controuersiae, qui tanta vementia de vera

(y) RENATO CARTESIO Holmiae erectum fuit monumentum inscriptione exornatum, cuius initium *actis philos. vol. 2. p. 653. 654.* inseruit HEVMANNVS. Integram habet ADR. BAILLETVS *in vitae Carteſii deſcriptione*, duobus voluminibus Parisiis gallice edita *1691. 4. part. 2. inter pag. 430. 431.* Hic liber quandoquidem rarior est, non poenitebit eam describere: D. O. M. *Regnante* Christina, *Gustaui primi pronepte, Magni filia, Auorum incoepta, Patriaeque terminos victoriis nouis promouente, pacem demum armis quaesitum artibus ornante, accitis vndique terrarum sapientiae magistris, Ipsa in exemplum futura*, Renatus Des Cartes, *ex Eremo Philosophica in lucem & ornamentum Aulae vocatus, post quartum mensem morbo interiit, & sub hoc lapide mortalitatem reliquit, anno Christi cIↃ IↃc L. vitae suae LIV.* Renatus Des Cartes, *Perronii Dominus, &c. ex antiqua & nobili inter Armoricos & Pictones gente in Gallia natus, accepta, quantacumque in scholis tradebatur, eruditione, expectatione sua votisque minore, ad militiam per Germaniam & Pannoniam Adolescens profectus, & in otiis hibernis naturae mysteria componens cum legibus Matheseos, vtriusque arcana*

vera inſcriptionum lectione & interpretatione nonnumquam inter ſe certant, quaſi patriae ſalus periclitaretur. Ipſe

eadem claui reſerari poſſe auſſus eſt ſperare: & omiſſis fortuitorum ſtudiis, in villula ſolitarius prope Egmondam in Hollandia, aſſidua viginti circiter annorum meditatione, auſo potitus eſt. Hinc orbe toto celeberrimus, a Rege ſuo conditionibus honorificis euocatus, redierat ad contemplationis delicias. Vnde auulſus admiratione Maximae Reginae, quae, quidquid vbique excelluit, ſuum fecit, gratiſſimus aduenit; ſerio eſt auditus; & deſletus obiit. Chriſtianiſſimi Regis Ludouici XIV. *Ludouici Iuſti Filii, Henrici Magni Nepotis, Annae Auſtriaca, Optima, Prudentiſſima, Fortiſſima Regina annos & regnum Filii regente, Legatus ordinarius* Petrus Chanut *hoc monumentum ad gloriam Dei, bonorum omnium datoris, Gallici nominis honorem, perpetuam memoriam Amici chariſſimi* Renati Des-Cartes *poni curauit anno VII ab exceſſu Ludouici Iuſti. Nouerint Poſteri, qualis vixerit* Renatus Des-Cartes: *vt cuius doctrinam olim ſuſpicient, mores imitentur. Poſt inſtauratam a fundamentis Philoſophiam, apertam ad penetralia naturae mortalibus viam nouam, certam, ſolidam, hoc vnum reliquit incertum, maior in eo modeſtia eſſet, an ſcientia? Quae vera ſciuit, verecunde affirmauit. Falſa non conten-*

Ipſe amor vetuſtatis, ipſa cupiditas, vt genuina ſint, quae talia eſſe optantur, animos faſcinat, & ſpuria pro veris accipere, locoque publico & illuſtri ſpectantium oculis exponere ſuadet. (z) Multi lapides vetuſtate attriti, aut lineae ita deletae ſunt, vt ſexcenti nodi Gordii, vix vmquam extricandi, occurrant. (a) His accedit

tentionibus, ſed vero admoto refutauit. Nullius Antiquorum obtrectator, nemini viuentium grauis, inuidorum criminationes purgauit innocentia morum. Iniuriarum negligens; amicitiae tenax. Quod ſummum tandem eſt, ita per creaturarum gradus ad creatorem eſt conatus vt opportunus Chriſto, Gratiae Auctori, in auita religione quieſceret. I nunc Viator, & cogita, quanta fuerit Chriſtina, & qualis Aula, cui mores iſti placuerunt.

(z) Magno plauſu exceptus fuit a Patauinis lapis, Liuiani ſepulcri epigraphen vt illi quidem credebant, continens, qua de re agit DAN. GEORG. MORHOFIVS de *patauin. Liuian. cap. 3. diſſert. p. 490. ſeqq.* Detexit errorem primus MARQV. GVDIVS, docuitque, inſcriptionem non reſpicere Liuium hiſtoricum, ſed quendam filiae Titi Liuii libertum. Conf. MISSONII *itinerar. Ital. tom. I. epiſt. XV. p. m. 183. ſeqq.*

(a) Teſtantur hoc duo praeſtantiſſima anti-

dit, artificium interpretandi inscriptiones difficile esse, & inter plures antiquarios vix duos reperiri, qui examussim sibi consentiant. Numismata iisdem obnoxia sunt dubiis. De Hussiticis supra dixi. (b) Quam anceps interdum est, & ambiguum, vtrum numus sit genuinus, an adulterinus? Possunt etiam viri harum rerum periti errare, quamquam illorum experientiae & sagacitati plurimum sane tribuendum sit. Possunt etiam numorum icones fingi, & aeri incidi, quis enim omnia archetypa vidit, quis examinauit? CAROLVS PATINVS (c) harum rerum, si quis alius, callentissimus, non satis ex vero semper

quitatis monumenta, alterum Graecum, *marmor Arundellianum*, quod recensuit post alios, & breuiter, sed perdocte, illustrauit HENR. MASCAMPIVS *instit. hist. p. 67. seqq. p. 124. seqq. p. 203. seqq.* alterum Latinum, *inscriptio Ancyrana*, continens breuiarium imperii Augusti, quam dedit ANDR. SCHOTTVS *ad Sexti Aurelii epit.* notasque *Lipsii* & *Casauboni* addidit *p. 24. seqq. edit. Sam. Pitisci Traiect. ad Rhen. 1696. 8.*

(b) *Cap. III. Sect. IX.*

(c) Vid. *obseru. select. Tom. X. obs. XIV. §. 10.*

Digitized by Google

per iudicauit, ſi peritioribus credendum. Quomodo numiſmata in temporum rationibus fallere queant, eleganti exemplo declarauit MARVILLIVS. (d) Diſputarunt inter ſe eruditi viri, (e) tres, an quatuor Gordiani inter Imperatores numerandi ſint? Vterque pro adſtruenda ſua ſententia ad numiſmata prouocauit. Oſtendunt vero hoc capite dicta, hiſtoriarum fontes, priſca & hodierna monumenta, magno vtique in pretio habenda eſſe: manere tamen ſemper non nulla ex illis cautioni obnoxia, & pyrrhoniſmo expoſita.

(d) *Miſc. tom. 2. p. 73.* haec legimus: *on ſe ſervit encore pendant le commencement du regne de Charles IX des coins de Henri II, c'eſt pourquoi on trouve des eſpéces d'or & d'argent frapées en 1561, qui portent le nom & l'image de ce Prince, quoi qu'il ſoit mort l'an. 1558. Si ces monnoies de Henri II. faites pendant les regnes de François II & de Charles IX paſſent à la poſterité, elles ne manqueront, pas de faire mâitre quelque groſſe querelle entre les Chronologiſtes.*

(e) Sunt illi GISB. CVPERVS & ABBAS DVBOS. Vid. BAELII *contin. cogit. de comet. tom. 2 §. XCI. p. 450. ad marg.*

Digitized by Google

CAP. V.
DE
REGVLIS
PYRRHONISMI
HISTORICI.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Prima regula *pyrrhoniſmi hiſtorici*, I.

CICERO, *leges hiſtoricis praeſcribens, contra eas impegit grauiter*, II.

Dubia contra primam regulam, & ad ea reſponſiones, III.

Secunda regula *pyrrhoniſmi hiſtorici*, IV.

Tertia regula, *ad quam illuſtrandam adfertur exemplum puellae Aurelianenſis*, V.

Quarta regula, *ad cuius vſum oſtendendum probatur, falſo Henricum VIII. haberi pro patre Annae Boleniae*, VI.

Quinta & *vltima* regula, VII.

I.

Prima regula pyr. honiſmi hiſtorici.

QVum ea, quae hiſtorici tradunt, dubia non raro ſint, atque pyrrhoniſmo ſubiecta, non abs re erit, regulas quasdam adferre, a cauto hiſtoriarum lectore in ſubſidium adhibendas. Neutiquam tamen cumulabo

labo praeceptorum farraginem. Hiſtoricae veritatis examen res eſt iudicii, atque virum doctum, candidum, animi robore praeditum, laboris patientem, humanae naturae cognitione inſtructum poſtulat. In iis vero, quae a iudicandi facultate pendent, ſuperuacaneum eſt, multas regulas proponere. Facile caret illis, qui naturalis perſpicaciae eſt: contra parum iuuabunt hoc praeſidio deſtitutum. Sit igitur prima regula: NVLLVS REPERITVR HISTORICVS, CVIVS FIDEI AVT PERITIAE CIRCA OMNIA INNITI TVTO QVEAMVS. Quemadmodum non datur inter homines ſapiens in idea, hoc eſt, perfectiſſimus, quemadmodum non reperitur formae ſpecies, omni naeuo carens; ita neque inuenire licet hiſtoricum, cui, quamquam integra ponamus eum fide ſcripſiſſe, non exciderint talia, quae aut incuria fudit, aut humana parum cauit induſtria. Idem dicendum de hiſtoricis, quod de omnibus hominibus: nemo ſine vitiis naſcitur, optimus eſt, qui minimis vrgetur.

II.

Digitized by Google

II.

CICERO, leges historicis praescribens, contra eas impegit graviter.

Equidem CICERO historicis leges praescripsit supra (a) memoratas, sed ipsemet eas, si historiam sui temporis composuisset, procul omni dubio neglexisset. Neglexit certe, & aperte contra eas impegit, historiam rerum a se gestarum, praecipue consulatus sui, amico scribendam commendans. (b) Neque id valde miror, quum

(a) *cap. II. §. 1.*

(b) CICERO semper amorem erga patriam & studium conseruandae libertatis obtentui sumebat suis consiliis & actionibus, quum tamen ea Romae esset rerum facies, vt libertas conseruari diutius non posset. Nimis potentes ea habebat ciues, priuatis opibus & honoribus haud exsatiandos. Hinc tot certamina, donec tandem Augustus cuncta bellis ciuilibus fessa sub imperium accepit. CICERO si historiam illorum temporum litteris consignasset, vbique deprehenderemus odii in Caesarem & Pompeium, eosque, qui ab horum partibus stabant, vestigia. Curiosa sunt quae scribit historicorum legislator *epist. 12. lib. V. ad famil.* ad Lucceium: *ardeo cupiditate incredibili, neque vt ego arbitror reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. — Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui tibi tantum*

Digitized by Google

quum difficile admodum ſit, hominem prorſus exuere. Etiam quum talia narramus vel legimus, quae nos non tangunt, quae longe a noſtra memoria remota ſunt, quae conficta eſſe non ignoramus, repraeſentationes videlicet comicas vel tragicas, fabulas ele-

tum oneris imponam, poteſt enim mihi denegare occupatio tua, deinde etiam vt ornes me poſtulem. Quid ſi tibi illa non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, qui ſemel verecundiae fines tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, vt & ornes ea vehementius etiam, quam fortaſſe ſentis, & in eo leges hiſtoriae negligas, --- amoriqua noſtro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. Patet, qualem hiſtoriam de ſe ipſo deſiderauerit *Cicero*, magis videlicet ſtilo oratorio, cui adſuetus erat, in quo excellebat, quam hiſtorico ſcriptam. Magis cordatum ſe praebuit PLINIVS SECVNDVS, auunculi res Tacito hiſtorico commendans, vitaeque eius exitum deſcribens. Ita enim concludit epiſtolam, quae eſt *XVI. lib. VI.* elegantiſſimam: *Vnum adiiciam, omnia me, quibus interfueram, quaeque ſtatim, quum maxime vera memorantur, audiueram, vere perſecutum. Tu potiſſima excerpes. Aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam; aliud amico, aliud omnibus ſcribere.*

Digitized by Google

elegantiores, veſtigia inclinationum animi vbique deprehenduntur. Adhaerent nobis, ex temperamenti diſpoſitione, principia moralia & politica, quae efficiunt, vt interdum laude digna reprehendamus, contra, quae cenſuram merentur, approbemus, vt hanc vel illam reipublicae formam prae aliis commendemus, prout nempe haec omnia nobis, ſecundum principia partim connata, partim acquiſita, placent vel displicent. (c)

III.

Dubio contra primam regulam & ad ea ſe ſponſiones.

Dici poſſet: an ergo nullum reperire licet virum honeſtum, & ab omni ſtudio partium ſedulo ſibi cauentem? Concedo, dari vtique tales, qui deſtinata opera hiſtoriam non corrumpunt, & hos tamen ex imbecillitate humana labi poſſe, certum eſt. Sunt adfectus, ita ſubtiliter ſanguinem mouentes, vt non ſolum ignoremus, nos ab adfectu eſſe inquinatos, ſed & bona fide nobis perſuadeamus, nos ab eodem omnino eſſe liberos. (d) Si largiamur

(c) Vid. dicta de VASSORIO *cap. II. ſect. XIV.* de POLYBIO *cap. III. Sect. XII. lit. (q)*

(d) Famianus Strada *m'a dit a moi, qu'il étoit très-*

mur iuſto liberaliores, ſequeſtrari poſſe omnes adfectus, ex quibus naſcuntur praeiudicatae opiniones, optima tamen fide errare poteſt hiſtoricus, vel ignorans genuinas circumſtantias, (e) vel rationibus magnam veri ſpe-

très-difficile d'être parfait hiſtorien, même impoſſible: que pour être bon hiſtorien il faudroit être ni d'ordre, ni de parti, ni d'aucun païs, ni d'aucune religion, (nulli ſectae ſtudio addictum) *ſi faire ſe pouvoit.* PATINIANA *p. 108.* Peſſime propria monita obſeruauit *Strada*, quem peruerſo partium pontificiarum feruori nimium indulſiſſe, facile patet.

(e) Errauit THVANVS & cum eo MORHOFIVS bona fide, dum ille multa de mirabili lapide narrat, hic vero eundem pro lapide philoſophico habet. Veroſimile eſt, quempiam aenigma iſtud, quo ignis adumbrabatur, ioci cauſſa protuliſſe, vt illos, qui alchemiae ſtudent, perſtringeret. Hinc & verba huc pertinentia in poſterioribus *Thuani* editionibus omiſſa ſunt, ea mente, vt famae tanti viri conſuleretur. Vid. MORH. *polyhiſt. l. 1. cap. XIII. ſect. 26. p. m. 138.* THOMASII *cogit. iocoſer. 1688. part. 2. p. 600. ſeqq.* Societas *fratrum roſeae crucis*, verae ſapientiae reſtituendae cauſſa, vt fama ferebat, inſtituta, & arcanorum, omnes ingenii humani vires ſuperantium, conſcia, multos excitauit ſtrepi-

tus,

ſpeciem habentibus deceptus, (f) vel omiſſa

tus. CARTESIVS cupidus fuiſſe perhibetur videndi & adeundi nonnullos ex iſtis ſapientiae magiſtris vt habet ADR. BAILLETVS *in vita Carteſii tom. I. p. 90. 107.* MORHOFIVS vero in eorum admiratione totus defixus eſt *polyhiſt. tom. I. lib. I. lib. 1. cap. XIII. ſect. 34. ſeqq.* Neque ſatis ex hac re ſemet expedire poteſt GEORG. PASCHIVS de *inuentis nouantiquis cap. VI. §. 5. 6. 7. p. 318. ſeqq.* quamquam aliquid figmenti ſubeſſe recte coniiciat. Vbi arcana iactantur & ἄπιστα, ſapientis eſt, dubitare. Maxime probabile eſt, hoc collegium Roſianum, falſo pro delirorum vel haereticorum ſocietate habitum, in ſcenam productum fuiſſe a IO. VALENT. ANDREAE, Iacobi nepote, aliis quoque iſtiusmodi ingenioſis, & ad labem ſaeculi detegendam compoſitis fictionibus percelebri. Vid. GODOFR. ARNOLDI *hiſt. eccl. part. II. libr. XVII. cap. 18.* WEISMANNI *hiſt. eccleſ. part. II. p. 1133.* BVRC. GOTTH. STRVVII *introd. ad notit. rei litter. cap. IX. §. 29. p. 466. ſeqq.* IO. BVRCH. MENCKENIVM *de Charlat. p. m. 68. 79. ed. lat. 1715. 8.* HEVMANNI *Acta philoſ. tom. I. p. 210. 211.*

(f) *Liber de tribus impoſtoribus* multis impoſuit. Nolo de eo quidquam colligere, hoc enim nimis prolixum foret, ſed commendo lecto-

omiſſa attenta conſideratione nimis feſti-

lectori auctores, qui ſequuntur: STRVVII *diſſ. de doctis impoſtoribus §. 9. ſeqq.* SEB. KORTHOLTI *praef. ad iteratam editionem libri de tribus impoſt. a patre* CHRIST. KORTHOLTO contra *Cherburium*, *Hobbium*, & *Spinozam* conſcripti, quem non nulli admodum erronee pro eo, de quo hic agitur, habent; BAELII *dict. ſub voc.* Aretin *lit. F.* MATVRINI VEYSSERII CROZII *dial. de variis argum. p. 329.* AVG. GROSCHVFII *nou. libr. rar. collect. faſc. I. p. 12. ſeqq.* ACTA ERVD. *1709. p. 36.* NOV. BIBLIOTH. *part. I, p. 51.* NAVDAEANA *p. 129.* IO. GOTTL. KRAVSII *hiſt. libr. p. 280 ſeqq.* IO. CHRISTOPH. COLERI *analect. ad Struuium p. 166.* BVDDEI *hiſt. Eccl. V. T. tom. I. p. 534.* & *theſ. de Atheiſm. p. 112.* vbi celeberrimus Vir dicit, ſe librum ſub hoc titulo, & quidem gallicana lingua, ipſummet vidiſſe. Quid igitur ſtatuendum? Notum eſt, de Friderico II imperatore, ſed ex odio, vt puto, pontificis, vulgatum eſſe, eum, Muhammedanum potius, quam Chriſtianum, itemtidem protuliſſe veſana haec verba: tres fuiſſe inſignes impoſtores, qui genus humanum deceperint, Moſen, Chriſtum, Muhammedem. Alii Simoni de Tornaco, Theologo Pariſienſi, iſta tribuunt. Vnde credo, exſtare hodie & circumferri ex hoc dicto enatum librum ſce-

festinanter pronuncians. (g) Quod si quispiam vrgere velit: contra tales fal-

lestissimum; at non verum, non antiquum, non ab Ochino, Aretino, vel aliis, qui tantae insaniae rei peraguntur, compositum, sed post tot anxia curiosorum desideria ab vno vel altero confictum. Neque enim difficile esse potest homini profano, quum de argumento libri constet, aliquid eidem adfine consignare litteris.

(g) Accidit insigni Viro IO. CLERICO, vt, dum erroris ab eo redarguitur VICTORIVS SIRI, ipsemet nil tale cogitans erret. PARRHASIANA eius *tom. I. p. 137. 138.* haec habent: *quelquefois quoi qu'on ait tous les secours necessaires, pour savoir la Verité d'un fait, la négligence fait commettre de très grandes fautes. Par exemple,* Vittorio Siri *dans ses* Memorie Recondite *Tom. VIII. p. 665. parle ainsi de la nuit, dans laquelle Louis XIV nâquit:* Quattro horesperse il Rè in quel colloquio, si che l'hora trovatasi troppo tarda per ritornare quella notte nevosissima, correndo il mese di Dicembre à Grobois, convenne per forzosa necessità dormire a Parigi; e rimasto il letto del Rè à Grobois, la Regina colla cena li fece parte del suo; notte fortunatissima per la Francia, perche per un intrecciamento di circonstance si stupende *s'infantò* il Delfino &c. *Je ne veux pas parler du galimathias, qu'il y a dans ces paroles,* au-

ſaltem hiſtoricos nihil certi excipi poſſe, qui rebus, quas ſcribunt, ipſimet interfuere; ille capiat reſponſum: ne ſic quidem omnia in tuto eſſe. Quotusquisque enim eſt, qui minutiſſimas rerum, quae ipſo praeſente geſta ſunt, circumſtantias exploratas habet: aut ſi habet, qui integra fide easdem refert? (h) Imperator exerci-

R 2 tus

auquel on a peut-être encore joint quelque faute d'impreſſion; mais Siri *pouvoit facilement ſavoir, que Louis XIV étoit né non en Decembre, mais en Septembre; & non à Paris, mais à S. Germain en Laye. Une faute, comme celle-là, ne peut être que l'effet d'une très-grande negligence.* Tota res huc redit, CLERICVM verbum Italicum *s'infantò* ita intellexiſſe, quaſi ſignificaret: *natus eſt Delphinus*; quum tamen nihil aliud notet, quam Ludouicum ea nocte genitum fuiſſe. Et ita omnia optime inter ſe congruunt. Rectius vero intelliget SIRIVM, & circumſtantias nati tandem ex matrimonio, per tot annos prole deſtituto, ſucceſſoris, qui conferre voluerit VASSORII *hiſt. Lud. XIII. tom. III. lib. XIII. p. 305. 306. tom. IV. lib. XVIII. p. 379. tom. V. lib. XXIII. p. 433.* praecipue vero *tom. IX. lib. XLII. p. 270. ſeqq.*

(h) Pollionis Aſinii iudicium de Caeſare, qui rerum ſacrarum commentarios ſcripſit, notum eſt, qui parum diligenter, parumque integra ve-

tus non omnibus, quae in praelio geruntur, adesse potest, aut quae in tanta rerum concitatione fiunt, obseruare.

veritate compositos putabat, quum Caesar pleraque, & quae per alios erant gesta, temere crediderit, & quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus perperam ediderit. Vid. SVETONII *Caes. cap. 56.* Certe si Ambiorix, Ariouistus, Vercingetorix, aut alii, quibuscum ille bella gessit, eadem ingenii felicitate res suas posteritati potuissent commendare, haberemus noua exempla pyrrhonismi historici. De Caesaris expeditione Britannica ipse aliter narrat, aliter scriptores domestici. Vid. IO. PETRI LVDEWIGII *annot. ad Pufend. introd. p. 509. 510.* Narrat IS. CASAVBONVS in *dedic. Polybii p. m. 61. edit. Gronou.* dixisse aliquando sibi Henricum magnum, Galliae regem, commentarios rerum a se gestarum esse inchoatos, quorum perficiendi voluntas, si quando a salutis publicae cura respiraret, non deesset. Dubito, num quae in venerem illicitam procliuis parum glorioſe egit, satis sincere fuisset expositurus. Saltem coniux eius Margarita Valesia, non dissimilis marito, in suis commentariis, (*memoires de la Reine Marguerite*, de quo libro lege MENCKENIVM *de comm. hist. Sect. IX. p. 16. 17.* NOV. BIBL. *vol. III. p. 363. seqq.*) furtiuos amores & adulteria, quorum ab historicis rea agitur, strenue dissimulauit.

Digitized by Google

re. (i) Vnde incertiſſima ſunt, quae de praeliis recentiſſime commiſsis hinc inde diſſeminantur, vtraque parte victoriam, vel certe eius ſpeciem, non raro ſibi tribuente.

(i) En verba VASSORII e *praef. tom. I. hiſt. Lud. XIII.* ** *a. b.* quae ita habent: *J'ai ouï dire à un illuſtre Prelat* (Mr. Burnet Evêque de Salisbury) *& qui à un beau naturel pour écrire l'hiſtoire, auſſi bien que pour la chaire, & pour la Theologie, que feu Monſ. de Schomberg, Marechal de France, & depuis Duc en Angleterre, lui avoit conſeillé, de n'entrer jamais dans un trop grand detail de ce qui regarde la guerre.* Il n'y a, *diſſoit cet excellent General*, que les plus habiles gens du métier, qui en puiſſent bien parler. *Il eſt même presque impoſſible de ſavoir exactement toutes les circonſtances d'une action. Le General donne ſes ordres, & il ignore enſuite une grande partie de ce qui ſe paſſe. Les Officiers ſubalternes peuvent tout au plus rendre compte de ce qu'ils ont fait eux-mêmes.* Poſſunt haec ex narratione, quam de praelio propter Nordlingam cIↃ Ioc XXXV commiſſo compoſuit *Guſtauus Horn*, Suedici exercitus imperator, illuſtrari. Vid. VASSORIVS *loc. cit. tom. VIII. part. I. p. 265. 266.*

Digitized by Google

IV.

Secunda regula pyrrhonismi historici.

Secunda regula haec esto: INCLINATIONES ET INGENIVM HISTORICI, EX QVA GENTE ORTVS SIT, QVAM RELIGIONIS FORMVLAM PROFITEATVR, (l) QVIBVS PARTIBVS PRAE ALIIS FAVEAT, PROBE CONSIDERANDA SVNT. Qui historiam Ecclesiasticam legunt, (m) facile obseruant, actio-

(l) Pii quoque & sinceri verae religionis cultores eo adduci possunt, vt admittant, quae subtestae fidei sunt, modo bonae causae faueant, quae vero talibus argumentis male defenditur. Natiuitas Christi verioribus miraculis, quam oraculorum silentio, insignis est; hoc tamen multi defenderunt, inuictis testimoniis confutatum, multi ANTONIO VAN DALE, communem opinionem refutanti, indignati sunt. Vide elegantissime docti IO. HENR. ACKERI *analecta hist. Caesar. sect. XXI.*

(m) IAC. BANAGIVS iudicauit, tota errorum Plaustra continere veterem historiam ecclesiasticam; hoc de recentiori quoque affirmari posset. Vid. ACTA ERVD. GERM. Vol. VII. p. 652. *L'experience nous apprend, que presque toutes les histoires depuis sept ou huit cens ans sont si remplies des mensonges, qu'il semble que les Auteurs se soient entrebattus à qui emporteroit le*

Digitized by Google

actiones eorum, qui hiſtorici religionem profeſſi ſunt, absque diſcrimine laudari aut excuſari, aduerſae parti addictorum reprehendi. Aeſtimanda ſane eſt SARPII integritas, at illum quoque non ſatis comperta ſemper tradere, probari forte poſſet. (n)

R 4 Non

le prix d'en forger d'avantage. Ita NAVDAEVS in *apol. p. m. 13.*

(n) In *hiſt. conc. Trid. lib. I. p. m. 122. ſeqq. edit. Lipſ. lat. 1699.* 4. ille narrat, Petrum Paulum Vergerium, Pontificis in Germaniam legatum, Vitebergae Lutherum conueniſſe, atque Pontificis & Senatus Cardinalium nomine exquiſitis laudibus & magnificis pollicitationibus eum tentaſſe. Hunc vero, de ſolita animi firmitate nihil laxantem, reſpondiſſe intrepide, tandemque addidiſſe: Nuntium & Pontificem ipſum ſuam fidem facilius amplexaturos, quam ille eam deſerturus eſſet. PALLAVICINVS in *hiſt. concil. Trid. lib. III. c. 18.* contra ex ipſis litteris Vergerii die 12. Nouembr. 1535. ad Papae Secretarium ſcriptis talia producit, quae cum Sarpii narratis nulla ratione poſſunt ſtare. Neque iuuare ea poteſt relatio Vitembergenſis, cuius ſummam dedit SECKENDORFIVS *lib. III. Lutheraniſm. p. 95.* ſi accuratius inſpiciatur, quippe quae nihil de iſtis circumſtantis habet. Manet itaque dubium: vnde haec hauſerit Sarpius? Ea ita geſta eſſe poſſe, facile concedo, neque

Non desunt, qui GISBERTVM BVRNETVM in nonnullis accusant. (o) Plura adderem, nisi ad finem properandum esset. Iuuabit tamen, Caroli quinti Caesaris exitum ex hac vita paucis commemorare. (p) Qui de

neque de heroico Lutheri animo, si tales incidissent sermones, dubitandum est; sed hoc quaeritur: num ita gesta sint? Rem summatim exposuit BAELIVS in *dict. sub voc.* Vergerius. Conf. WEISMANNI *hist. eccl. tom. 2. p. 68.*

(o) Addidit autographa e tabulariis desumta suae historiae illustris Praesul, producitque ad finem alterae partis libellum a Lutheро, scriptum Bucero circa reconciliationem cum Zuinglianis e bibliotheca collegii corporis Christi apud Cantabrigienses. Istud scriptum quum suspectum videretur THOMAE CRENIO, rogauit amicum in Angliam abeuntem, vt apographum manuscripti in ista bibliotheca latentis ad se mitteret. Quod vbi factum esset, obseruauit, nonnulla fuisse a Burneto omissa & mutata. Vid. *animadu. philol. & histor. part. VIII. p. 140. seqq.*

(p) Sunt qui ostendere annituntur, eum Lutheri doctrinae fauentem obiisse, effigiem Constantini Pontii, qui moribundi confessionem exceperit, combussam, Barthol. Carranzam, Archiepiscopum Tolentanum, qui sacra Principi administrauerat, dignitate motum esse, quin parum abfuisse, quo minus

de rebus in republica geſtis agunt, aeque in partes abire, ſatis manifeſtum eſt. Legantur ſpeciminis loco, quae de Carolo I. Stuarto habent hiſtorici iurium regiorum defenſores, & conferantur cum illorum narratis, qui regni ordinibus aut Cromuello fauent; vtrobique deprehendemus regnare amorem, regnare odium. Euolue hiſtorias bellorum ciuilium, quae Galliam ſaeculo XVI concuſſerunt: nullo negotio obſeruabis, quandoquidem auctores, repurgatis ſacris deditos, in conſilium adhibeas, omnium turbarum auctores incentoresque ferri pontificios; ſin hos duces eligas, contrarium tibi perſuadere conabuntur. (q)

minus Caroli reliquiae e monumento effoſſae cremarentur. Sed nondum omnia hic ad liquidum deducta facile concedet, qui legerit, quae habet BAELIVS in *diction. ſub vocibus* Charles-quint *lit. R.* & Carranza *lit. C.* adde *reſponſ. ad quaeſt. cuiusd. prouinc. tom. 2. p. 572. ſeqq.*

(q) Refutauit hiſtoriam Caluiniſini Maimburgianam BAELIVS libello gallico, incundo pariter & acri, cui titulus: *critique generale de l'hiſtoire du Calviniſme de Mr. Maimburg*, cui deinde acceſſerunt: *nouvelles lettres.* Inuidiam, qua Reformatos onerare voluit Maimburgius, amolitur egregie. Sed ſibi ipſi aduerſus eſſet, & Maim-

V.

Tertia regula, ad quam illustrandam adfertur exemplum puellae Avelianensis.

Succedat tertia regula: FAMA DIV CONTINVATA ET CONSENSVS HISTORICORVM INTERDVM NON SATIS PROBAT, REM CERTAM ESSE. Miracula sanctorum & alia in Papatu magno consensu a scriptoribus domesticis

Maimburgiana sequeretur vestigia *Baelius*, modo constaret, librum: *auis important aux Refugiez*, ipsum agnoscere auctorem. Non invitus accipiet lector, quae ex litteris LEIBNITII die 24. Oct. 1709. ad me datis adscribo: V. *Cl. Petrum Baelium (de qua quaeris) olim apud Comites de Dona in Helvetia aut vicinis locis egisse, ex ipso Comite, nuper Regii Principis Prussici magno domestico, intellexi. Inde Sedani Professor Philosophiae, mox labentibus Reformatorum in Gallia rebus idem munus Roterodami exercuit, Iuriaeo, opinor, procurante, sed cuius id postea opera amisit, cum suspectus non tantum temeratae religionis, sed & animi non amici in Rempublicam factus esset. Librum ad exules Gallos semper a se amolitus est, & sapuit: sed magnis suspicionibus grauabatur. Itaque qui nuperrime refutationem operis dedit Cl. Larrcius, Historiae Anglicanae Gallico sermone scriptae non spernendus Auctor, in Baelium scriptorem propendet. Haec de Baelio mihi amico & aestimato habeo, qui vellem ingenii opes magis ad stabiliendas veritates profuturas, quam*

cis traduntur, ac fama per plurima ſaecula conſtanter continuata ad poſteros peruenerunt, quibus tamen nemo, niſi valde credulus, fidem adiunget. Haec vero regula quum ſatis clara & omnium temporum experientia firmata ſit, ſufficiet eandem vnico exemplo illuſtraſſe. Puellam Aurelianenſem diuinitus ad liberandam Galliam fuiſſe excitatam, hiſtorici antiquiores iſtius gentis lectoribus perſuadere allaborant. Sed puduit recentiores fabulae. Quae ad eam probabilem reddendam adferri ſolent, tum falſa, tum ita comparata ſunt, vt ad illa peragenda nullis miraculis opus fuerit. Eam Regem Proceribus permixtum, & nunquam antea viſum, ſtatim agnoviſſe, non miror, effigiem enim eius, ab iis qui ſcenam inſtruebant, ob oculos poſitam, quotidie fuerat contemplata. Supra ſexum & aetatem fortem fuiſſe, atque laude bellica inſignem, rarum quidem eſt, non tamen omnino inſolens. Enthuſiaſmi aliquid habuit puella iſta, imaginatione inſtinctus diuini agitata: placuit illi ci-

quam captandos plauſus hominum liberiorum adhibuiſſet: minus inde lucri Bibliopolae, ſed plus auctori laudis ſolidae & verae quietis acceſſiſſet.

citra dubium ſanctitatis & fortitudinis, quam omnes de ea fouebant, ſiue ſerio, ſiue aliis rationibus adducti, opinio: vnde ſtimuli accedebant non leves animo iam antea commoto, qui ad edenda virtutis militaris ſpecimina eam propellebant. Neque facile recedebant a latere eius duces rerum bellicarum periti, quorum conſilio & ope iuuabatur. Subornatam dicere nolim, quum ſponte ſe obtulerit ad liberandam Galliam, variis viſionibus, vti quidem putabat, in Lotharingia adhuc agens excitata: ſed opportune, inſtar Dei ex machina, interuenit rebus in Gallia valde turbatis, quod ipſum in patriae commoda vertiſſe politicos illius temporis, non dubito. Nimiam igitur credulitatem produnt, qui verum hic fingunt miraculum, Numinisque adflatum: quamquam grauius adhuc peccarint Angli, qui infamis magiae & commercii cum daemone ſuſpicione puellam onerarunt. Hi ſunt fructus adulationis & odii. (r)

Quarta regula. VI. En quartam regulam; RATIONES

(r) Confer de puella hac IO. CHRISTOPH. BECMANI *notit. orbis terr. p. 510. ſeqq.* vbi etiam GISBERTI VOETII de ea *diſſertatio*, & BAELII *dict. ſub voc.* Haillan *lit. G.*

Digitized by Google

NES TEMPORVM ACCVRATE INEVNDAE SVNT, EX QVIBVS SAEPE HISTORICORVM ERRORES REDARGVI POSSVNT. Non efficacius conuincuntur, qui a vero aliena proferunt iactabundi, quam ſi interrogentur, quo tempore omnia, quae commemorant, acta fuerint? Computato enim annorum numero, & calculo ſubducto, magna emerget diſcrepantia, quandoquidem accurata inſtituatur comparatio. Vnde natum prouerbium: mendacem oportet eſſe memorem. Pari ratione ſi tractentur hiſtorici, ſiue creduli, ſiue fallaces, multa falſa detegere poterit prudens & attentus lector. Henricum VIII Annam Boleniam ex adulterino cum Thomae Bolenii vxore congreſſu genuiſſe, & hunc, vt commercium iſtud eo liberius exercere poſſet, legati charactere veſtitum in Galliam ablegaſſe, conſequenter infando exemplo Annae patrem & maritum fuiſſe, *Sanderus* & cum eo alii ſecure tradunt. Sed ad oculum, inita temporum ratione, iſtas calumnias refutat BVRNETVS. (s) VII.

ad cuius vſum oſtendendum probatur, falſo Henricum VIII. habuiſſe pro patre Annae Boleniae.

(s) Vid. *hiſt. reform. Angl. Tom. 1. lib. 2. ad ann. 1527. p. m. 106. 107.* vbi haec leguntur: *En premier lieu, ſi Henry, afin d'avoir un libre*

Quinta & vltima regula.

VII. Finem tandem imponat huic labori vltima regula: VBI HISTORICI, QVOD FREQVENTER FIERI SOLET, CONTRARIA HABENT, AT-

libre commerce avec la femme de Boulen, éloigna ce Chevalier, comme l'aſſûre Sanderus, je veux qu'il l'ait envoyé en France, le plûtoſt qu'il a pû le faire, c'eſt-a-dire dés le commencement de ſon regne, en 1509. Donc, ſuivant le meſme Auteur, Anne de Boulen eſtant nee deux ans aprés le départ du Chevalier, elle doit eſtre venuë au monde en 1511 ; & puis qu'à quinze ens elle ſe laiſſa débaucher dans la maiſon de ſon pere, nous voilà déja en l'an 1526. Il lui a falu du temps, pour paſſer en France, pour y eſtre entretenuë par un Seigneur, pour paroître enſuite à la Cour, & enfin pour y mériter, par ſa mauvaiſe conduite, le nom ridicule de Haqueneé d'Angleterre, *& celuy de* Mule de Francois I. *loignons encore à cela le temps, qui luy a eſté néceſſaire, pour ſortir de France, pour eſtre reçuë dans la maiſon de Catherine, & pour s'inſinuer dans l'eſprit du Roy. Cependant, ſi nous en croyons Sanderus, ce fut dans la meſme année de 1526, que toutes ces choſes arrivérent, puiſque ſelon luy, ce fut alors que le Roy forma le deſſein de ſe faire ſéparer d'avec Catherine, & d'épouſer Anne de Boulen. Cette fille ne pouvoit donc en ce temps-là, avoir que quinze ans, au compte de nôtre Auteur, quand meſme Henry auroit fait partir Boulen, le propre jour de ſon*

ATQVE SIVE EX ADVLATIONE, SIVE EX ODIO, SIVE ALIIS CAVSSIS INDVCTI, A VERITATE ABEVNT, PRVDENS LECTOR, INTER PANEGYRICORVM SCRIPTORES ET SATIRICOS MEDIVS, DILIGENTER NOTAT FAVORABILIA, QVAE ET HOSTES FATERI COGVNTVR, ET NAEVOS, QVOS ADSENTATORES INFITIARI NON POSSVNT, QVAMQVAM EOS QVAESITIS COLORIBVS TEGERE STVDEANT. HIS FVNDAMENTI LOCO POSITIS IDEAM HOMINVM ET NEGOTIORVM CONCIPIT, IVXTA QVAM DEINDE, QVAE IN CONTROVERSIAM VENIVNT, DIIVDICAT. Praecepta ſunt facillima, neque praxis erit difficilis, modo adſit mens recta & veri amans, iudiciumque morale & politicum cum labo-

ſon avenément a la Couronne. Mais ce Chevalier ne ſçauroit avoir eſté envoyé ſi-toſt en France, comme on le juge par diverſes gratifications, que luy fit Henry, durant les quatre premiéres annéés de ſon regne. Exemplum ſimile refutatae ex rationibus chronologicis falſitatis eſt apud BAELIVM in *reſponſ. ad quaeſt. prouinc. tom. V. p. 72. ſeq.*

Digitized by Google

boris patientia coniunctum. Omnia credunt incauti; nihil credunt nimium ſuſpicaces; credenda credunt prudentes. Illi numiſmata falſa pro veris habent: iſti nulla pro veris agnoſcunt: hi numos adulterinos a genuinis diſcernunt, vel, ſi forte haec comparatio magis placeat, lucem veram ab ignibus fatuis. Indicabo ſub finem adhuc ſummatim auctores & libros, per quos me profeciſſe gratus profiteor. (t)

(t) Sunt illi: LVCIANVS *de ſcribenda hiſtoria*; DION. HALICARNASSEI *de Thucydidis hiſtoria iudicium*; IO. BODINI *methodus hiſtorica*; IS. CASAVBONI *praef. ad Polybium*; CHRISTIANI THOMASII *praefatio ad natuos Iurisprudentiae, cautelae circa praecognita iurisprudentiae, ſpecimen iurispr. iudicialis*; RENATI RAPINI *meditationes de hiſtoria*; LANGLETI TRENOII *manuductio ad hiſtoriam a* MENCKENIO *illuſtrata*; PETRI BAELII *animaduerſiones criticae ad Maimburgii hiſtoriam Caluiniſmi*; IO. CLERICI *Parrhaſiana*; C. A. HEVMANNI *acta philoſophorum*; vt alios bene multos, ſuo loco omnes laudatos, omittam.

(o)

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
IVDICIO HISTORICO.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Hiſtoriae vſus per omnes ſcientias ſe extendit, I.

De vſu hiſtoriae ciuilis ad meliorem cognitionem ethices & politices, II.

De eius vſu ad agnoſcenda fata prouidentiae diuinae, III.

De eius vſu, quem praeſtat Iurisconſulto, IV.

De hiſtoria eccleſiaſtica & philoſophica, & inſigni eius vſu, V.

Cur ea adhuc non ita exculta fuerit, atque ciuilis? VI.

Tranſitio ad fidem hiſtoricam, & initio de differentia ſcientiae & fidei, VII.

De fide philoſophica & hiſtorica, & num haec demonſtrari queat? VIII.

Quod vlterius illuſtratur, IX.

De tribus fundamentis iudicii hiſtorici, X.

De duobus boni hiſtorici requiſitis, XI.

De origine hiſtoriarum anecdotarum ſeu arcanarum, XII.

Num ad hiſtoriam publicam ſufficiat, nihil falſi dicere? XIII.

Scriptores hiſtoriae arcanae maiorem fidem merentur, quam ſcriptores hiſtoriae publicae, XIV.

Tacito fruſtra obiicitur, eum omnia

Digitized by Google

in peiorem partem interpretatum, XV.
De naeuis historicorum, & primo de ignorantia, XVI.
Cur antiquissimas res gestas, de quibus nulla notitia ad nos peruenit, describere ausi fuerint historici? XVII.
De ignorantia excusabili non nullorum historicorum, XVIII.
Num illi, qui rebus, quas describunt, interfuerunt, ab omni ignorantiae suspicione liberi sint? XIX.
De adulatione historicorum, XX.
De illis, qui propter lucrum adulantur, XXI.
De odio historicorum, XXII.
De metu historicorum, XXIII.
Nullus historicorum ab omni vel errore, vel studio partium plane alienus est, XXIV.
De fide, quam faciunt monumenta historica, & primo de archiuis, XXV.
De diplomatibus, XXVI.
De actis publicis & iudicialibus, XXVII.
De inscriptionibus, picturis, & numismatibus, XXVIII.
Ex quibus principiis dissentientes historici diiudicandi sint? XXIX.

I.

Historiae vsus per omnes scientias se extendit.

HIstoriam, quae vel ecclesiae, vel reipublicae, vel artium denique & scientiarum originem, progressum, & fata exponit, necessarium subsidium & ocu-

Digitized by Google

oculum quaſi eſſe eruditionis ſolidioris, a nemine facile in dubium vocabitur. Vſus eius praecipuus in eo conſiſtit, vt praecepta reliquarum diſciplinarum generalia perſpicuis exemplis & caſibus ſingularibus illuſtret & corroboret. Vnde ſimul patet, qua ratione cum illis cohaereat, & quomodo ab iisdem differat. Illam vero in ciuilem, eccleſiaſticam, & litterariam, cuius pars philoſophica, diſtingui, notius eſt, quam vt prolixiori expoſitione indigeat. (a)

II. Hiſtoria ciuilis ingenium humanum, propenſiones, diuerſas ex diuerſis temperamentis prouenientes actiones, tamquam in pictura, repraeſentat, proinde, ſi prudenter legatur, non parum confert, vt in notitia noſtri & aliorum hominum, quibus fundamentis ethica & politica genuina

De vſu hiſtoriae ciuilis ad meliorem cognitionem ethices & politices.

S 3 inni-

(a) Haec diſtinctio ita illuſtrari poſſet: hiſtoria complectitur res geſtas hominum, non obſcurorum, ſed illuſtrium, qui ſunt vel *in republica*, vt imperantes, vel imperantibus proximi; vel *in eccleſia*, vbi regnum lucis, & tenebrarum; vel *in orbe erudito*, vbi hiſtoria ſapientiae, & inſipientiae.

Digitized by Google

innituntur, maiores semper profectus acquiramus. Facile patet historiam hanc cum cura euoluenti, & humanae naturae non ignaro, illam propemodum nihil aliud, quam exempla vitiorum, nobis proponere, quae adulatores historici sub pallio virtutum apparentium occultare, lectoribusque fucum facere studeant. Cavendum itaque est, ne communi opinione abripiamur, sed potius, doctrinam moralem in subsidium vocantes, ea minime pro virtutibus habeamus, quae ex astuta dissimulatione ambitionis, aut subdolis mendaciis & callida simulatione auaritiae, aut ex vtriusque mixtura, vel denique ex voluptate ambitione temperata, quae apparente sinceritatis & honestatis specie multos fallere apta est, proueniunt. Nascuntur ex his mixturis virtutum simulacra, quae pro veris virtutibus venditari solent. Dudum enim est, quod vera rerum vocabula amisimus, vnde prodigus liberalis, auarus parcus rerumque suarum curam gerens, crudelis iustus, fallax & astutus prudens, intemperans hilaris, timidus mansuetus & patiens, rixator & vindictae cupidus fortis & intrepidus

Digitized by Google

dus ac pro gloria Dei pugnans communi more ſaeculi vocari ſolet. Haec fundamenta rite qui ponit, facile cauſſas reddere poteſt, cur hoc vel illud negotium felicem aut infelicem habuerit exitum, cur hic vel ille ad ſcopum peruenerit, aut non peruenerit. Hiſtoria igitur non otii fallendi, aut animi recreandi cauſſa praecipue legi debet, aut vt habeamus, quae in converſatione communi narremus, ſed in noſtri & aliorum emendationem. Magis enim mouent exempla, quam praecepta.

III. Siſtit porro hiſtoria admiranda prouidentiae diuinae exempla. Occurrunt ſaepenumero euentus, qui iuxta regulas prudentiae humanae aut plane impoſſibiles videbantur, aut ſane longe alium exitum ſortiri debebant. Sed omnia, non obſtantibus machinationibus inimicorum praeter ſpem & exſpectationem feliciter ceciderunt. Illuſtre exemplum praebet Lutheri reformatio. Is initio de nulla re minus cogitans, quam de fundamentis religionis pontificiae & auctoritate papali impugnandis, impetu & furore aduerſariorum, aſtutorum ſane, ſed ingenium viri non recte conſide-

De eius vſu ad agnoſcenda fata prouidentiae diuinae.

Digitized by Google

rantium, eo adactus est, vt vlterius procederet, quam Tezelio contradicens putauerat. Perduxit quoque ad finem diuino auxilio negotium, de quo multi desperabant. Guilielmi III. felices in Anglia progressus pariter huc pertinent. Reperiuntur exempla, molimina non nullorum sub ipsa auspicia iuxta regulas calliditatis humanae felicissimos habuisse successus, deinde vero, quum iamiam scopum attigisse sibi visi sunt, subito in contrarium omnia iuisse, spem paene maturam inopinato euertente diuina prouidentia. Ostendi hoc posset prolixius exemplo Caroli V, Mauritii, & Philippi Hasiaci. Quis putasset, prudentissimum alioqui Carolum, & suspicionibus facile indulgentem, non obseruaturum consilia Mauritii? Sed nimis prosperi successus securos reddunt homines, vt accedente diuina manu ea non sentiant, quae facillime animaduertere licebat. Vnde & videmus, prudentissimos politicos occasiones optimas, & a quouis facile obseruandas, mira negligentia interdum e manibus dimisisse. Considerat itaque prudens historiarum lector pia admiratione vias diuinae prouidentiae,

Digitized by Google

tiae, (b) quatenus intellectu humano perueſtigari poſſunt, ac prudentiam huius mundi in ſtultitiam mutari humiliter agnoſcit.

IV. Et hos quidem vſus theologo atque philoſopho praeſtat hiſtoria ciuilis. Sed nec Iurisconſultus eadem ſatis commode carere poteſt. Quemadmodum enim iam ſupra oſtenſum fuit, plurimum ea confert ad illuſtrandam ethicam, ſiue doctrinam moralem. Ethica vero fundamentum eſt politicae & iuris naturae, illa fundamentum eſt iuris publici, hoc priuati. Neque leges intelligere aut interpretari aliquis ſatis dextre poteſt, niſi hiſtoriam iuris probe calleat, quae notitiam hiſtoriae ſtatus requirit. Igitur neque in Romanis neque in patriis legibus aut explicandis aut applicandis feliciter verſabitur, qui inhiſtoria Romana aut Germanica plane hoſpes eſt. *De eius vſu, quem praeſtat Iuriſconſulto.*

(b) Scilicet hiſtoria eſt ſpeculum prouidentiae & ſapientiae diuinae, eſt quoque ſpeculum naturae humanae, & exemplorum bonorum atque malorum, actionumque prudentum, aſtutarum, ſtultarum.

Digitized by Google

De historia ecclesiastica & philosophica, ac insigni eius vsu.

V. Historia ecclesiastica verae sapientiae reuelatae, & falsae, caelestem originem mentientis, philosophica sapientiae rationalis & laruatae originem & progressus pandit. Monstrat simul vtriusque collatio, quomodo falsa doctrina, vitae simplici & virtutis studiosae opposita, semper plurimos adsecias nacta fuerit, qui paucos, genuinae sapientiae operam dantes, aut oppresserunt, aut saltem, ne emergerent, impediuerunt, nec tamen eandem plane valuerunt exstinguere, quo minus hinc inde radios suos spargeret. Facit cognitio vtriusque historiae, vt in fontes veritatis & errorum penetrare valeamus, vnde & nemo qui vere eruditi nomen consequi vult, gemino hoc instrumento facile carere potest. Nec enim historia ecclesiastica Theologo, aut philosophica Philosopho propria est, sed vtraque arctissimo nexu inuicem combinatur, nec vna absque altera satis recte intelligi potest. Immo & Iurisconsultus in iure ecclesiastico sine cognitione historiae ecclesiasticae & philosophicae non adeo magnos progressus faciet.

VI.

Digitized by Google

VI. Id vero mirum alicui videri queat, cur historia ecclesiastica (c) & philosophica (d) non satis recte hactenus excultae fuerint, quum tamen in historia ciuili, quamquam & huius scriptores suis naeuis minime careant, ampliores fecerimus progressus? Non desunt, fateor, auctores, vtramque historiam tradentes, vix tamen aliquis reperitur, qui omnia, quae huc pertinent, exhauserit, aut cuius scripta non manifestis laborent praeiudiciis. Sed causa huius rei non difficulter inuestigari potest. Laboramus adhuc praeiudicio auctoritatis humanae, abundamus hominibus, praeiudicium hoc corroborantibus. Qui vero historiam ecclesiasticam & philosophicam probe perspectam habet, & ex genuinis fontibus haurire conatur, is in multis hactenus se errasse, & ab aliis

Cur ea adhuc non ita exculta fuerit, atque ciuilis?

(c) Insignem hic praestiterunt operam post conscriptam hanc dissertationem Buddeus in *hist. eccles. V. T.* & Weismannus in *hist. eccles. N. T.*

(d) Prodierunt postea Heumanni *acta philosophorum*. Opto, vt fallat egregium auctorem praesagium, quo *tom. I. p. 460.* ominatur, se ea ad finem non perducturum.

Digitized by Google

aliis errantibus deceptum esse facile perspicit. Considerat amorem & concordiam primitiuae ecclesiae, cultum purum & praecipua ex parte internum, humilitatem & mansuetudinem primorum Christianorum, patientiam ipsorum in aduersis, & si quae sunt alia huius generis. Considerat, exiguo tempore in hac puritate stetisse Christianos, diuitias & honores pietatem, potestatem vero Cleri Pontificii mundanam & saecularem regnum Christi spirituale exstinxisse, loco amoris odium & superbiam plurimorum corda occupasse, quo effectum fuit, vt multi homines pii & innocentes, qui statum rei Christianae corruptum & videbant & manifestabant modeste, pro impiis, impostoribus, & haereticis declarati, alii vero, impii licet, Clero tamen fauentes, magnis & inuidendis elogiis cumulati fuerint. Videt porro, originem & fundamenta sectarum philosophicarum perspiciens, philosophiam ethnicam in multis a veritate & felicitate ad errores & vitia aut virtutes apparentes abripere, videt, philosophiae Aristotelico-scholasticae cum scriptura sacra, tenebrarum nempe cum luce, commixtionem rei Christia-

stianae non parum detrimenti attulisse, videt, philosophiae abusum plurimarum haeresium caussam esse & originem: Haec vero ita comparata sunt, vt non probentur ab omnibus. Vnde non mirandum, tot defectus & praeiudicatas opiniones in scriptoribus historiae ecclesiasticae & philosophicae obseruari. Multi semper errantes, errorumque amantes, pauci veritatis cupidi. Qui hic aliquid solidi praestare cupit, non tantum voluntate emendata, ingenio felici, iudicio accurato praeditus, sed & paratus esse debet, pro gloria Dei & veritate odium & persecutionem animo forti & intrepido tolerare.

Transitio ad fidem historicam, & initio de differentia scientiae & fidei.

VII. Ad omnes historias, quas equidem pro veris habemus, requiritur fides historica, de qua distinctius paullulum agendum erit. Omnis cognitio humana pro fundamento agnoscit aut *rationem* aut *reuelationem* quae rursus duplex est, *reuelatio* vel *diuina*, vel *humana*. Quae ex ratione nouimus, ea vel certe & indubitato vera sunt, & haec *scimus*, vel probabilia, quae *credimus intellectu*, quorsum pertinent etiam, quae ex reuelatione humana cognoscimus. Quae enim ex reuelatione diuina

Digitized by Google

na nobis manifestantur, non sufficit, si salutaria nobis esse debeant, vt credamus intellectu, hoc enim & diaboli faciunt, sed vt *corde* quoque illa *credamus*, firmaque amplectamur fiducia. Habemus itaque *scientiam*, *fidem intellectus*, siue probabilitatem suis gradibus distinctam, & *fidem cordis*. Haec distinctio tanto accuratius obseruanda est, quanto magis vulgo negligitur, & quanto maiores ex eius neglectu errores sequuntur. Discrimen inter fidem intellectus & cordis fluit ex differentia duarum animae humanae facultatum, voluntatis & intellectus. Has qui confundit, aut falsos de illis conceptus habet, non potest non in multos errores incidere, quod & Cartesio accidisse videmus. *Fides cordis* est fiducia, plurimumque differunt fidere & credere. Cuicumque fido, credo, sed non omni, cui credo, fido. Fiducia non inhaeret intellectui, quandoquidem semper cum firma animi persuasione coniuncta est. In intellectu tria deprehendimus, cogitationes certas, dubias, probabiles. Cogitationes certas scimus, non credimus: non credo, bis duo esse quatuor, sed scio. Quae intellectu credimus, de iis hypothetice ad summum certi esse

pos-

possumus, non absolute, non apodictice. Fiducia adfectus est. Adfectus non haerent in intellectu, in cerebro, quamvis vtrumque adficiant, sed sentiuntur in corde.

VIII. *Fides intellectus*, quae dicitur opinio, opponitur scientiae, & versatur duntaxat circa probabilia, quum scientia non detur, nisi de rebus certis. Probabilitas seu verisimilitudo pro fundamento agnoscit sensus alienos, scientia proprios. Diuiditur autem *fides intellectus* in fidem *philosophicam* & *historicam*. Fides philosophica versatur circa vniuersalia, historica circa singularia. Illius tot dantur species, quod sunt disciplinae philosophicae, quum vbique circa illas variae reperiantur opiniones eruditorum. Haec vero definiri potest *praesumtio veritatis circa actiones humanas, orta ex verosimili connexione circumstantiarum, quae raro fallere solent*. Facile hinc patet, ex omni fide historica oriri tantum probabile quidpiam, quod tamen suas habet classes. Vnde nec absolute demonstrari possunt veritas & fides historica, (e) quia in hoc consistit discrepantia verosimilium, & certissime verorum,

De fide philosophica, & num haec demonstrari queat?

(e) Conf. quae dixi *de pyrrhonismo c. I. sect. VII.*

Digitized by Google

rum, quod haec demonstrari queunt, illa neutiquam. Historia vero auctoritate humana nititur, quae, quantacumque sit, non nisi ad summam probabilitatem, numquam ad demonstrationem apodicticam adsurgit. Nec sufficit praesumta scientia aut veracitas historici. Quam pauci enim sunt, qui accuratam scientiam rerum, quas describunt, habent? Aut si habent, qui adfectibus vacui veritatem incorruptam scribere volunt? Non exstat historicus, de quo neque ignorantiae, neque corruptelae, neque gratiae, neque odii, neque metus suspicio aliqua facile oriatur, de quo proinde nec praesumi debeat, eum aliquando lapsum esse, vt infra pluribus ostendetur. Hinc & facile concedimus, nihil apodictice sciri posse eorum, quae multis ante saeculis gesta sunt. Non scimus antiquas historias, sed credimus. Scire autem & credere differunt non parum. Quot fabulae vt historiae nobis obtruduntur? Quis ex antiquioribus dubitauit de circumstantiis excidii Troiani, si Dionem Chrysostomum, qui paucos applaudentes habuit, excipias? Hodie tamen non desunt viri docti, qui, quidquid hic narratur,

Digitized by Google

ratur, fabuloſum eſſe, oſtendere voluerunt. Rem ipſam negare nolim; plauſtra fabularum accesſiſſe, facile perſuadeor. Nec ſufficit ad demonſtrationem communis fama. Haec enim ex leui ſuſpicione aut plane nullo fundamento orta augetur, & creſcit eundo. Vnde mendacia non tantum e ciuitate in ciuitatem, ſed etiam e vicina domo in vicinam domum transferuntur, teſtante id quotidiana experientia. Ecquis vero nobis ſuppeditabit infallibile criterium, diſtinguendi veram famam communem a falſa?

IX. Num vero, ais, omnem fidem hiſtoricam tollere ſuſtines? Non tollo, ſed demonſtrari ſaltem poſſe nego. Nec opus eſt demonſtratione mathematica, quippe quae in res hiſtoricas non cadit. Poſtulamus, dari fidem hiſtoricam, quam nemo, qui mentis compos eſt, in dubium vocabit. Ne ſcepticus quidem id faciet. Inter veritates & falſitates certas in medio ſunt veroſimilia, & vero diſſimilia. De illis dubitat Scepticus, non de apparentibus. Omnia enim definit per *videtur, non eſt impoſſibile, &c.* Qui igitur omnem exſiſtentiam fidei hiſtori- *Quod vlterius illuſtratur.*

cae negaret, magis Scepticus foret, quam ipsi Sceptici. Hoc vero notandum, dari verosimilia, quae aequipollent veritati certae, ab ea tamen rursus differunt, quoniam circa hanc probationes in contrarium adferre impossibile est, circa illa valde difficile, aut absonum. Impossibile autem & valde difficile esse, moraliter pro vno eodemque habentur, absona vero sapiens fugit.

De tribus fundamentis iudicii historici.

X. Et haec quidem de historia & fide historica praemittere visum fuit. Propius nunc ad scopum accedemus, & tractionem de *iudicio historico* adgrediemur. *Tria* autem constitui possunt *fundamenta* iudicii historici, quae probe perspecta habere debet, qui historiam cum fructu legere, & quid veritati consentaneum videatur, quid minus, discernere vult. *Initio* quidem quid ad bonum historicum requiratur, & quibus naeuis historici laborent, *deinde* quam fidem monumenta, ex quibus historiae hauriuntur, habeant, *denique* ex quibus principiis res gestae & negotia ab historicis in litteras relata, praesertim vbi illi dissentiunt, diiudicandae veniant, distinctius erit explicandum.

XI.

Digitized by Google

XI. Nemo melius expreſſit, quid ad bonum hiſtoricum requiratur, quam Cicero *lib. 2. de Oratore cap. 15.* vbi ait: *Primam eſſe hiſtoriae legem, ne quid falſi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat: ne qua ſuſpicio gratiae ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis.* Contra primum requiſitum impingunt illi, qui odio abrepti falſa confingunt, aut qui nimis creduli ea, quae ex communi fama aut relationibus minus ſinceris hauſerunt, in literas referunt: contra ſecundum peccant, qui aut amore aut metu impediti, de vitioſis actionibus tacent, aut ex ignorantia notabiles circumſtantias ſilentio praetermittunt. Haec duo autem neceſſario ad bonum Hiſtoricum requiri exinde patet, quia non ſolum mentitur, qui aliquid falſi dicit, ſed & proxime ad mendacii vitium accedit, qui veritatem, ad quam dicendam obligatus eſt, ſciens volensque reticet. Non plura dicere debet hiſtoricus, quam quae vera ſunt, ſed nec pauciora. Non magna alioqui differentia foret inter Hiſtoricum & Oratorem. Oratores non publice & aperte falſa dicunt, quia ſic nimis facile artificium detegi poſſet, & forte loco compenſationis malam reportarent gratiam,

De duobus boni hiſtorici requiſitis.

Digitized by Google

ſed ita laudant, vt laus iſta veritatis ſpeciem habeat, vitia vero, aut quae ad ſcopum ipſorum minime faciunt, occultant. Immo maximus adulator, niſi plane impudens ſit, nihil aperte falſi profert, quando coram in os laudat, ſed defectus ſaltem minuit aut tacet, virtutes vero apparentes extollit. Quae itaque differentia eſſet inter adulatorem & Hiſtoricum, ſi & huic non omnia, quae vera ſunt, dicere, quin potius, quae minus glorioſa videntur, omittere liceret? Quamvis, ſi praxin communem ſpectemus, exiguam differentiam obſeruare liceat, cum plurimi hiſtoricorum non diſſimiles ſint illis, qui fabulas amatorias (*Romans*) ſcribunt, vt infra pluribus explicabitur. Nos vero non ſpectamus, quid praxi communi receptum ſit, ſed quid receptum eſſe debebat.

De origine hiſtoriarum anecdotarum ſeu arcanarum.

XII. Non deſunt, qui hic diſtinguunt inter hiſtorias publicas, & arcanas ſeu anecdotas. Ad illas requiritur, ne quid falſi dicatur, ad has, ne quid veri omittatur. Antequam hanc opinionem refellamus, breuiter notari poteſt, Hiſtorias anecdotas originem ſuam debere Procopio, qui poſtquam hiſtoriam publicam octo libris

Digitized by Google

libris conſtantem emiſiſſet, arcanam quoque compoſuit, quam, quum edere in animo non haberet, anecdotam vocauit. Depingit ibi Juſtinianum & coniugem Theodoram peſſimis coloribus. Edidit eam primus ex bibliotheca Vaticana cum notis Nicolaus Alemannus, quo ipſo defenſores Juſtiniani non parum offendit. Vnde & Eichelius tam Procopium quam Alemannum acerrime refutare aggreſſus eſt. Praecipue oſtendere conatus, Procopium in hiſtoria arcana & publica ſibi contradicere, quod & facit doctiſſimus Gallus, *Franciſcus de la Mothe le Vayer, tom. III. Opp. p. 130. ſeqq.* ſed neſcio, num huic argumento ſatis roboris inſit, ad adimendam omnem fidem anecdotis Procopianis. Fieri enim aliter non poteſt, quam vt in hiſtoria publica, quam viuente Imperatore ſcribebat, & in qua eidem adulabatur, contraria nonnulla reperiantur iis, quae in hiſtoria arcana, cuius publicationem non intendebat Procopius, & in qua adeo coloribus magis viuis vtebatur, continentur. Non defendo Procopium, agentem in hiſtoria publica Panegyriſtam, id ſaltem dico, argumento ſupra allato non impugna-

pugnari posse veritatem historiae arcanae. Solidiores itaque rationes conquirere debent illi, qui Iustinianum pro exemplari omnium virtutum venditant. Ipse Procopius satis indicat, alia se scribere in historia arcana, quam in publica scripserat, his, quae sequuntur verbis: *Huiusce consilii eam habeo causam, quod illa scribere, quae maxime ratione oportuisset, nequaquam expedire tunc mihi videbatur, cum etiamnum superstites forent, qui ea perpetrassent. Certe latere ipse diutius non potuissem, neque supplicio crudelissimo non interire, isthaec si palam & in lucem venissent.* Praemissa est Epistolis JCti Norimbergensis Georgii Richteri Oratio eiusdem, in qua strictim refert, quae in historia arcana Procopii habentur. Procopium secuti sunt in hoc scribendi genere Antonius Varillas, qui *les anecdotes de Florence*, Anonymus, qui *les anecdotes de Pologne*, edidit, aliique multi, inprimis Galli, qui tamen probe discernendi, atque cum iudicio legendi sunt. Illustris Leibnitius historiam arcanam Alexandri VI. Pont. Rom. edidit, vbi mira de eo eiusque liberis naturalibus Caesare Borgia & Lucretia referuntur.

Digitized by Google

tur. Inseruit quoque *Tom. IV. historiae Ecclesiasticae sect. II. num. I. p. 82. seqq.* Godofredus Arnoldus historiam rerum sub Electoribus Saxoniae Io. Friderico, Mauritio & Augusto occasione religionis gestarum, quae Matthaeo Ratzenbergero tribuitur, in qua multa habentur alibi non obuia. Possunt quoque certo modo ad historiam arcanam referri Epistolae Politicorum & ministrorum status, quales sunt Langueti Epistolae, a Prof. Halensi Io. Petro Ludouico editae, *les lettres du Cardinal d'ossat, lettere di Bentiuoglio, &c.* in quibus multa a prudente lectore obseruari possunt, quae alibi frustra quaeruntur. (f)

XIII. Iam opinionem, sectione praecedenti allatam, quasi ad historiam publicam sufficiat, nihil falsi dicere, examinabo. Patet ex illis, quae sectione XI dicta sunt, quid de illa habendum sit. *Num ad historiam publicam sufficiat, nihil falsi dicere?*

T 4

(f) Epistolae quoque virorum doctorum negotia sacra & ciuilia non parum illustrant. Epistola est familiare colloquium cum amico, quod multa aperit, alioqui occultanda. Interim caute debet incedere, qui historicam ex illis veritatem eruere satagit.

Digitized by Google

pugnari posse veritatem historiae arcanae. Solidiores itaque rationes conquirere debent illi, qui Iustinianum pro exemplari omnium virtutum venditant. Ipse Procopius satis indicat, alia se scribere in historia arcana, quam in publica scripserat, his, quae sequuntur verbis: *Huiusce consilii eam habeo causam, quod illa scribere, quae maxime ratione oportuisset, nequaquam expedire tunc mihi videbatur, cum etiamnum superstites forent, qui ea perpetrassent. Certe latere ipse diutius non potuissem, neque supplicio crudelissimo non interire, isthaec si palam & in lucem veniissent.* Praemissa est Epistolis JCti Norimbergensis Georgii Richteri Oratio eiusdem, in qua strictim refert, quae in historia arcana Procopii habentur. Procopium secuti sunt in hoc scribendi genere Antonius Varillas, qui *les anecdotes de Florence*, Anonymus, qui *les anecdotes de Pologne*, edidit, aliique multi, inprimis Galli, qui tamen probe discernendi, atque cum iudicio legendi sunt. Illustris Leibnitius historiam arcanam Alexandri VI. Pont. Rom. edidit, vbi mira de eo eiusque liberis naturalibus Caesare Borgia & Lucretia referuntur.

Digitized by Google

tur. Inseruit quoque *Tom. IV. historiae Ecclesiasticae sect. II. num. I. p. 82. seqq.* Godofredus Arnoldus historiam rerum sub Electoribus Saxoniae Io. Friderico, Mauritio & Augusto occasione religionis gestarum, quae Matthaeo Ratzenbergero tribuitur, in qua multa habentur alibi non obuia. Possunt quoque certo modo ad historiam arcanam referri Epistolae Politicorum & ministrorum status, quales sunt Langueti Epistolae, a Prof. Halensi Io. Petro Ludouico editae, *les lettres du Cardinal d'ossat, lettere di Bentiuoglio, &c.* in quibus multa a prudente lectore obseruari possunt, quae alibi frustra quaeruntur. (f)

XIII. Iam opinionem, sectione praecedenti allatam, quasi ad historiam publicam sufficiat, nihil falsi dicere, examinabo. Patet ex illis, quae sectione XI dicta sunt, quid de illa habendum sit. *Num ad historiam publicam sufficiat, nihil falsi dicere?*

T 4

(f) Epistolae quoque virorum doctorum negotia sacra & ciuilia non parum illustrant. Epistola est familiare colloquium cum amico, quod multa aperit, alioqui occultanda. Interim cauto debet incedere, qui historicam ex illis veritatem eruere satagit.

Digitized by Google

sit. Nec sufficit, in plurimis historiis publicis hoc ita obseruari. Multa enim fiunt de facto, quae de iure fieri non debebant. Multae historiae publicae non absimiles sunt fabulis de antiquis heroibus, vbi omnia diuina, consuetum naturae ordinem superantia, & miraculis plena. Nec sufficit, quod obiici solet, multum ornamenti decessurum historiae, si omnium oculis expositum sit, maximos heroës interdum voluptate aut aliis cupiditatibus ad turpes actiones abripi. Non enim ornamenta tantum, sed ipsam essentiam amittit historia, quando veritatem reticet, praesertim apud prudentiores, qui probe norunt, quod gesta hominum legant non Deorum, nec sequitur, melius est, si talia ignorentur, praesertim viuentibus illis, a quibus perpetrata sunt, nulla igitur fides istiusmodi relationibus adhibenda. Concedamus melius esse, talia ignorari, inde tamen nihil aliud sequitur, quam prudentiae regulas & decorum magis obseruari, si minus bene gesta a Principibus, ipsis viuentibus, non diuulgentur. Et sane quilibet sedulo cauebit, ne historias arcanas in lucem emittat, dum superstunt illi, qui grauem

ab

Digitized by Google

ab eo vindictam exigere possunt, nisi se satis securum esse forte existimet, de quo tamen vix aliquis certus esse potest. Longae enim sunt Regibus manus, & periculosum est de illis scribere, qui possunt proscribere. Qui vero ad historiam scribendam accedit, aut veritatem dicere, aut istud negotium plane omittere debet. Vnde facile patet, quam difficile sit, historiam publicam sinceram & incorruptam scribere. Hinc & naeui historiarum publicarum inter ea referendi mihi videntur, quae emendari non possunt.

XIV. Facile ex dictis patet, scriptores historiae arcanae maiorem fidem mereri, quam scriptores historiae publicae, etsi concedamus, quod tamen euinci non potest, licere his aliquid veri omittere. Semper enim illis relationibus plus fidei adhibendum est, quae rem totam, prout gesta est, quam quae ex parte saltem eandem exhibent. Historia publica fucatam hominum & actionum imaginem sistit, arcana natiuam. Dantur saepe nonnullae circumstantiae, quae multum momenti ad negotia gesta conferunt, quas taceri interest, & quorum loco

Scriptores historiae arcanae maiorem fidem merentur, quam scriptores historiae publicae.

alii colores afferuntur. Homines ambitione, voluptate & auaritia impellente ad pessimas actiones instigantur. Hos fontes aut tegit aut reticet historia publica, arcana aperit. Nec est, quod aliquis dicat, historiam publicam multum adulationis, arcanam multum satirae continere, adeoque neutri plenam fidem habendam esse. Praeterquam enim quod vtplurimum in satiris plus veritatis latet, quam in panegyricis, nos etiam non asserimus historiae arcanae vbique, publicae nullibi credendum esse, sed potius prudentem vtriusque collationem suademus, quae facile fundamentum praebebit, ex quo iudicare liceat, quid in vtraque vero propius accedat, quid pro falso habendum videatur. Certe historiae arcanae plerumque exponunt res, prout gestae sunt, publicae, prout geri debebant.

Tacito frustra obiicitur, eum omnia in peiorem partem interpretatum.

XV. Manifestum hinc euadit, frustra a nonnullis castigari Tacitum, quasi Caesarum, qui ante ipsius natales defuncti erant, occultas animi cogitationes describere ausus, omnia in peiorem partem interpretatus sit. Reprehendit in eo famosus Grammaticus, Caspar Scioppius, in *diatribe de offi-*

Digitized by Google

officio historici p. m. 153. seqq. tyrannicas artes, nimis aperte ob oculos positas, vnde lectionem ipsius Principibus noxiam esse concludit. Verum ex hypothesi Scioppiana Tacitus mentiri debuisset, nec enim poterat subdolum & flagitiosissimum Tiberium eiusque successores ipsi non multum dissimiles laudare, aut pessima eorum facta reticere, si boni historici officium observare volebat, quae tamen non commendat, sed acri censura notat. Si ita iudicandum est, noxia quoque esset lectio librorum historicorum sacrae scripturae, in quibus multae actiones vitiosae recensentur. Tacitus ipse mentem suam satis explicat, quando *Annal. III. 65.* ait: *Hoc praecipuum munus Annalium reor, ne virtutes sileantur, vtque prauis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit.* Nec est, quod lectionem Taciti multum damni allaturam censeamus. Homines virtutis amantes quando crimina tam aperte in lucem proferri vident, ea magis detestantur; vitiis autem dediti ad malitiam suam exercendam non opus habent Tacito, vtpote, quae ipsis inhaeret, & etiam sine lectione librorum satis operatur. Et quae causa, quaeso, efficit, vt tanta copia

Digitized by Google

pia vitiosorum hominum ante tempora Taciti reperta fuerit, & inter illos quoque reperiatur, qui Tacitum aut nunquam legerunt, aut legere non possunt? Miror, Scioppium, dum Tacitum adeo acriter insectatur, Machiauellum tamen defendere in Paedia Politica. Num putat, huius lectionem proficuam fore Principibus? Laudandus est Tacitus adsentationi ex more aliorum historicorum minime deditus, sed iuxta regulas prudentiae de hominibus sceleratis, quorum naturam ex manifestis factis perspectam habebat, coniecturas afferens verosimiles. Noui Tertullianum & alios eidem obiicere, pessime eum sensisse & scripsisse de Christianis, nec dubito, auctoritatem huius Patris, & eorum, qui illum secuti sunt, magnam odii in Tacitum caussam extitisse: sed Ethnicus erat, adeoque aliter scribere non poterat. Non ideo tamen statim, quae recte ab ipso dicta sunt, reiici debent. Et cur reliquorum Auctorum Ethnicorum naevos non tam acriter notamus? cur illos admiramur, & iuuentuti commendamus? Cur foeda & obscoena Poëtarum dicta non castigamus? Quid, quaeso, plus damni affert, verum lectio eorum

Digitized by Google

rum quae Tacitus contra Christianos scripsit, quibus nemo Christianus fidem praestat, an lectio poëtarum, qui impuras libidines graphice depingunt, & pabulum voluptati praebent? Sed nolumus insistere huic materiae, ne a scopo nos abducat.

XVI. Accedamus nunc ad naeuos historicorum. Hi partim ex intellectu, partim ex voluntate oriuntur. In intellectu est *ignorantia*, in voluntate praecipue tres affectus reperiuntur, *adulatio*, *odium* & *metus*, quae omnia historicum impellunt, vt veritatem non scribat, aut scribere non possit. Ignorantiam facile excusatam haberemus, ecquis enim nouit omnia? si eandem ingenue faterentur historici; sed quandoquidem ignota scire volunt, & communi fama, incertisque traditionibus nituntur, necessario contra veritatem impingunt. Ostendemus infra, documenta quibus vti solent, qui hodie scribunt accuratiores, non semper facere fidem omni exceptione maiorem. Qui vero de antiquioribus temporibus aliquid in litteras referunt, auctoribus coaeuis, qui affectibus in transuersum acti multas saepe falsas relationes posteritati tradiderunt, fidem addi-

De naeuis historicorum, & primo de ignorantia.

addicunt, illosque secure exscribunt. Praecipue hoc vitium obseruare licet in scriptoribus historiae vniuersalis, vnde & apud hos plurimi errores reperiuntur. Superat propemodum vires humanas, scribere historiam vniuersalem accuratam; Qui tamen huic negotio se accingunt, officio suo satisfaciunt, si facta illustria, & a nemine facile in dubium vocanda, breuiter tangant, simulque fontes vnde hauserunt, indicent, quos iudicio instructus lector euoluere, & quid ex circumstantiis vero conueniens aut dissentaneum videatur, discernere debet. Scripta est ad hanc methodum Doctiss. Cellarii historia Vniuersalis. (g) Carionis, seu potius Philippi Melanchthonis & Casparis Peuceri Chronicon, quod ad antiquiora attinet, multas habet fabulas dudum explosas. Nec auctores indicantur, quod admodum molestum est. Qui de origine & migrationibus popu-

(g) Multa tamen omisit vir insignis, multa pro instituto compendii nimis prolixe exposuit. HIER. TREYERI *delineatio hist. vniu.* (Abriß der Vniuersal-Historie biß 1722.) ob methodi & iudicii accurationem commendari meretur.

Digitized by Google

populorum scripserunt, maiori adhuc incertitudini subiecti sunt. Io. Auentinus, qui inter optimos Germaniae historicos referri solet, in historia Germanica, quam ipse ex latino idiomate vertit, & multis locis auxit, absurdissimas recenset fabulas de Tuiscone, Manno, bello Troiano, Amazonibus, de diuisione orbis Noachica, & regibus ex Noachi familia descendentibus, quos tam accurate recensere nouit, ac si tabulae Genealogicae ex arca Noachi ad ipsum perlata fuissent, de vxore Noachi, quam primum coenobium Virginum in Italia instituisse asserit, de gigantibus, de aureo saeculo, &c. vt alias absurditates taceamus.

Cur antiquissimas res. gestas, de quibus nulla notitia ad nos peruenit, descripsere autores historici?

XVII. Mirari aliquis posset, cur eo curiositatis processerint nonnulli, vt antiquissimas historias, quarum ne quidem verosimilis notitia ad nos peruenit, iuxta omnes circumstantias describere ausi fuerint? Ast si consideremus historicorum ambitionem & amorem erga patriam, & gentem suam, cum ignorantia iunctam, facile patebit, ex tam corrupto voluntatis & intellectus statu, nil nisi errores & falsitates profluere potuisse. Quaesiuerunt non tantum ignorantiam suam men-

mendaciis tegere, ne forte homines plebeii in eam opinionem deuenirent, esse aliquid, quod lateret eruditos; sed & vt nationem suam antiquissimam redderent, ac originem eius a Diis & Heroibus deriuarent, atque in patriae gloriam primordia rerum augustiora facerent, omnem adhibuerunt industriam. Olaus Rudbeckius hac passione ita abreptus est, vt omnes antiquorum fabulas ad Sueciam applicet, ac campos Elysios & hortos Hesperidum in frigidum septentrionem translocare conetur. Poëtae, praesertim mendacissimus Homerus, summi in hac arte artifices fuerunt, ex quibus antiquissimae origines peti solent, vnde facile se prodit, quid de illis habendum. Origo rerumpublicarum vt plurimum tenuis est & obscura, quin & saepe a latrociniis non multum distans: stulta hinc superbia deterruit historicos, ne veritatem scriberent, sed potius fabulis eandem involuerent. Romanae Reipubl. originem consideranti patet, vera esse quae diximus. Romulus enim & socii, fundatores tantae potentiae, erant manipulus latronum. Et quia illius & fratris natales obscuri, ad Martem recur-

Digitized by Google

currendum fuit, simulque fingendum, infantes a lupa non absque specie miraculi nutritos. Sic mendacium mendacio tegebatur, ne perplueret. Id adfirmare non dubito, nobis de originibus rerum & antiquissima historia nihil supereſſe, cui tuto fidem habere queamus, praeter ea, quae Moses diuino instinctu litteris consignavit. Hunc qui debita attentione legit & intelligit, parum curabit, ad antiqua tempora quod attinet, fabulas Graecorum & Romanorum. (h)

De ignorantia excusabili non nullorum historicorum.

XVIII. Ignorantia, de qua hactenus, efficit, vt historici contra primum requisitum peccent, & aliquid falsi dicant, qui naeuus, modo debita prudentia vterentur, aut vti vellent, facile posset euitari. Fieri autem potest, vt historicus, etsi omnem debitam diligentiam adhibeat, tamen quibusdam monumentis destituatur, adeoque ex ignorantia, sed excusabili, nonnulla memoratu digna omittat,

(h) Tralatitia est distinctio temporis in ἄδηλον, μυθικὸν, ἱστορικὸν. Primum nullis, alterum incertis & fabulosis, tertium genuinis nititur monumentis.

Digitized by Google

& contra secundum requisitum impingat. Exemplum nobis suppeditat Paulus Sarpius, qui sua Concilii Tridentini historia magnam apud Protestantes, gratiam iniit, Pontificiorum vero odium & acerbissimas persecutiones in se concitauit. Hic etsi magno apparatu ad historiam elaborandam instructus fuerit, ostendunt tamen *Epistolae Francisci Vargas*, Secretarii Legatorum Caroli V ad Concilium, & Petri Maluendae, Doctoris Theologiae, a *Michaele Vasserio* an. 1700. Amstelodami editae, Sarpium nonnulla haud exigui momenti ignorasse. Meminit e. g. p. 76. Vargas in litteris, quas ad Episcopum Atrebatensem Granuellanum dedit, epistolae Caroli V ad Iulium III scriptae, quam Legato Caesareo Francisco de Toledo a Nuntio Pontificio Crescentio ostensam refert, qua Caesar Pontifici promiserit, Concilium non vlterius in reformatione abusuum processurum, quam Pontifici videretur, se quoque effecturum, ne Episcopi Pontifici se opponerent, sed admitterent, quae Papa desideraret. Caussa, cur eiusmodi litteras ad Iulium III scripserit Imperator, facile indagari

potest.

Digitized by Google

poteſt. Vana ſpe Concilii Proteſtantibus fucum facere voluit: metuens vero, ne forte Iulius III aegre ad continuationem Concilii adduci poſſet, vtpote, qui olim Pauli III Legatus Tridenti fuerat, & probe nouerat, quam multum incommodi, & quam parum vtilitatis Concilium curiae Romanae afferret, largis eiusmodi promiſſis eum ad continuationem Concilii diſponere tentabat. Primaria enim Caroli V intentio erat, vt vanis Concilii ludibriis, tam Pontificis quam Proteſtantium ſpes in longum protraherentur. Sarpius vero de hac epiſtola nihil perſpectum habuit, qua in rem ſuam egregie vti, ac ex ea multas circumſtantias illuſtrare potuiſſet.

XIX. Sed annon, forte quaeris, illi hiſtorici, qui rebus geſtis, quas deſcribunt, ipſi interfuerunt, ab omni ignorantiae ſuſpicione plane liberi ſunt, adeoque plenam fidem merentur? Nec hoc ſufficere videtur. Id facile concedo, eos, qui negotiis interſunt, modo ad omnes deliberationes adhibeantur, nullaeque circumſtantiae ipſis incognitae maneant, & porro certum ſit, ipſos ſincere & integra

Num illi, qui rebus, quas deſcribunt, interfuerunt, ab omni ignorantiae ſuſpicione liberi ſint?

tegra fide rem, prout gesta est, in litteras retulisse, optimo successu historias scribere posse, magnamque merito habere auctoritatem. Verum haec postulata adeo magna sunt, vt vix omnia simul reperiantur. Belli Dux, qui praelio ipse interest, non tamen vbique praesens esse, aut omnia accurate obseruare potest, relationibus vero Ducum inferiorum, qui gloriae cupidi rem interdum exaggerare solent, satis tuto credere non semper licet. Legatus aut Secretarius non nouit omnes arcanos congressus, & quae obtentui sumuntur, loco verarum caussarum non raro admittere debet. Quin & ab illis, qui veram rerum connexionem norunt, ob Principis aut proprium commodum, aut ob rationem status, veritas historica obscuratur, ne arcana sollicite tegenda cuiuis pateant. Paucis: qui possunt historiam sincere scribere, non volunt; qui volunt, non possunt. Cominaeus plurima, quae de Ludouico XI commentatus est, ipse vidit. Nimis vero praeclare de subdolo hoc & fallaci Principe sentit, & contra odium in Ducem Burgundiae, cui antea addictus ad Regem Galliae se contulerat, nimis

Digitized by Google

nimis aperte declarat. Vnde & Schurtzfleiſchius (i) ipſum vocat transfugam & prope proditorem ſui Principis. Nec illi, qui ſua ipſi facta poſteritati tradiderunt, omni exceptione ſunt maiores. *Suetonius* in Iul. Caeſare cap. 56. ſequentia habet: *Pollio Aſinius parum diligenter parumque integra fide compoſitos putat* (Caeſaris commentarios) *cum Caeſar pleraque, & quae per alios erant geſta, temere crediderit, & quae per ſe, vel conſulto vel etiam memoria lapſus perperam ediderit.*

XX. Progredimur ad naevos hiſtoricorum ex voluntate ortos, vbi initio ſe offert adulatio, vitium his hominibus maxime commune. Non ſatis mirari poſſum, quotiescumque lego hiſtoricos Graecos & Latinos, Claſſicos vulgo dictos, quomodo minimas ſuarum nationum actiones extollere, & vitia earum palliare ſtudeant. Vnde & hiſtorici Graeci, qui de rebus Romanis ſcripſerunt, e. g. Polybius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Dio Caſſius &c. maiori fide digni ſunt, quam ſcriptores

De adulatione hiſtoricorum.

(i) In *annot. ad Boiemi vit. Alb. anim. p. 679. diſſert. Berol. 1699. 4. editarum.*

Digitized by Google

res domestici. Inprimis Liuius, Florus, Velleius Paterculus Panegyristae sunt, Tacitus & Suetonius magis sincere scribunt. Hinc exiguum iudicium historicum ostendunt, qui felicissimam & sapientissime institutam fuisse Rempublicam Romanam ab adulantibus historicis persuasi sibi imaginantur. Facile ostendi posset, actiones populorum, quos ex superbia barbaros Romani & Graeci vocabant, praesertim antiquorum Germanorum, rationi magis conuenientes fuisse, quam facta Romanorum, immenso luxu, ambitione & auaritia laborantium, ac iniustissima vbique latrocinia exercentium. Curtius omnes perfecti adulatoris partes implet, & insanam ambitionem Alexandri Magni tanquam maximam fortitudinem praedicat. Veriora de eo scribit *Boileau* Satyra VIII. vers. 99. seqq. cuius verba addimus: (l)

Quoi donc? à vôtre avois, fut-ce un fou
qu' Alexandre?
Qui? cet écervelé, qui mit l'Asie en cendre?

Ce

(l) Conf. Prideaux *hist. V. T. tom. I. lib. VII. p. 622. edit. germ.*

Digitized by Google

Ce fougueux l'Angéli, qui de sang alteré,
Maitre du Monde entier, s'y trouvoit trop serré?
L'enragé qu'il étoit, né Roi d'une province,
Qu'il pouvoit gouverner en bon & sage Prince,
S'en alla follemene, & ponsant être Dieu,
Courir comme un Bandit qui n'a ni feu ni lieu;
Et traînant avec soi les horreurs de la guerre,
De sa vaste folie emplir toute la Terre.
Heureux! si de son tems, pour cent bonnes raisons,
La Macédoine eût eu des Petites-Maisons,
Et qu'un sage Tuteur l'eût en cette demeure,
Par avis de Parens, enfermé de bonne heure.

Doctissimus Io. Clericus *art. crit. part. III. sect. 3.* magnam segetem naeuorum Curtii ostendit, satisque probatum dedit, non esse, cur historicos classicos tamquam idola veneremur. Meretur in primis legi *cap. IX.* Neque sequioris aeui historici ab adulatione liberi sunt. Qui enim Eusebium de

Constantino Magno, Eginhardum de Carolo Magno, Iouium de Cosmo Mediceo, Sandouallium de Carolo quinto, alios de aliis scribentes attente legit, manifesta eius indicia deprehendet. Recentiores, quorum magnum catalogum texere liceret, de industria omittimus.

De illis, qui propter lucrum adulantur.

XXI. Dantur etiam historici, qui pro praemiis vel acceptis vel accipiendis adulantur, & illos, a quibus honores & numos consequuntur, laudant, aliorum, qui ambitionem & auaritiam ipsorum satiare nolunt, egregie facta aut reticent, aut minuunt. Paulus Iouius ex horum numero est, qui de se ipso dicere solitus erat, se duos habere calamos, aureum & plumbeum, quibus Principum actiones describeret, prout vel liberales erga ipsum se exhiberent, vel minus. *Voiez les Eloges des Teisfier part. I. p. 65.* Magno partium studio laborat erga familiam Medicaeam, a qua magna congiaria accepit. Thuanus *lib. XI. Histor. tom. I. p. m. 235. b.* sequentia de eo notauit: *Constat certe eum a Francisco I. literarum parente & doctorum ingeniorum fautore eximio honorificam pensionem quot-*

an-

annis accepiſſe. Momorantium vero M. F. & magnum Palatii magiſtrum, cum Henrici II. initiis in aulam reuocatus pro munere domeſticorum regiorum numerum recenſeret, Iouii nomen induci iuſſiſſe, ex eoque tantam indignationem illum concepiſſe, vt multa in Momorantii inuidiam libro hiſtoriarum XXXI inſereret; id alioqui minime facturus, ſi eundem, quem ſub Franciſco habuerat, Momorantii fauore ab Henrico honorem & honorarium conſequi potuiſſet. Caſpar Sagittarius in *Introd. ad hiſtor. Eccleſ. cap. XI. §. 10. p. 105.* excuſare Iouium nititur, ſed argumentis non ſatis firmis. *Neque tamen*, inquit, *ita comparatus eſt Iouius, vt omnia eius damnes.* (Credo, ipſum multa habere vera, nam ſi vbique mentitus eſſet, non hiſtorici, ſed Romaniſtae nomine inſigniendus foret.) *Id certum, quod tam multa obſeruauerit ac recte ſcripſerit in hiſtoria,* (bona, quae habet, apud alios etiam reperiuntur, quae vero admiſcet falſa, & ipſa vera, quae refert, ita ſuſpecta reddunt, vt Iouio, deficiente aliorum conſenſu, fides tuto haberi non queat) *vt etiam ea, in quibus vel dedita peccauit opera, nedum in quibus ceſpitauit improuidus, quadamtenus eidem ignoſcenda cenſeam.* (An hi-

storico, qui dedita opera mentitur, ignoſci debeat, neſcio. Et cauere debet bonus hiſtoricus, ne improuide ceſpitet.) Confer de Iouio *Bodini method. hiſt. cap. 4. p. m. 53.* qui ita concludit: *Quae rectiſſime ſcribere potuit, noluit, puta, res in Italia geſtas, quae voluit, non potuit, ſcilicet externa.* Gramondus in dedicatione ſuae hiſtoriae ad Ludouicum XIV affectum, quo impellente ſcripſit, egregie manifeſtat, dum ait: *Euolue hunc hiſtoriae codicem, & ſperne, quaecunque antiquitas protulit: quid Graeca, quid Romana hiſtoria opus tibi, ſi exemplo domeſtico dignius informaris? Alexandros & Caeſares in Ludouico habes:* (vtinam conſideraſſet Gramondus, quales fuerint Alexander & Caeſar, forte non quaeſiuiſſet ſibi hac comparatione munuſculum aulicum. Primus erat vniuerſalis totius Aſiae latro, alter oppreſſor ſuae patriae, ambo homines temerarii & ambitioſi) *patrem ſequere, & eris Alexander, qua monſtrat viam, perge intrepidus, & eris Caeſar. Accipio omen, eris Caeſar. Haec de te, Rex, praeſagia ſunt, vt in Borbonios transferas aliquando, quem Auſtriaci duobus abhinc ſeculis ſucceſſiue poſſident, occiden-*

tidentalis imperii titulum. (m) Patinus refert de Gramondo *in Epistolis*, (n) illum, cum iam impressa esset eius historia, quindecim folia aliter inprimi curasse, vt eo fortius adularetur Richelio: praemiolum autem, quod inde sperauerat, subsecuta mox Cardinalis morte intercidisse. Pallauicinus sua *Tridentini Concilii historia* dignitatem Cardanalitiam meruit, vt & Baronius *Annalibus Ecclesiasticis.* Vnde coniici potest, quam sincere isti homines scribant. Quamuis dubitari forte queat, vtrum hac sua scriptione plus commodi, an incommodi religioni Pontificiae attulerit Pallauicinus? Absque iudicio enim scribit, ac principia & strategemata Cleri Pontificii non obuoluit, sed retegit, ita vt cuiuis, qui prima religionis Christianae elementa tenet, absurditas eorum facile appareat. Vnde & auctor Anonymus *de l'Euangile nouueau du Cardinal Pallauicin* nihil aliud agit, quam vt principia eius, religioni Christianae e dia-

(m) Iam non tantum sententias loquitur, sed & vaticinatus Gramondus. Nos vero gaudemus, falsum fuisse vatem.

(n) *Tom. I. p. m. 365. 366.*

Digitized by Google

e diametro aduersa, & felicitatem Ecclesiae externam & temporalem pro scopo habentia, ex eius opere excerpat, adeoque Pallauicinum ex Pallauicino refutet.

De odio historicorum.

XXII. Sicut adulatio historicos mouet, vt veritatem aut obscurent, aut reticeant, ita & odium. Illa efficit, vt virtutes apparentes extollant, vitia manifesta dissimulent; hoc, vt vitia & prauas actiones confingant, & quae quadantenus bona sunt, minuant aut supprimant. Impingunt ergo vtrimque contra duo requisita boni historici. Id tamen non negandum, plures reperiri inter ipsos, qui adulantur, quam qui odio ducti scribunt, & maiorem fidem mereri, qui vitia hominum, absque ira tamen & calumniandi studio, sincere aperiunt, quam qui vbique virtutes praedicant, quarum homines naturaliter considerati, ob summam, quae nobis inhaeret, corruptionem, ne capaces quidem sunt. Vnde non statim censeri debet ex odio scripsisse historicus, qui vitia imperantium candide manifestat, quod supra exemplo Taciti ostendimus. Multi in ea sunt opinione, Zosimum, tamquam Ethnicum, multa in odium Constan-

Digitized by Google

ſtantini M. ſcripſiſſe, cum tamen forte, ſi candorem ſpectes, Euſebio, cui nimiam in omnibus fidem habemus, praeferendus ſit. Hic enim, iudicante *Socrate hiſtor. lib. I. cap. 1. Arii facta leuiter perſtrinxit, & imperatoris virtutes praedicare, atque adeo orationem, qua illum egregie laudaret, maieſtate verborum exquiſite illuſtratam componere magis conſtituit, quam res geſtas accurate explicare.* Sed ita vtplurimum animati ſumus, vt vnius partis hiſtoricis omnia credamus, illis autem, qui alteri parti addicti ſunt, omnem fidem adimamus, quo ipſo veritas hiſtorica magis magisque amittitur. Neutri enim parti abſolute fides haberi, ſed per prudentem collationem veritas inueſtigari deberet. Ceterum id in aperto poſitum eſt, Clericos Pontificios, qui ſeculis obſcurioribus officium ſcribendae hiſtoriae inuaſerant, odio agitatos, multa veritati aduerſa, de Imperatoribus, qui ipſorum & Pontificis ductui obſequi nolebant, ſcripſiſſe, quod exemplis Henrici IV, Friderici Barbaroſſae, Friderici II, Ludouici Bauari &c. facile probari poſſet, ſi id nunc ageremus. Immo oſtenderunt Viri docti, Wenceslaum tale monſtrum, quale ab hiſto-

historicis venditatur, non fuisse, sed potius odium Clericorum, vnde multa mendacia enata fuerunt, ipsum incurrisse, quod Hussi partibus esset addictior. Ridiculum est, pro omine haberi ab historicis, quod baptisterium ventrem exonerando conspurcauerit. Ita etiam in sterceribus infantis crimina & mysteria ab hominibus nasutis quaeruntur. Reprehenditur Wenceslaus, Clero non fauens, quamuis non tam malus, vt vulgo narratur: laudantur alii, & magnorum ac piorum nomina ipsis imponuntur, quorum illud ambitionem, Clero tamen fauentem, hoc superstitionem pro fundamento agnoscit, quamuis forte peiores Wenceslao. De priuatis quoque horrenda interdum confinxisse Monachos, vel Lutheri & Erasmi exempla comprobant. Prodiit *Coloniae Agrippinae an. cIↃ IↃ XCII. in 8.* libellus opera *Fratr. Petri Cratepolii*, Minoritae Colonienſis, ordine Alphabetico conscriptus, de Germaniae Episcopis & orthodoxis aùctoribus, praeterea de Schismaticis & Pseudo-Doctoribus. In hoc p. m. 194. sequens de Lutheri exsequiis reperitur narratio: *Martinus Lutherus iuxta omnium Lutheranorum*

Digitized by Google

norum (quorum fuit Patriarcha,) sententiam pie mortuus est. Catholici autem non temerarii iudices, aliud multis adducti exemplis sentiunt. Ex iis vnum, quod veritatis non minimum habet pondus, adducam. Accidit siquidem in quodam nobili Brabantiae pago, Ghele nomine, prope Thenas. Ad hunc enim propter sanctae virginis & Martyris Dympnae reliquias (quae ibi religiosae conseruantur) obsessi a Daemonibus adduci ac aduehi solent, qui huius virginis meritis a Deo liberari hactenus soliti fuere. Contigit autem anno, quo mortuus est ille Lutherus, vt multi adessent energumeni, & subito omnes liberarentur. Mirari omnes, & ecce post horam rursus adsunt, repetentes sua vasa. Quaerit exorcista, vir non malus, vbi fuissent, & cur redijssent? respondérunt, se ex sui Principis mandato Lutheri, qui eadem obierat hora, exequijs interfuisse, eiusque animam conduxisse ad orcum, id est, diuitis epulonis contubernium, qui pridie genio gnauiter indulsisset, qui cum ipso diabolo modium salis consumserat, cum quo tam arctam contraxerat necessitudinem. Nolo nouissima mea huic fiant similia. Nescio, num homo mentis haud compos magis stulta euomere potuisset. Sed furiosis non multum absimiles sunt homines ita & odio agitati.

XXIII.

De metu historicorum.

XXIII. Restat metus, qui etiam interdum historicos a veritatis semita abducere solet. Et sane periculosum esse historici officium, nisi mentiri & adulari velit, ingenue fateor. Vnde prudentius facit, qui officium historici deprecatur. Voluit Rex Galliae, vt *Boileau* Satiricus notissimus officium scribendi historiam vitae suae susciperet, non alio consilio, quam vt lectores eo facilius omnia crederent, cum satis notum esset, quam acerbas veritates in Satiris dixisset Boileau, adeoque ingenium eius adulationi minime aptum videretur; hic vero declinauit hunc laborem, cum facile agnosceret, se non ad palatum Regis scripturum magnamque esse differentiam, satiras in priuatos, consentiente rege, componere, & vera de Rege ipso, qui non aliam legem, quam voluntatem suam agnoscit, narrare. Camdenum multa iubente Iacobo I. mutare debuisse, alibi retulimus. De *Gregorio Leti*, historiam Anglicanam scribente, haec refert Petr. Baelius *dans ses nouvelles de la Republiq. des lettres* Ann. 1684. p. m. 151. *Pendant qu'il travelloit a ces deux premiers Volumes, le Roy lui demanda un jour, si son histoire seroit bien-*

Digitized by Google

bien-tot acheveé? Il répondit, qu'il craignoit qu'elle ne le fût trop-tôt. Et pourquoi, repliqua le Roy? C'eſt, repartit Leti, que je crains la deſtineé des hiſtoriens, qui eſt d'étre, récompenſez par l'exil, ou par la priſon. *Vous étes trop ſage, reprit le Roy, pour Vous expoſer a cela.* Quand on ſeroit auſſi ſage que Salomon, *repondit l'Auteur*, on ne ſçauroit éviter ſa deſtineé. *He bien, aiouta le Roy, ſi vous croyez qu'il y ait quelque danger à écrire des hiſtoires, ecrivez des Proverbes comme Salomon.* Reſpondit praeſagiis euentus : nam excedere iuſſus eſt ob hanc hiſtoriam Anglia Gregorius Leti. Fateor me non legiſſe eius theatrum Britannicum. Sed miror eum adeo candide ſcripſiſſe, vt odium inde ſibi attraxerit. Id adhuc notari velim, metum interdum efficere, vt ſcriptores coaeui de quibusdam factis ſileant, vnde non ſemper ſatis firmiter a ſilentio hiſtoricorum ad falſitatem facti concludi, nec relatio de Ioanna Papiſſa hac ſola ratione euerti poteſt. Verum eſt verumque manebit, illud Taciti: *Rara temporum felicitas, vbi quae ſentias dicere* (quanto minus ſcribere) *licuat.*

Digitized by Google

Nullus historicorum ab omni vel errore, vel studio partium plane alienus est.

XXIV. Facile colligi potest ex dictis, non dari vel vnum historicum, ab omni errore & studio partium liberum. Quam pauci enim ea scribunt, quibus interfuerunt? Aut si interfuerunt, quibus omnes circumstantiae perspectae sunt? Aut si perspectae sunt, qui absque amore, absque odio, absque metu scribunt? Nullus hominum est omniscius, nullus ab affectibus plane immunis, vnde non volunt veritatem dicere, aut non possunt, aut neutrum. Homines etiam in rebus, ad se non pertinentibus, studio partium minime carent. Confirmant hoc Comoediae, vel fabulae, quas videmus et legimus, in quibus, etsi fictas sciamus, vni tamen personae plus fauemus quam alteri, prout nempe eius temperamentum cum nostro aut magis aut minus conuenit. Ita comparatum est quoque cum historicis. Non licet reperire aliquem omnino indifferentem, verum is ita vocatur, apud quem minimum partium studium deprehenditur, & qui pauciores causas habuit, vni parti magis fauendi, quam alteri. Recte inquit Vopiscus *in Aureliano cap. 2. neminem historicorum, quantum ad histo-*

riam

Digitized by Google

riam pertinet, non aliquid eſſe mentitum: prodidiſſe ſe quin etiam, in quo Liuius, in quo Saluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur.

XXV. Conſideremus nunc ſecundum fundamentum iudicii hiſtorici, quam fidem nempe monumenta, ex quibus hiſtoriae deſumuntur, facere apta ſint. Pertinent autem huc archiua, diplomata, acta publica, inſcriptiones, picturae, & numiſmata. Ad Archiua quod attinet, multi eruditorum in ea verſantur opinione, hiſtorias ex illis deſumtas plenam fidem mereri, alii autem hiſtorias ab illis, qui negotiis interfuerunt, ſcriptas praeferunt. Quid de his habendum ſit, ſupra expoſuimus, nunc de archiuis mentem noſtram dicemus. Illa ſemper fidem omni exceptione maiorem facere, nobis vero conſentaneum minime videtur. Maxima pars archiuorum conſtat ex relationibus legatorum. Qua fide illae interdum ſcribantur, is facile coniicere poteſt, qui illos commodum Principis ſui ſemper ante oculos habere, adeoque & relationes iuxta illud dirigere, conſiderat. Hinc

De fide, quam faciunt monumenta hiſtorica, & prima de archiuis.

multa aliter interdum referuntur, ac gesta sunt, multae circumstantiae forte non fauorabiles omittuntur. Patet hinc qui historias ex archiuis scribunt, vel inuitos & ignaros saepius ad studium partium abripi, nec illud satis euitare posse. Equidem quod ad pacta et instrumenta publica attinet, de fide eorum in genere, quod nempe hoc vel illo tempore condita sint, quod hac vel illa ratione inter partes conuenerit, rarius dubitari solet: ast antecedentia & consequentia, intentiones arcanae vtriusque partis, modi & artes, quibus ad scopum suum peruenerunt, a quibus genuina interpretatio pactorum pendet, rarissime sincere aperiuntur. Vnde tamdiu archiua fidem merentur apud Lectorem, aut arbitrum, si forte controuersiae inter Principes oriantur, quamdiu ex aliis circumstantiis non adest praegnans ratio dubitandi. Si contradicunt sibi archiua, quod saepius fieri solet, illud verosimilius est, quod cum connexione circumstantiarum optime conuenit. Hoc si iudicari nequeat, sed ab vtraque parte adsint rationes probabiles, iudicium suspendi debet. Praeser-

tim

Digitized by Google

tim controuerſiae Principum non ſemper ex archiuis dirimi poſſunt, cum quilibet ex ſuo aliquid proferre queat, quod pro ipſo facit. Multae ſunt circumſtantiae, de quibus in archiuis plane nihil reperire licet, quo praecipue pertinent arcana ad Principum perſonas ſpectantia. Solliciti ſolent eſſe hiſtorici circa indagandam cauſſam cœlibatus Eliſabethae Angliae Reginae. Languetus aliquo loco ſcribit: *ex relatione Medicorum ei conſtare, Henricum Angliae regem nato filio Eduardo pharmacis vitiaſſe membra filiarum apta conceptioni.* (o) Ratio non admodum improbabilis, praeſertim ſi conferatur cum eis, quae habet Camdenus p. m. 365. *Praeterea pericula ex conceptione & puerperio a Medicis & mulierculis ex abditis cauſſis obiecta, quae ſaepe animo obuerſabantur, admodum deterruerunt.* Accedit, quod refert *Jaques Melvil dans ſes memoires*, Mariam non aliam ſterilitatis

(o) Io. Petr. Ludouicus in *theſibus miſcellis e philoſ. theſ. VIII.* haec verba Languetti adfert. Locum vero, vbi habeantur, non indicat.

suae causam esse existimantem vindictaeque cupidine flagrantem, ossa defuncti parentis clanculum ad se deferri, atque comburi iussisse. Cuiusmodi insolens factum ab intempestiuo zelo Reginae Pontificiae religioni addictae, & se haeredibus carere, regnum vero ad Sororem religionis reformatae Elisabetham deuolui aegerrimae ferentis, aequidem non adeo alienum crediderim. Dubito tamen, num de his omnibus in archiuo Anglicano aliquid reperire liceat.

De diplomatibus.

XXVI. Magna auctoritas diplomatibus tribui solet, & merito quidem. Sed praeterquam quod saepe dubium est, num diploma aliquod, antiquioribus praesertim temporibus scriptum, authenticum sit, possunt etiam hic interuenire nonnullae circumstantiae, quae prudentem Lectorem impediunt, ne diplomatibus semper & vbique fidem habeat. Probant diplomata, quibus beneficia vel officia conferuntur, si genuina sint, Principem eiusmodi publicum instrumentum ciui vel integrae societati gratificatum esse, ex merito id factum, non semper liquido ostendunt. Quemadmodum v. g. si Stu-

Digitized by Google

Studioſus teſtimonium Academicum afferat, video equidem, illud a Rectore & reliquis membris profectum eſſe, niſi forte luculenta fraudis ſuſpicio adſit, ſed tamen ideo de Studioſi eruditione & probitate nondum plane conuictus eſſe poſſum, cum forte externa ſpecie Profeſſores deceperit, vel etiam conſuetudini ab illis indulgendum aliquid fuerit. Conſentiunt multi hiſtorici, Henricum VII. venenata hoſtia a Dominicano ſublatum eſſe, & latius id oſtendit peculiari tractatu Martinus Diefenbachius. Nihilominus Baluzius Tom. I. Miſcell. diploma producit, quo Iohannes Bohemiae Rex, Henrici filius, monachos innocentes declarat. Qui vero iſtorum hominum nequitiam perſpectam habet, facile videt, iſtud diploma a monachis fraudulenter, ſeu ſub & obreptitie emendicatum eſſe, nec contra manifeſta tot hiſtoricorum teſtimonia valere. Henricus VII. non erat ad palatum clericorum, proinde e medio tolli debebat.

De actis publicis, & iudicialibus.

XXVII. Acta publica & iudicialia quoque adhiberi ſolent, ad probandam factorum veritatem ſed & hoc funda-

mentum non semper satis firmum est. Quoties iudices parti alterutri fauent? Quoties ex ipso modo procedendi hoc elucet? Quoties fundamentum inquisitionis nititur accusatione hominis inimici, aut ipse Iudex secretum odium gerit contra reum? Quam multi iudicialiter pro haereticis declarati sunt, sed quis semper fidem actis habebit, praesertim, cum ex eorum inspectione interdum pateat, processum contra istos homines iniuste institutum fuisse? Olim in Papatu, quando rabiem aliquis in alterum exercere volebat, eum tanquam haereticum aut veneficum accusabat, & statim sine vlteriori mora flammis tradebatur. Nec iniustus procedendi modus contra magos statim post reformationem sublatus est. Quis autem omnes pro veneficis & sagis habebit, de quibus magna volumina actorum exstant? Inquisitio Hispanica nota est. Eius metu facile aliquis cogitur, vt se haereticum confiteatur, refertur hoc ad acta, num ideo verum est? Porro, qui inimicos potentes in aula habet, aut Principem nactus est, suspicionibus facile indulgentem, contra illum facile

caus-

Digitized by Google

cauſſa inuenitur. Formatur ita proceſſus, vt nolens volens ſe reum eſſe fateri debeat. Tacitus de Tiberio refert, eius tempore neminem ſe tam caute gerere potuiſſe, quin Caeſar ſuſpicionem facillime contra eum conceperit, quam multi vita luere debuiſſent. Quando Nero et Domitianus imperant, facile ratio inuenitur, vt ſollemniter declarentur rei Paetus Thraſea et Heluidius Priſcus, quamquam criminum expertes. Si recentiora tempora ſpectamus, Oldenbarneueldius per acta publica ad capitis ſupplicium condemnabatur, multis exiſtimantibus, ei non tam ſuam culpam, quam odium Mauritii, Principis Arauſionenſis, exitio fuiſſe. Plura hac de re dixi *in meditationibus de hiſtoria Sect. VI.* Thomas Morus tanquam rebellis ſecuri plectebatur, quia Henrici VIII. iniuſtum divortium approbare aut defendere nolebat, iisdem fere fatis cum Papiniano obnoxius. Actis publicis pro nocentiſſimis iſti homines declarati fuerunt. An itaque horum fides omni exceptione maior? Vides, differre fidem hiſtoricam et Juridicam; Aliter enim iudicant Philoſophi, aliter leges.

De inscriptionibus, picturis, et numismatibus.

XXVIII. Restant inscriptiones, picturae, et numismata. Si constat de authentia eiusmodi monumentorum, magnam lucem veritati historicae accendere possunt. Sed supposititiae sunt non raro inscriptiones, et adeo obscurae, vt Critici haud perfunctorie de earum interpretatione certent, neque tamen sensum genuinum indagare queant. Multae quoque fraudes circa antiquitates committuntur. Lepida est historia, quam habet Vossius *de historicis latinis* de Annio inscriptione supposititia Viterbienses fallente. Plerique enim nescio qua falsa persuasione circa res eiusmodi vetustas agitantur. Patauini se ciuis sui Titi Liuii sepulcrum inuenisse non parum gaudebant. Falsum tamen fuisse gaudium deinde patuit. Vid. Morhof. *de patauin. Liuian. cap. 3.* Picturae saepe fallunt, iuxta notum versiculum: *Pictoribus atque Poëtis.* Exstat, ni fallor, apud Hamelenses vetusta pictura de egressu liberorum Hamelensium. (p)

Do-

(p) Audiui vel legi aliquando forsitan hominem quempiam, militum conductorem, originem dedisse fabulae, & persua-

Doctiores tamen historici hanc rem merito in dubium vocant. Venetiis visitur imago Alexandri III. pedibus calcantis Fridericum Barbarossam. Sed haec non sufficit ad veritatem facti probandam, deficientibus aliis testimoniis. Circa numismata pariter multa monenda essent. Noti sunt Hussitici. Nos veritatem vaticinii: *centis revolutis annis &c.* ex his numis euincere conamur. Qui negant, dicere possunt, numerum annorum notare annum supplicii, quo periit Hussus, non illum, quo numus effictus est. Sed iam supra hac de re actum fuit.

XXIX. Iam ad tertium fundamentum iudicii historici progredimur, vbi dispiciendum erit, ex quibus principiis actiones ab historicis in litteras relatae, vbi illi dissentiunt, diiudicandae sint. Praecipue notandum, plures dari classes verisimilium, et vero dissimilium. Non nulla ad certas veritates proxime accedunt, et admittunt demonstrationes hypotheticas; non nulla raro quidem fal-

Ex quibus principiis dissentientes historici diiudicandi sint?

fiasse incolarum filiis, vt castra sequerentur. Sed haec coniectura vlteriori meditatione & probatione opus habet.

Digitized by Google

fallunt, patiuntur tamen suas hinc inde exceptiones; non nulla ita comparata sunt, vt adsint vtrimque rationes probabiles, et aegre diiudicari queat, a qua parte pronunciandum sit, vnde et in talibus iudicium saepe cohibendum est. Ad diiudicationem harum classium incorruptum et exactum requiritur iudicium, in primis vero emendata et a studio partium libera voluntas. Qui his requisitis instructus est, non opus habet multis praeceptis: qui vero illis caret, ei praecepta parum proderunt. Facta generalia maxima ex parte ad primam classem referri possunt, circumstantiae et caussae actionum plerumque ad secundam, non raro quoque ad tertiam classem pertinent. Occurrunt enim casus in historia, vbi vix patet, cui parti accedendum sit, et vbi in neutram partem aliquid definiri potest. Vnde frustra laborant, qui in talibus certi quidpiam quaerunt, aut cum aliis de rebus et factis in vtramque partem aeque probabilibus acerrime digladiantur. Plura dabit commentatio de pyrrhonismo historico.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM.

A.

ACta iudicialia 237. 327
Adulatio hiſtoricorum 198. ſq. 309. ſq.
Agrippa, *Cornel.* de magia ſuſpectus 160
Albertus Magnus, pro mago habitus, 160
Alemannus, *Nicol.* edidit Procopii anecdota, 102. ſq.
Alexander VI, Pontif. ſceleſtiſſimus, 109
Anecdota, quid? 102
Procopii 102. ſq. 292
Theopompi ib.
Antonii Varillaſii 105
Ioan. Burchardi 109
Annius Viterbienſis 149. 330
Archiua 227. 323
Arnoldus, *Godofred.* eiusdem hiſtoria religionis et haereſium 91
naeui eiusdem 93
Pfaffii de eo iudicium 93
Aſcenas, Iapheti filius 152
Aſſyriorum regum ſeries incerta et falſa, 144
Aurea bulla lat. ſermone conſcripta, 243

Auto-

Digitized by Google

Autores classici non semper bona fide res gestas narrant 309
Auentinus, *Ioan.* multa fabulosa narrat 303
Aymari, *Iacobi*, rustici Delphinatis virgula diuina 178

B.

Baelius excusat Atheos 16
a scepticissimo non prorsus immunis 32
Baronius Annalibus eccl. egregium praemium meruit 315
Beckerus, *Balth.* omnes diaboli operationes reiicit 18
Bethunius, *Maxim.* eius commentarii, 230
Boileau vitam regis Gall. scribere recusat, 320
Bolenia, *Anna*, ab Henric. VIII, in torum adscita 45
magis ambitiosa quam casta, 48
capitis luit supplicium, 62
eius parens non fuit Henric. VIII. 269
Bothwellus cum Maria Scotica matrimonium contrahit, 57
Bruta, a Cartesio in machinas mutantur 18
num ratione melius vtantur homine? 19
suum cogitent? ib.

Digitized by Google

Buchananus, de eo iudicium 56
interdum Mariae Scot. assentatus, 104
Burchardus *Ioann.* 109
eius anecdota, de Alex. VI. Pont. ib.

C.

Camdenus, partem scriptorum suorum viuus edere non vult, 224
Carionis Chronicon 302
Carolus V, cur imperio se abdicauerit? 37
a Mauritio coactus vt Oeniponte aufugeret, 130
exitus eius ex hac vita 264
Carteſius, *Renatus*, bruta in machinas mutat 18
monumentum ei erectum 245
Casaubonus, *Isaac*, calumniis vexatus, 218
melior Criticus, quam Theologus, ib.
epicedium in eius obitum, 219
Caesaris, *Iul.* de rebus gestis commentarii, 259
Ceruantes, *Mich.* putatur autor fabulae Don Quixote 144
Christina, regina Sueciae cur imperio se abdicauerit? 41
cur castra secuta Pontificiorum? 42
parca cultrix numinis ib.

Digitized by Google

Chriſtina, Reg. Suec. in literatos et ſtudia propenſior, 44
Cicero, leges dedit ab hiſtorico obſeruandas, 72. 291
ipſe contra leges ſuas impegit 252
Clerici Pontificii multa odio agitati de Impp. aduerſa ſcripſerunt 317
Cominaeus, adulatur Ludou. XI. 308
Coſterus, *Laurent.* Typographus Harlem. 158
Credulitas, magnus hiſtoricorum naeuus, 174
Cteſias 146
ſententiam eius examinat Chr. Cellarius, 149
Cuperus, *Lucas*, mythologiam cum hiſt. ſac. copulat 154
Curtius fuit adulator Alexandri M. 205. 310

D.

Diuortium inter Henricum VIII. et Catharinam. Arragoniam, 45
Diploma 241. ſq. 326
donationis Caroli M. 241
fundationis coenobii D. Petri Erfordiae 242
lingua german. concipiendum, ib.
Dubitatio prudens laudatur, 5
quid ſit? 6
dubi-

Digitized by Google

Dubium dogmaticum et ſcepticum differunt 6

E.

Eichelius, *Ioan.*, edidit Procopii anecdota, 103
Eliſabetha, Angl. reg. cur nunquam coniugium inierit? 62. 63. 325
ex formae praeſtantia, arte ſaltandi, muſices peritia &c. laudem captauit, 123
Ephectica diſciplina, 8
Epicurus, melior Philoſophus, quam Cicero, 83
Epiſtolae virorum doctorum hiſtoriam illuſtrant, 295
Ἐποχή, quid ſit? 7
Eſprits forts 4

F.

Fauſtus, *Ioann.*, Moguntinus, typographiae inuentor 158. ſq.
pro impoſtore habitus, 160
Pariſiis clanculum aufugere coactus, ib.
Fauſtus, *Ioann.*, praeſtigiator 158
vidit eum Philippus Melanchth. 162
ſcripta eius 170. 171
Fides hiſtorica, 24. ſq. 285. ſq.

Digitized by Google

Fides Philosophica, nunc demonstrari queat? 287
Fidere et credere differunt, 286
Fretum Herculeum 157
Friderici Sap. Somnium de Luthero 194

G.

Gramondus, *Gabr. Barthol.* stilum Taciti imitatus est, 75
in dedicatione historiae suae adulatorem se praebuit 314
Granderius, *Vrbanus*, 239. 249
Grotius, *Hugo*, stilum Taciti imitatus 75
calumniis vexatus 219. 228
Gustauus Adolphus, rex Suec. cuius manu prope Lützenam occub. incertum, 63
Guttenbergerus, *Ioann.*, typographus, 159
Guevara, *Anton. de*, multa conficta et fabulosa tradit, 31

H.

Hamelensium liberorum exitus 330
Harduinus, *Ioann.*, plerosque auctores habet pro suppositiis, 33
Hassensteinius, *Bohuslaus*, alias Hasisteynius a Lobkowitz 114

Hassen-

Haſſenſteinius, *Bohuslaus*, elogia eius 113
epicedium 115
Platonem 2000 ducatis emit, 113
Poemata eius in Acad. Lipſ. publice praeleguntur, 113
carmen eius ad imperat. et reges Chriſtianos de bello Turcis inferendo, 115
adhortatio eius ad Iul. II. Pontif. ib.
Hatto a muribus corroſus 208
Heaniges, *Henricus*, 230
Henricus M. rex Gall. nonnunquam paruus, 68. 69
Henricus VII. venenata hoſtia ſublatus 327
vaticinium in necem eius 191
Henricus VIII, cur repudiauerit Catharin. Arragon. 45
non fuit parens Annae Boleniae, 269
Hercules, 156
Hiſtoria, num in ea detur aliquid certi? 24. ſq.
dantur in ea demonſtrationes hypotheticae, non abſolutae 28
inſignem vſum praeſtat ad Ethicam et Politicam, 277
ducit ad agnitionem prouidentiae diuinae 279
vſum praeſtat ICto, 281
diſtinguitur in publ. et arcanam, 100. ſq.

Hiſtoria, publica vno pede claudicat 123
arcana ſaepe figmenta et ſatiras obtrudit, 123
eccleſiaſtica, quem vſum praeſtet? 282
cur non ita exculta fuerit atque ciuilis? 283
philoſophica, quem vſum habeat? 282
imperata, i. e. publica, 100
arcana maiorem fidem meretur, quam publica, 297
Hiſtoricus extra partium ſtudium poſitus eſſe debet 26
nil falſi dicat, nil veri omittat, 72
ſit rerum gnarus, prudens, cordatus. 72
monumenta, ex quibus profecit, indicare tenetur 94
nullus ab omni errore et partium ſtudio immunis, 322
Hiſtorici, veteres nec contemnendi nec ſuperſtitioſe aeſtimandi, 199. ſq. 309. ſq.
metu offenſionis potentiorum abſterrentur a veritate ſcribenda, 222. ſq.
ſaepe propter lucrum adulantur, 312
cur antiquas res, quorum nulla ad nos notia peruenit, conſcripſerint? 303
leges Ciceronis ſaepe negligunt, 98 129

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtorici, diſſentientes ex quibus principiis diiudicandi? 331
Huſſus, *Ioan.*, eiusd. vaticinium de Luthero, 188. ſq.

I.

Ignorantia hiſtoricorum, 301
excuſabilis, 305
Impedimenta veritatis hiſtoricae, 136
Inſcriptiones, quem vſum habeant in hiſt. 244
Ioannes Auſtriacus, 234
Ioanna Papiſſa, num exſtiterit, dubitatur 49. ſq.
Iouius, *Paul.*, eius duplex calamus, 312

L.

Lambecius, *Petrus*, adſentitur Comitibus Habſpurgicis, 203
Leuckfeld, *Io. Georg.* 130
Liber de tribus impoſtoribus 256. ſq.
Liuii, *Titi*, ſepulcrum, 330
Lotichius, *Petr.*, num praedixerit expugnationem Magdeb. 197. ſq.
Lucretia 140
Lünig, *Io. Chriſtian.* 130
Lutherus, mendacia Pontif. de eo, 52. 211. 318
de eo vaticinatus eſt Io. Huſſ. 188. 191

Digitized by Google

Lutherus, Libri ab ipso conscripti quales sint? 214

M.

Magia, qui de ea suspecti? 160
Magi, contra eos procedendi modus, 238
Maimburgius, fuit impostor, 108
refutatus a Baelio 265
Manifesta, 235. sq.
Maria Scotica, 54. sq.
Marteau, *Petrus*, typographus personatus, 123
Mause-Thurm 209
Mazarinus, Cardinalis, 206
Mendacia Pontif. de Luthero, 52
Monarchia Assyriorum, 144
Monumenta, fides eorum non semper omni exceptione maior 215. 231
non raro sibi inuicem contrar. 232
Morerius, *Ludou.* 212
Lexicon eius 213
conuitia eius in Lutherum, 213
Morinus, Iesuita, expugnationem Rupellae post tres quoque annos habuit pro confecta, 32
Morus, *Thom.*, cur securi plexus? 329
Motus Bohemici, eorum causa, 65
Muretus, *Marc. Anton.*, inuehitur in Sueton. 125

Mure-

Digitized by Google

Muretus, *Marc. Anton.*, suspicio contra eum de venere illicita 125
Mythologia 153. sq.

N.

Nigidii de Octau. Aug. praesagium, 178. sq.
Nimrodus 144
Nostradamus, *Mich.* 180. sq.
eiusd. vaticinia, ib.
Nostradamus, *fil.* 187
Notae in proprios libellos 98
Numismata 244. 331
quomodo fallant in temporum rationibus 249
Numus Hussiticus, 189

O.

Obtrectatio, ab hac abstineat historicus, 205
Odium historicorum, 316
Oldenbarneueldius, cur ad capitis supplicium condemnatus sit? 329
Ouidii metamorphoses, 153

P.

Pactum cum diabolo, num iniri possit? 173. sq.

Digitized by Google

Panegyrici, quid sint? 204
Plinii et Eusebii ibid.
Pallavicinus, *Ferrandus*, satiricus, 222
gladio percussus, 223
Patinus, *Guido*, invehitur in Richelium et Mazarinum, 206
Peyrerius, *Isaac*, initio pro lusu ingenii, postmodum serio, statuit Praeadamitas, 20
Pfannerus, *Tobias*, 229
Philippus II. rex Hisp. cur filium neci tradiderit? 63
Philosophia dogmatica, academica et sceptica, quomodo differant? 3. 4.
Picturae, num fidem faciant in historia? 330
Polybius laudat rempubl. Romanorum, 202
Potestas imperantium absoluta, num perniciosa? 128
Prideaux, *Humphridus*, conciliauit hist. sacram et profanam, 147
Priolus, *Beniam.*, Corn. Taciti imitator ineptus, 76
Procopius, eius anecdota, 102
num fuerit assentator? 103
Programma antiquum, quo lectiones in Acad. Lips. indicantur, 113
Prudentius de Sandoual, soloecismos commisit, 83
Puella Aurelianensis 267

Digitized by Google

Pyrrho, num insipiens fuerit? 11
num sceleratus? 14
Pyrrhonismus historicus, a labe sua purgari
potest, 2
quid sit? 7
temperatus insignem vsum habet, 7. 10
adhiberi potest in historia profana, non
sacra oraculorum diuinorum, 8
vires sumit non tam ex factis generali-
oribus, quam potius ex circum-
stantiis 61

Q.

Quixote 144
Quixotismus ib.

R.

Raptus Virginum Sabinarum, 140
Ravaillacus interimit Henricum IV. 194
Razebergius, *Matthaeus*, 117
eius historiam arcanam edidit. God.
Arnold. 118
a Ioh. Fried. El. ad Lutherum missus.
118
facta quaedam Mauritii reprehendit,
119

Digitized by Google

Reformatio Lutheri, ex ea agnoscitur prouidentia Diuina 279
Regula pyrrhoniſmi historici prima, 250
secunda, 262
tertia, 266
quarta, 268
quinta 270
Rethmeier, *Phil. Iul.* 130
Richelius, Cardinalis 206
Rizius, *Dauid*, familiariter viuit cum Maria Scotica, 56. ſq.
Roma, eius origo, 140. 304
Rorarius, *Hieron.* probat bruta ratione melius vti homine 19
Rudbeckius, *Olaus*, omnes antiquorum fabulas ad Sueciam applicat, 304

S

Saga, contra eam proceſſus, 238
Sanpius, *Paul.*, a ſicariis vulneratus, 222
contra eum Pallauicinus producit monumenta ex Archiuo Vaticano 232
nonnulla ignorauit ad hiſt. Conc. Trid. contexendam neceſſaria, 306
Scepticus 4
Sceptici quondam dicti quaeſitores, 6
non tollunt apparentia, ſed ambigunt de eo, quod dicitur de re apparente, 13

Digitized by Google

Sceptici, ἀταραξίας perquam ſtudioſi 15
legibus vtebantur ib.
cur perpetuo dubitauerint? 17
num conuinci poſſint? 21
verberibus non verbis redarguendi, 23
Senſus non fallunt 21. 32
Sleidanus, *Iob.* 85
de eo Caroli V. iudicium ib.
Chriſtoph. Carolovitii iudicium, 87. 88.
Henrici Brunſuic. iudicium, 234
Iulii Pflugii, Epiſc. Numb. iudicium, 87
defenditur a Vit. Lud. Seckendorfio, 88
editiones operum eius 89
Societas Fratrum roſaceae crucis 255 ſq.
Somnium Friderici Sap. de Luthero 194
a Seckendorfio omittitur, 196
a Schlegelio pro vero habetur, ib.
in tomis Lutheri non extat, ib.
a Cl. Heumanno pro fabula habetur, ib.
Spee, *Friedr.*, eius cautio criminalis 238
Spinoza tranquille vixit, 17
Suetonius Tranquillus, ſcriptor hiſt. arcanae, 124
in eum Muretus inuehitur, 125
Schwarz-Künſtler, hoc vocabulum vnde ortum, 161

Digitized by Google

T.

Tacitus, *Cornel.*, bonus historicus, 74. 298
stilus eius non facile imitandus 74
suspicionibus nimium indulget, 75
de Iudaeis et Christianis erronea habet, 78
de moribus Germ. bona fide scribit 79
magnus fuit Politicus 76
Templarii 208
Theologia Gentilium triplex 155
Theophrastus Paracelsus, de magia suspectus, 160
Thomasius, *Christ.*, promisit editionem historiae arcanae Procopii 150
Thuanus, *Iac. Aug.*, magnus Historicus, 79, sq.
de eo iudicium Lipsii 80
iudicium Isaaci Casauboni 80
iudicium Baelii 82
politico-catholicus a nonnullis appellatus, 82
a quibusdam vt Atheus traductus, ib.
in leuioribus quibusdam lapsus est, ib. 255
apologiam ipse suam dedit, 81
num verba nonnulla eiusd. filio Fr. Aug. Thuano fatalia fuerint? 83. sq.
partem scriptorum suorum viuus edere non voluit, 224

Digitized by Google

Trithemius, *Ioan.*, de magia ſuſpectus, 160
Tuiſco, rex antiquus Germanorum 137
Typographia, a quonam inuenta? 158

V.

Valla, *Laurent.*, donationem Caroli M. in dubium vocat, 241
virgis caeditur ib.
Varillaſius, *Anton.*, eius anecdota, 105, ſq.
erat amanuenſis Pet. Puteani, 107
non ſatis ſemper iudicii adhibuit in ſcriptis ſuis ib.
errores eius Geographici ib.
pro hiſtorico ſuſpecto habitus, 108
de eo Weiſmanni iudicium, 109
Vaſſorius, *Mich.*, eius hiſtoria Ludou. XIII. 127
Vayerius, *Franc. Mothaeus*, expurgauit pyrrhoniſmum, 11
Verulamius, egregius hiſtoricus, 76
Volſaeius, Cardinal. autor diuortii Henr. VIII. inter et Cathar. Arragon. 45. ſq.
fuit lanionis filius 46
Voluptatis vocabulum varie accipitur, 12. 13

W.

Wallenſteinius, vltima eius conſilia, 59. ſq.
fuit ciuis Acad. Altdorfinae, ib.

Weiſ-

Digitized by Google

Weiſmannus, num Godofredi Arnoldi imitator? 93
Wenceslaus Imp., cur tam male audiat? 210. 317

Z.

Zoſimus, num in odium Conſtantini M. multa ſcripſerit? 316

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SELECTA FEUDALIA THOMASIANA,

ILLUSTRISSIMO VIRO

HENRICO RÜTGERO AB ILGEN

DICATA.

EDITIO ALTERA,

CUI ACCESSIT AUTORIS DISSERTATIO DE ORIGINIBUS FEUDALIBUS.

HALÆ MAGDEB.

IMPENSIS JOH. ERNESTI FRITSCHII,

MDCC XXVIII.

Digitized by Google



Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO

HEINRICO RÜTGERO AB ILGEN,

REGI A SANCTIORIBUS STATUS TOGATI ET SAGATI CONSILIIS,

PRÆSIDI MINDENSI,

ÆRARII FUNCT. PUBL. DIRECTORI GENERALI,

CAUSARUM PROVINCIAL. MARCHIÆ ELECTORAL. DIRECTORI,

ET

REGIO ORDINI AQVILÆ NIGRÆ A SECRETIS &c.

Digitized by Google

MUlta ſunt eaque inſignia teſtimonia, quibus erga me immerentem hactenus ſæpiſſime ſingularem Gratiam ac favorem Tuum declaraſti, quæ, cum & Tua & mea conditio

mihi

Digitized by Google

mihi non permittant, ut ſperem, reali gratitudinis declaratione compenſari a me poſſe, patieris VIR ILLUSTRISSIME, *ut prima, quæ ſe jam offert, occaſione arrepta, ſaltem verbis publice deprædicem atque inter Clientes Tuos me numerem. Excurrerem in laudes Tuas, niſi conſilia & facta, quibus Regi, non quotidie, ſed omnibus pene tempo-*

Digitized by Google

ris momentis vigilias Tuas & fidelitatem probas, laudes hominis Scholastici transgrederentur; nisi verecundiam frontis Tuæ vererer, quæ laudum impatiens esse solet; imo nisi a prima juventute mihi persuaserim, (jurene ac injuria, alii judicent) indicium abjectæ mentis esse, viros, etiam laudibus dignos in faciem laudare. Con-

tentus

Digitized by Google

tentus igitur eris, quod Virtutes Tuas, cum id non audias, quacunque, data occasione, (at vero hæc datur sæpissime) sincere deprædicem, jam vero, dum Te publice alloquor, easdem submisso saltem admirer silentio. Eadem tacita veneratione offero hoc quicquid est libelli, atque ut id serena fronte accipere non dedigneris supplex oro.

Digitized by Google

Deus Te ſervet, VIR ILLUSTRISSIME. *Servet Regi, Regno, bonis omnibus. Dabam in Alma Friderriciana d. 1. Maji 1708.*

ILLUSTRISSIMI
NOMINIS TUI

perpetuus cultor

CHRISTIAN. THOMASIUS.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Um ante triginta circiter annos jura feudalia in Academia Lipſienſi inciperem ſtudioſæ juventuti exponere, mirabar, Doctores tot dubia movere in definiendis controverſiis feudalibus, cum potius res facillima mihi videretur, Syſtema juris Feu-

Digitized by Google

dalis bene cohærens, ſaltem obſervatis paucis hypotheſibus, condere. Sed quo ſæpius poſtea doctrinam juris feudalis, curis ſecundis, tertiis, & ultra, repetii, toties novas difficultates deprehendi, toties palpabiliter quaſi ſenſi, æque ſi non gravius, Jurisprudentiam Feudalem Germanicam ægrotare, & Medico opus habere, ac jurisprudentiam privatam. Morbi cauſas exponere hujus loci non eſt. Graviſſima tamen inter plures illa eſt, neglectum videlicet ſtudium antiqui-

Digitized by Google

tiquitatum Germanicarum, & nimius amor juris Longobardici ejusque Gloſſatorum. Unde nonniſi infantiam ſuam in jure feudali pariter illi produnt, qui ſtudium feudale rem levidenſem eſſe, & quod absque ulla difficultate ex Jure Longobardico addiſci poſſit arbitrantur, ac iſti, qui ubique arcana feudalia jactant & parturiunt, at nonniſi vulgaria, & quæ in omnibus libellis feudalibus ad nauſeam leguntur, pariunt. Potius opera danda, ut ex Antiquitatibus Feudalibus Fran-

Digitized by Google

Franciæ & Germaniæ documenta vel hactenus incognita, vel neglectu JCtorum obscurata in lucem protrahantur, quæ ad illustrandum Jus Feudale Germanicum, quatenus a Jure Longobardico recedit, conducere possunt. Qua in re post laudabilem diligentiam Schilteri & ego tentare aliquid volui, specimen selectorum feudalium hic exhibens. Sisto igitur hac vice

I. Selecta Capita Historiæ juris Feudalis Germanici. p. 1.

II. Au-

Digitized by Google

II. Autorem Veterem de Beneficiis diu hactenus desideratum a JCtis. p. 71.
III. Dissertationem de libri Veteris de beneficiis Autore, Fato, Vetustate ac Raritate, aliisque ad hanc ejus editionem pertinentibus. p. 123.
IV. Dissertationem de usu hujus libri veteris de beneficiis. p. 193.

Proposueram equidem, adjungere Constitutionem illam a Frehero editam, de expeditione Romana, (quam Caro-

Digitized by Google

Carolo Craſſo adſcripſit Freherus) cum novis ſcholiis,& diſſertatione de Vero Autore ejus Conſtitutionis, aliaque capita ad illuſtrationem eorum, quæ in hoc ſpecimine dicta ſunt, facientia. Sed cum aliis negotiis impeditus fuerim, ut propoſitum illud effectui dare jam non potuerim, iſta cum aliis ad Feuda Germanica pertinentibus novo ſpecimini reſervo. Tu interim Benevole Lector, opella hac noſtra utere ac fave.

C. THO-

Digitized by Google

C. THOMASII

SELECTA CAPITA

HISTORIÆ

JURIS FEUDALIS GERMANICI.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUMMARIA.

Desiderata in vulgaribus historiis juris feudalis. I.

Eadem origo feudorum & juris feudalis. II.

Feuda Francis ortum debent. III.

Alodia antiquiora feudis. IV.

Alodium olim denotavit quamcunque proprietatem, V. sæpe prædia, tanquam bona potissima, VI. & ex prædiis potissimum rustica, VII. etiam acquisita, IIX. hereditatem vero paternam cum adjecto, alode parentum. *IX. Excepto unico Marculfi loco, X. forte ex errore describentis XI. forte quod ibi vox alodis sumatur ut proprietas apud Germanos peculiari sensu. XII. Scilicet in specie pro bonis jure hereditario acquisitis. XIII. Unde oritur duplex significatio alodii, propria & impropria. XIV. Et nequaquam inferendum, Alodium olim proprie significasse hereditatem paternam. XV.*

Communis error, Alodium proprie denotare bona paterna vel aviatica. XVI. Demonstratio historica de hujus erroris origine. ibid. in not.

Transitus ad locum difficillimum de terra aviatica. XVII. Leges antiquæ duæ Francorum Salica & Ripuaria de successionibus ab intestato. ibid. in not. *Intelligendus de iis Eginhardus.* ibid.

Digitized by Google

Conjectura: in Lege Ripuaria pro hereditate aviatica *legendum esse* Aduatica, *XIIX. quia Aduatica fuit Ripuariorum metropolis. XIX.*

Porro falsum esse, quod terra aviatica sit synonymum allodii. XX. Expositio duplex legis Ripuariæ secundum istam lectionem. in not. ib. *Ex quibus Tilius corrigitur.* ib.

Usus hactenus dictorum ad ostendendam differentiam antiquam alodiorum & feudorum, XXI. diversam ab hodierna. XXII. Feuda ab origine fuere pro dantis arbitrio ademta. ibid. in not. *Alodia post masculos demum transmittebantur ad fœminas.* ibid. (*Notabilia plura mutati postea juris succedendi ex lege Angliorum & Werinorum.* ibid.) *scilicet jure gentium* ibid. *& naturali per jus Justinianeum & pontificium infeliciter correctis* ibid.

Alodia erant a domino alieno libera, feuda ei subjecta. XXIII. Unde Alodiorum conditio melior ac feudorum. XXIV. Et Alodia propria bona, feuda fiscalia dicebantur XXV.

Ostenditur fons dissensionum circa antiquas differentias feudi & alodii. XXVI. v. g. dum alodialia dividuntur in alodialia & feudalia, XXVII. item quod olim bona Salica Stam̃-Güter *fuerint diversa ab alodiis privatorum, XXVIII. & quod priora saltem spectaverint ad proceres. XXIX. Item quod feudorum melior fuerit conditio*

quam

Digitized by Google

quam alodiorum, XXX. quod neque priori aſſerto eſt conveniens. XXXI. Item multiplex variatio de terra Salica. XXXII. Et diſtinctio fiſcaliorum a Salicis ſecundum Vadianum. XXXIII. (XXXIV.

Feuda paulo poſt electos Reges Franciæ orta.

Longobardi feuda ignoraverunt, dum ſub ſuis fuere regibus. XXXV.

Feuda olim vocata bona de munere regio, poſtea beneficia. XXXVI. Quæ vox tamen tum denotabat etiam bona eccleſiaſtica. XXXVII. Dubium, an feudi vox ante ſeculum XI. fuerit in uſu. XXXIIX.

Et juris feudalis origo Francis debetur, non Longobardis. XXXIX. Antiquus codex Freherianus de beneficiis. XL. Cujus præcipua capita petenda ex ſpeculis, Saxonico & Suevico. XLI. Falſum tamen, quod Goldaſtus eum ediderit, XLII. etſi multa ex eo repetat jus Saxonicum Goldaſti. XLIII. Falſum etiam quod is codex ſit idem cum jure feudali Alemannico Schilteri. XLIV.

An compilatio juris Suevici ſit antiquior Saxonicæ compilationi. XLV. Sententia affirmans autorem habet Lambecium. XLVI. Rationes Lambecii. XLVII. Qui multa falſa aut dubia ſupponit pro veris. XLVIII. In ſpecimine Lambecii de lite inter Bohemum & Bavarum ſuper electoratu multa notantur. XLIX. Schilteri rationes pro ſententia Lambecii L. quibus reſpondetur, LI. ut & autoritatibus ab eo adductis. LII. Argumen-

tum ex ipso Schiltero contra assertionem illam. LIII. Collatio juris Alemannici & Saxonici potius probat contrarium. LIV. Ut & conclusiones Schilterianæ ex hac hypothesi deductæ. LV.

Distinctiones circa historiam juris feudalis germanici præmittendæ. LVI. Antiquissima collectio ejus est illa codicis Freheriani. LVII. Unde ratio dari potest, cur Repkovius speculum Saxonicum in lingua latina tentaverit conficere. LVIII. Quis sit autor juris feudalis Saxonici LIX. quod verosimiliter est versio codicis Freheriani. LX. Unde provenerit jus feudale Saxonicum Goldasti. LXI. Collector J. F. Alemannici sua desumsit ex speculo Saxonico LXII. atque unus est collector juris provincialis & feudalis Alemannici. LXIII.

Differentia juris feudalis Longobardici a germanico unde? LXIV. Longobardicum demum sub Friderico II. collectum. LXV. Cur de historia juris Longobardici non agatur fusius. LXVI. JCtorum vana expectatio juris feud. Mericutii. LXVII.

Collectio juris Longobardici posterior codice Freheriano & adeo Germanis inutilis, LXIIX. cum academiis tamen in Germaniam pervenit. LXIX. Monita de exiguo usu juris feudalis Longobardici in foris Germaniæ. LXX. Commendandus conatus Schilteri. LXXI. jus feudale Longobardicum intuitu Germaniæ est saltem jus subsidiarium. LXXII.

SELE-

SELECTA CAPITA HISTORIÆ JURIS FEUDALIS GERMANICI.

I.

QVi Juris feudalis hiſtoriam ſcripſerunt, illi vel ſolius Juris Longobardici hiſtoriam tradiderunt, vel de Jure patrio feudali parum ſolliciti fuere, vel ejus ſaltem ſuperficiariam fecere mentionem *a*), pauci falſas quasdam circa Jus germanicum hypotheſes ſecuti, multa capita hiſtoriæ Juris germanici turbarunt, ex nimia diligentia eam exacte tradendi. *b*). Unde nobis eo diſtinctiora ac certiora fundamenta erunt ponenda, & dum hoc facimus, ſimul occaſio ſe exhibebit non paucos ad hiſtoriam Juris germanici pertinentes articulos ex Conringio de origine juris germanici alibi *c*) ſummatim excerptos vel vindicandi vel emendandi. **Deſiderata in vulgaribus hiſtoriis juris feudalis.**

a) Ut Struvius, Hoppius, alii plures, etiam qui id præ reliquis præſtare poterant.

b) Schilter *in Inſtit. Jur. Feud. præfat. ad Jus feud. Alem. & ad Jus feud. Mincuccii, ac paſſim in Comment. ad Jus feud. Alemann.*

c) In Hiſtoria Juris Romani & Germanici conjunctim cum Hottomanni Anti Triboniano edita.

II. Eadem haud dubie feudorum origo & juris feudalis. Jus rerum uti nec ſine rebus, ita nec ante res exiſtit. Ergo nec Jus feudale extitit ante feuda. Feudis ve- **Eadem origo feudorum & juris feudalis.**

ro ortis ſimul jura feudalia orta eſſe neceſſe eſt, etſi non neceſſe ſit, ſtatim jura feudalia fuiſſe ſcripta. *d*)

d) Conferatur Alteſerra *de origin. & ſtatu feud. pro moribus Galliæ c. 1. p. 5.* Diſſentiunt tamen alii JCti celeberrimi, feuda a Francis, Jus feudale a Longobardis deducentes.

Feuda Francis debent ortum.

III. Feuda Francis ortum debent. Neque enim de alio populo quicquam legitur, quod feuda, id eſt, prædia a regibus ſub lege fidelitatis conceſſa habuerint, antequam Francorum fiat mentio, at ſub Francis regibus mox feuda conſtituta. *e*)

e) Alteſerr. *d. cap. I. p. 4.* Ubi & illos refutat, qui a Romanis idque variis modis, vel a Solduriis Gallorum, vel a Longobardis, vel aliunde derivant. Adde Struv. *cap. 1. aph. 3. n. 8. ſeqq.* Igitur nec in genere a Germanis, Ill. Dn. Coccejus *Hypomn. Jur. Feud. tit. 1. §. 5.* nec a Gothis aut Saxonibus, Hachenberg *Germ. med. diſſert. 9. §. 2.* quamvis adhuc Dn. Schilt. *ad Rubr. jur. Alem. p. 8.* approbet Thomæ Cragii ſententiam, feudorum originem a populis ſeptentrionalibus per totum orbem chriſtianum diſperſam eſſe.

Allodia antiquiora feudis.

IV. Ergo allodia antiquiora feudis, tum demum feudis conſtitutis bona vel allodialia ſunt vel feudalia.

Allodium olim denotavit quamcunque proprietatem.

V. Allodia undecunque nomen acceperint, *f*) in legibus veterum Germanorum ſumuntur de quibusvis bonis & denotant proprietatem, poſſeſſionem, hereditatem

tatem quamvis *g*) **was ein Mann läßt, wann er ſtirbt.** *h*)

f) Sive ab *Oede* & All quaſi omne bonum vel proprium, ſive ab Loß und frey ſive von Anlödten i. e. inſeparabilitate a familia, ſive ab all quaſi totum & pleno jure. Vide citatos apud Struvium *S. J. F. c. 2. th. 11.* Dn. Stryk. *de jure allodiali Princip. c. 1. n. 14. ſeq.* ab Adelod Schilt. *Comment. ad Jus feud. c. 64. §. 7. Ex. 4. ad Pand. §. 23. lit. c.*

g) Lex Bajuar. *tit. 2. c. 1. §. 3.* ap. Baluz. *Tom. 1. p. 101. ibi:* nullus *alodem* aut vitam ſine capitali crimine perdat, at in capitali crimine in Ducis poteſtate ſit vita ipſius & omnes res ejus & *patrimonium.* Lex Salica *tit. 62. de Alode cap. 1. 2. 3. 4.* ubi agitur de ſucceſſione *hereditaria.* Baluz. *p. 321.* Lex Ripuariorum *tit. 56.* de *Alodibus* ubi ſimilis diſpoſitio, apud Lindenbrog. *p. 460.* Lex Anglorum *tit. 6.* de *alodibus* etiam illis parallela eſt, apud Lindenbrog. *p. 483.* Varia Capitularia Caroli M. & ſucceſſorum ap. Balucium *Tom. 1. p. 376. cap. 10. ibi:* de hominibus qui noſtra *beneficia* habent deſtructa & *alodes* eorum reſtauratos. Et *p. 453. c. 8. ibi:* Audivimus quod alibi reddunt *beneficium* noſtrum ad alios homines in *proprietatem* & in ipſo placito dato pretio *comparant* ipſas res iterum ſibi in *allodium.* Et *p. 460. cap. 7. ibi:* quid unusquisque in ſuum *alodem* ex ipſo *beneficio* duxit. Et *pag. 629.* Si quis epiſcopis inobediens extiterit, primum canonica ſententia feriatur, deinde in noſtro regno *beneficium*

Digitized by Google

non habeat, & *allodii* ejus in bannum mittatur. confer d. Tomi I. *p.* 474. *cap.* 13. *p.* 518. *cap.* 14. *p.* 758. *cap.* 20. *p.* 769. *cap.* 81. *p.* 797. *cap.* 31. Tomi II. *p.* 54. *cap.* 2. *p.* 66. *cap.* 7. *p.* 88. *tit.* 22. *p.* 264. *tit.* 38.

b) Jus provinc. Saxon. *lib.* 1. *art.* 5. & Alem. *cap.* 7. apud Schilterum *ad Pandect. Exerc.* 15. *th.* 56.

Sæpe prædia tanquã bona potissima.

VI. Cum vero antiquis temporibus Germanici ac Franci pecuaria & agricultura saltem vel certe præcipue usi fuerint *i*) adeoque initio vel nulla vel certe exigua pecunia habuerint opus, *k*) atque adeo & luxuria supellectilis tum exulaverit, *l*) reliquæ vero res mobiles, quarum in agricultura ac pecuaria usus est, (ut pecudes & servi,) pro accessoriis prædiorum fuerint habitæ, *m*) inde non mirum, quod per allodia intelligantur prædia, *n*) tanquam res principales non exclusis tamen rebus nobilibus, sed quæ sub prædiis tanquam accessoriæ sub principalibus comprehendebantur. *o*)

i) De Germanis in genere Tacitus *cap.* 5. *item.* 15. *& 16.* Hachenberg. *disp. 6. German. med.* §. 14. *seq.* De Francis eadem ratio, quia nimirum vel nullas vel paucas urbes inhabitabant. At reliquæ artes & modi acquirendi præter agriculturam & pecuariam ac venatoriam omnes sunt quoad originem urbici.

k) Vide Tacitum *dd. ll.* De Francis diffentit equidem Wendelinus *cap.* 3. *ad L. Salicam* id agens, ut demonstret, legem Salicam latam esse in regio-

regione pecuniosa. Sed ejus rationibus solide satisfecit Conringius *de Orig. J. G. cap. 7. p. 25.*

l) Nam & hæc abundantia est vitium urbium, orta videlicet & aucta mercatura. Unde & factum forte, quod lingua gallica suppellex voce rerum mobilium (*meubles*) absolute posita denotetur, quia nempe servi & pecudes erant accessoria prædiorum, pecunia vero est mensura rerum omnium, etiam immobilium.

m) Quia sine illis uti nequeo commode prædiis vel fundis. Unde jure Romano pertinent ad instrumenta fundi. Moribus nostris ad inventarium.

n) Unde Dufresnius *in Glossario voce allodii*, dicit allodium denotare quemvis fundum, ac idem esse quod prædium, id est possessionem, hereditatem, *p. m. 143.* Lex Longobard. *l. 2. t. 8. l. 9. ibi:* Incestuosus, si *prædium*, id est *alodium* habuerit &c. Adde Lindenbrog. *in Glossar. voce Alode.*

o) Ita apud Baluz. *T. I. Capit. p. 153. cap. 2.* De his qui *alodem* proprium vendunt, vel *quascunque res* &c. Cur invadere conaris *territorium* quod ego juste jure hereditatis donavi &c. mei antecessores tenuerunt, & mihi in *alodem* reliquerunt. *Ibid. p. 465. cap. 19.* ibi si super se aut super familiam suam aut in *beneficio* aut in *alode* annonam (id est frumentum) habuerit. Et *Tomo II. in formulis Sirmondicis p. 493. Form. II.* est formula de *alode* vindicato, ubi tamen agitur de vindicatione hominis proprii.

VII.

Digitized by Google

Et ex prædiis potissimum rustica.

VII. Eædem rationes docent, quod etsi allodium aut allodis antiquitus primario de prædio rustico dictum fuerit, id tamen non ideo fuerit factum, quasi prædia urbana excludi debeant, sed quod hæc tum fuerint rariſſima.

Etiam acquisita.

VIII. Porro etsi antiqua distinctio juris germanici intuitu potestatis alienandi fuerit inter bona ex hereditate parentum & propria industria acquisita, quia tamen ostensum fuit, alodin vel alodium in antiquissimis legibus denotare omnem proprietatem, inde etiam sequitur, allodium æque pertinere ad bona acquisita, quam ad hereditatem paternam, uti etiam sic diserte in locis quibusdam de utroque bonorum genere prædicatur. *p*)

p) Capit. Caroli Calvi *tit. 31. cap. 7. apud* Baluz. *T. II. p. 144.* Illorum *allodes* de *hereditate* & de *conquisito* illis concedo. *Conf. ibid. tit. 32. cap. 4. p. 145. & cap. 5. p. 147.* Ibidem *p. 480. in Formul. Sirmond. form. 22. verbis: in omni alode meo* ubi non distinguitur inter hereditaria & acquisita.

Hereditatem vero paternam cum termino parentum adjecto.

IX. Unde & quando in formulis Marculfi alodii vox solum de alodio parentum prædicatur, id non fit simpliciter, sed semper cum additione, *alode parentum*, & postquam prius bona parentum a feudis regiis per adjectionem alodii, ut par erat, distincta fuerant. *q*)

q) Apud Baluz. *Tom. II. p. 382. Lib. 1. formul. 12.* ibi:

ibi: poſſeſſiones aut *munere* regio aut de *alode parentum.* item *form. 33. p. 392.* aut *munere* regio, aut per *venditionis*, donationis, ceſſionis, communicationis titulo, vel de *alode parentum.* Conf. *lib. 2. form. 4. p. 405.* Idem *lib. 2. form. 6. p. 407.* de *alode parentum* vel de quolibet *adtractu; form. 2. p. 412.* tam de *alode paterna*, quam de *comparatum.* Et *in append. form. 47. p. 461.* ex *alode parentum* & ex meum *contractum* mihi obvenit. *Conf. form. 49. p. 463.*

X. Unico ſaltem in loco vox *alodis* ſimpliciter poſita *comparatis* bonis & cuilibet *attractui* opponitur *r*) quod vel ideo factum, quod allodium hereditarium tum temporis frequentior & quaſi nobilior ſpecies allodii eſſet, rarius videlicet obvenientibus occaſionibus, fundos acquirendi alio titulo. Excepto unico Marculfi loco.

r) *Lib. 2. Form. 7. p. 408.* tam de *alode* & de *comparatum*, vel de qualibet *attractu.*

XI. Vel etiam vox *Parentum*, quæ in reliquis formulis ſemper additur, hic a deſcribente formulas Marculfi omiſſa fuit, *s*) ex negligentia, etſi ita quoque hanc formulam legat Lindenbrogius. *t*) Illud certe conſtat, verba formularum non ubique convenire in variis earum editionibus. *u*) Forte ex errore deſcribentis.

s) Secundum regulas criticas enim in dubio unus locus magis explicandus & corrigendus eſt ex pluribus, quam plures ex uno.

t) *Cod. Leg. Antiq. f. 1239. form. 49.*

u) Quod patebit conferenti formulas Marculfi a Lin-

Digitized by Google

Lindenbrogio & Baluzio, editas ac vel in ſpecie *dictam form. 49.* apud Lindenbrog. cum *dicta form. 7. lib. 2.* apud Baluzium.

Forte quod ibi vox alodis ſumatur ut proprietas apud Germanos peculiari ſenſu.

XII. Poſſes tamen forte etiam rem ita expedire. Alodium, ut diximus denotavit hereditatem, proprietatem ac poſſeſſionem quamvis. Igitur vox hereditatis, quæ alias denotat bona jure hereditario acquiſita, **ererbet Gut**, illo ævo ſumta etiam fuit pro bonis jure hereditario ad alium transferendis, **zu vererbendes Gut**, ex uſu nempe idiomatis germanici quo **Erbgut** utrumque denotat.

Scilicet in ſpecie pro bonis jure hereditario acquiſitis.

XIII. Quemadmodum igitur vox germanica **Erben**, **Erbgut** ſumitur dupliciter, vel late pro bonis quibusvis jure hereditario transferendis, quatenus nempe opponitur bonis feudalibus in diviſione antiquorum bonorum **im Erbe und Lehn**, i. e. in allodialia & feudalia, vel ſtrictius pro bonis jure hereditario acquiſitis, quatenus opponitur bonis aliunde acquiſitis, in diviſione bonorum in **Erbe und errungen oder erworben Gut**, ita etiam de voce Alodis & Alode eadem obſervanda.

Unde oritur duplex ſignificatio Alodii, propria & impropria.

XIV. Propriiſſima & communiſſima ſignificatio eſt illa prior lata, ſecundum quam & *alodis paterna* idem eſt ac ſi dixeris *hereditas* paterna, diſtincta ab *hereditate* & alode aliunde acquiſita. Rariſſima vero illa & ſemel ſaltem occurrens ſignificatio vocis *alodis* ſimpliciter poſitæ, & bona ſal-

rem

Digitized by Google

tem jure hereditario acquisita denotantis, est significatio stricta, minus usitata tamen, & minus propria.

XV. Quare sicut ex istis duabus vocis germanicæ Erbe vel Erbgut, significationibus parum apte quis inferret, vocem Erbe proprie denotare bona jure hereditario, & quidem ex hereditate paterna acquisita, ita multo minus ex unico illo loco formulæ Marculfi apte quis inferret, vocem Alodii proprie sumi pro hereditate paterna.

Quare nequaquam inferendū Alodium olim proprie significasse hereditatem paternam.

XVI. Et tamen iste error apud non paucos scriptores clarissimos deprehenditur, allodium proprie sumi pro bonis paternis aut aviaticis, id est ab avo descendentibus, quasi insuper & paterna ac avita bona essent eadem. *w*)

Communis error, Alodium denotare proprie bona paterna vel aviatica.

w) *Lindenbrogius* equidem *in Glossario* vocem allodii recte explicat de prædio aut proprietate quæ vendi & donari possit. Doctissimus etiam *Dufresnius* eam significationem Allodii pro bonis paternis recte omisit. *Fr. Pithœus* in *Glossario ad L. Salicam tit. 62.* (apud Baluz. *T. 2. p. 703.*) annotaverat quidem, Marculfo dici terram *paternam*, &, in *tit. 58.* legis Ripuariorum, *aviaticam*, sed tamen addiderat, dici tamen etiam de terra *conquisita*, atque notasse se id fusius in Glossario ad Capitularia, ubi nempe (apud Baluz. *d. Tom. 2. p. 707.*) adhuc alia loca, quam quæ *ad th. 8.* jam descripsimus, id expresse indicantia adducit. *Jacobus Sir-*

Demonstratio historica de hujus erroris origine.

Sirmondus in *notis ad Capitularia* (apud Baluzium *d. Tom. 2. p. 761.*) indicat quidem, Alode denotare propriam cujusque poſſeſſionem, ſed addit, a Marculfo tamen a conquiſita proprietate ſecerni. Tum iſtud judicium ſubjicit: etſi *principio* ita ſe res habuerit, ut alodis a conquiſita proprietate ſecerneretur, invaluiſſe tamen, ut alodis *tandem* proprietas omnis diceretur. Quæ verba iſtum videntur mihi ſenſum habere, Marculfum cujus ſunt iſtæ formulæ, vixiſſe circa annum 660. ſub Clodovæo Dagoberti filio (Wendelinus *in Gloſſario ad Legem Salicam voce terra Salica p. 183.* Bignonius *in præfatione ad notas in Marculfum*) reliquos vero textus, ubi alodis ſumitur pro hereditate & proprietate quavis, eſſe deſumtos ex capitularibus noviorum temporum, familiæ Carolinæ. Uti vero hoc reſponſo non eſt opus ad conciliandum Marculfum cum capitularibus *per dicta §. 10. ſeq.* ita neſcio, an etiam ex aliis rationibus illa conciliatio poſſit ſubſiſtere. Sane jam ſupra *lit. g. ad §. 5.* inter loca ſignificatum alodis pro omni proprietate denotantia etiam collocavimus Legem Salicam & Legem Ripuariorum, quarum ſi non utraque, ſaltem Salica longe antiquior eſt Marculfo. *Hieronymus Bignonius*, ſive quod ſententiam Pithœi non recte percepiſſet, ſive quod aliunde ad errorem iſtum fuerit perductus, *in notis ad L. Salicam tit. 62.* (apud Baluz. *T. 2. p. 853. ſeq.*) omnium primus iſtam obſervationem fecit, quaſi Alode dicatur aviatica hereditas & ad hu-

jus

jus assertionis probationem varios textus & ibi & in notis ad Marculfum *l. 1. cap. 12. (p. 895.* apud Baluzium) adducit, interque eos multos, quos supra ad *th. 5. lit. g.* plane contrarium probare ostendimus. Idem tamen ad formul. Marculfi *lib. 1. c. 2. (p. 875.)* cum Sirmondo distinguit inter significationem Alode antiquiorem & noviorem. Hunc Bignonium postea secutus *Godefridus Wendelinus* in Glossario Salico *voce Alode* non solum repetit, alode proprie esse hereditatem parentum, sed & ita dictum esse arbitratur, quia talis hereditas ab Alders, *Majoribus* nostris deferatur. Ab his duobus Autoribus postea hic error latius se extendit, & propagatus est ad plurimos, qui viros hos celeberrimos descripserunt.

Transitus ad locum difficillimum de terra aviatica.

XVII. Scilicet præter istum locum unicum Marculfi supra jam memoratum, errorem illum adjuvavit titulus 56. legis Ripuariæ, ubi diserte mentio fit terræ *aviaticæ*, & quidem sub tituli rubrica de *alodibus*, *x*) cum quo, ut de sensu ejus constet, ante omnia conferendus est titulus parallelus legis Salicæ, *y*) præprimis cum lex Ripuaria & Salica sint duæ leges antiquissimæ *z*) populorum sub Francico imperio, & Ripuaria lex maximam partem sit transscripta ex lege Salica. *a*)

Leges antiquæ duæ Francorū, Salica &

x) Cap. I. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque superstites fuerint, in hereditatem succedant. II. Si pater materque non fuerint, frater & soror succedant. III. Si autem

Ripuaria de ſucceſſionibus ab inteſt.

nec eos habuerit, tunc frater & ſoror matris patrisque ſuccedant. Et deinceps usque ad quintum geniculum, qui proximus fuerit in hereditatem ſuccedat. SED DUM VIRILIS SEXUS EXTITERIT, FOEMINA IN HEREDITATEM AVIATICAM NON SUCCEDAT.

y) *Tit. 62. Cap. I. Si quis homo mortuus fuerit, & filios non dimiſerit, ſi pater aut mater ſuperfuerint, ipſi in hereditatem ſuccedant. II. Si pater aut mater non ſuperfuerint, & fratres vel ſorores reliquerint, ipſi hereditatem obtineant. III. Quodſi nec iſti fuerint, ſorores patris in hereditatem ejus ſuccedant. IV. Si vero ſorores patris non extiterint, ſorores matris ejus hereditatem ſibi vindicent. V. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipſi in hereditatem ſuccedant. VI. DE TERRA VERO SALICA NULLA PORTIO HEREDITATIS MULIERI VENIAT; SED AD VIRILEM SEXUM TOTA TERRÆ HEREDITAS PERTINEAT.* Ita extat apud Lindenbrog. *p. 343.* Wendelini editio, (nam Baluzius *Tom. I. Capitularium p. 321.* a Lindenbrogio non abit) *p. 43.* comma illud ſextum (lectione Lindenbrogiana notata ad marginem) ita protulit: *DE TERRA VERO SALICA IN MULIEREM NULLA PORTIO HEREDITATIS TRANSIT, SED HOC VIRILIS SEXUS ACQVIRIT, HOC EST, FILII IN IPSA HEREDITATE SUCCEDUNT. SED UBI INTER NEPOTES AUT PRONEPOTES POST LONGUM TEM-*

Digitized by Google

TEMPUS DE ALODE TERRA CONTENTIO SUSCITATUR, NON PER STIRPES, SED PER CAPITA DIVIDANTUR.

z) De antiquitate Legis Salicæ vide Conring. *de Orig. Jur. Germ. cap.* 7. Præter hanc habuere & Ripuarii Legem. De qua adeo intelligendus est locus Eginhardi in vita Caroli. *Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diversas.* Nam Wendelinum, qui ista verba de duabus editionibus legis Salicæ intelligit, (quem secutus etiam est Conringius *d. c.* 7. *p.* 31. *seq.*) solide refutat Stephanus, Baluzius *in notis ad Capitularia p.* 1049. Ad ea vero, quæ contra hanc sententiam urget Conringius *cap.* 10. *p.* 42. facile responderi potest. Non improbabiliter tamen Alteserra *rerum Aquit. l.* 3. *c.* 9. *p.* 198. *seqq.* illum Eginhardi locum de duabus legibus Francorum exponit, nempe de lege Romana & Salica.

Intelligendus de iis Eginhardus.

a) Hoc fatetur ipse Wendelinus *p.* 85. & approbat Baluzius *d. l.*

XIIX. Patebit ex illa collatione *hereditatem aviaticam* in lege Ripuaria exprimere simile quid quod in lege Salica dicebatur *terra Salica*, adeoque verosimile esse, non de hereditate paterna ibi sermonem esse, sed de terra certi alicujus populi. Unde cum in capitularibus & legibus antiquis rarissime occurrat vox aviatica, b) in mentem venit, annon legi debeat in lege Ripuaria hereditatem ADUATICAM vel ATUATICAM, ex qua postea incuria scribentium orta fuerit hereditas aviatica.

Conjectura, in Lege Ripuaria pro hereditate aviatica legendum esse ADUATICA.

b) Oc-

b) Occurrit quidem in legibus Longobard. *lib. 3. tit. 8. l. 4.* verbis: *Si vero filium non habuerit, & AVIATICUM ex masculo filio reliquerit.* At hic per aviaticum non intelligitur prædium aut hereditas sed nepos, ut recte observat Bignonius *in not. ad L. Salicam tit. 62.*

Quia Atuatica fuit Ripuariorum metropolis.

XIX. Id quod exinde fiet verosimile. Ripuarii undecunque ita dicti, *c*) & quicunque etiam proprie fuerint, *d*) consensu tamen omnium fuere populi Francici vel Francis subjecti, *e*) inter Rhenum, Scaldin & Mosam, *f*) quorum metropolis Aduatica, *g*) unde jam Cæsari Aduatici dicti fuere. *h*) Uti ergo in lege *Salica* ubi de hereditatibus allodiorum agitur, *terræ Salicæ* fit mentio, ita apud *Ripuarios* nihil erat convenientius, quam in loco parallelo loco terræ Salicæ ponere terram vel *hereditem Atuaticam. i*)

c) Non obstantibus objectionibus Conringii *d. c. 10. p. 42. seq.* in ripa fluviorum illorum, ad quos habitabant, ita dictos esse putarem.

d) Multo accuratius, notante Valesio, dici potest, qui non fuerint, quam qui fuerint. Baluz. *in notis ad Capit. T. 2. p. 889.*

e) Conring. *d. p. 42.* Inde etiam est quod in capitulis ibidem adductis Franci & Ripuarii sibi invicem opponantur.

f) Baluzius *d. l.* Conring. *d. l.* Wendelinus in *natali solo legum Salicarum c. 7. p. 76.*

g) Sive Aduatica Tongronum & Aduatica Eburonum fuerint diversæ civitates, ut putat Wendelinus

Digitized by Google

delinus *d. cap. 7. p. 74. & 75.* sive una eademque, ut Martinus Zeilerus *in Itiner. German. cap. 1. n. 17. p. 15.* Nam Ripuarius ducatus quatuor comitatibus constabat, quos ex Nidhardo recenset Dufresnius *in Glossario voce Ripuarii.*

b) Loca Cæsaris adducit & explicat Wendelinus *d. cap. 7.*

i) Laborat equidem valde Wendelinus, ut in Germania cisRhenana legem Salicam datam esse probet, unde a metropoli illa Glossarium Salicum quod apposuit, denominavit, quasi explicet voces Atuaticas, sed rejecit jam ac refutavit eam doctrinam Wendelini de natali solo legum Salicarum Conringius *cap. 7.* Cum ergo ipse Wendelinus fateatur *d. p. 76.* deletis Eburonibus a Cæsare omnem illam regionem scriptoribus ævi medii vocari Ripuariam, & cum alibi *nempe pag. 85.* similiter fateatur legem Ripuariorum esse descriptam ex lege Salica, ac *in præfatione ad Glossarium pag. 224.* nonnulla de lingua Atuatica, etiam a Romanis memorata, ipse annotaverit, non inconveniens etiam erit, in lege Ripuaria hereditatem *Atuaticam* opponere hereditati *Salicæ* seu *Francicæ.*

XX. Quodsi tamen terminum hereditatis *aviaticæ* retinere malles, dicerem, exinde nequaquam inferri quod allodium proprie denotet terram aviaticam, cum rubrica tituli non tantum respiciat ad §. ultimum de hereditate aviatica loquentem, sed & ad præcedentes, qui casus plane diversos a §. ultimo continent. *k*

Porro falsum esse, quod terra aviatica, ibi sit synonymum allodii.

k) Er-

Expoſitio duplex legis Ripuariæ ſecundum iſtam lectionem.

k) Ergo ad noſtrum ſcopum primario non pertinet, diſpicere quisnam ſit ſenſus *d. §. ultimi.* Videtur tamen ex his duobus unus eſſe. Vel enim collector legis Ripuariæ reſpexit ad locum illum legis Salicæ *ſupra Th. 17. lit. y.* ex editione Wendeliana deſcriptum, qui de hereditate inter nepotes & pronepotes dividenda agit, ut ſenſus ſit, etiam in hereditate aviatica defuncti nepotes & pronepotes ex maſculo excludere filias, quamvis gradu proximiores. Huc pertinet edictum Childerici regis §. 1. (ap. Baluzium *Tom. 1. p. 17.*) *Convenit, ut nepotes ex filio, vel ex filia ad AVIATICAS res cum avunculos vel amitas ſic venirent in hereditatem tanquam ſi pater & mater vivi fuiſſent.* Vel, ut magis placet, ſenſus illius capituli ultimi in titulo legis Ripuariæ de alodibus, & pariter ſenſus d. capit. ultimi in lege Salica ejusdem tituli unus idemque eſt, indicans, quod ea, quæ in præcedentibus dicta erant circa ordinem & gradus ſucceſſionum, ubi pater & mater, frater & ſoror ſibi jungebantur, non ſic intelligenda ſint, quaſi pater & mater, frater & ſoror ſimul ſuccederent, aut quaſi mater fratrem, ſoror patruum aut fratris filium deberet excludere, ſed quod ante omnia, ſexus, tum gradus in ſexu ſint obſervandi in ſucceſſione allodiorum. Convenit hæc explicatio plane cum verbis legis Ripuariæ. Etſi vero verba legis Salicæ ita plana non ſint, ut ex eorum inſpectione ſola iſte ſenſus ſe ſtatim offerat, neque tamen etiam eidem repugnant,

&

Digitized by Google

& ſufficit, quod jam ſupra memoratum fuit, legem Ripuariam pene totam ex lege Salica eſſe deſcriptam, adeoque deſcribentem, dum obſervaret ambiguitatem verborum legis Salicæ, ſtudio ea verba mutaſſe in clariora, non tamen in ſenſum a lege Salica alienum, ſed præ oculis habuiſſe mores patrios ipſi optime cognitos. Cum vero ibi ageretur de hereditate allodiali etiam reſpectu bonorum avitorum, & hereditas conſiſteret primario in bonis immobilibus, vocem *terræ Salicæ* in lege Salica, conditor vel collector legis Ripuariæ transtulit in *hereditatem aviaticam*, non eo animo, ac ſi *terra* in lege Salica opponeretur bonis *mobilibus* aut *aviaticis acquiſitis*, non magis atque paternis, etſi ſcriptores noviores ſequentium temporum (quamvis noſtro intuitu etiam antiqui) ambiguitate hac vocum *terræ* & *aviaticæ* ſeducti, & jura magis ex ſuis temporibus quam ex moribus antiquioribus patriæ æſtimantes legem utramque falſo explicaverint. Ita Johannes Tilius *Rer. Gallic. lib. 3. tit. de filiabus francis p. m. 121.* *Fœminæ omni tempore regno Galliæ fuerunt excluſæ, non tamen ex lege Salica, quæ generatim ſtatuit, ſi mares filii erunt ut fœminæ tantum ſuccedant in bona moventia* (additur in textu Gallico *p. m. 308. meubles & acqueſts* i. e. *in bona moventia & acquiſita) non autem in vetus patrimonium quod priſca appellatione terram Salicam dixerunt. Atque hac appellatione veteres diu uſos fuiſſe conſtat ex veteri inſtru-*

Ex quibus Tilius corrigitur.

mento Angolismensi cujusdam Archi-Diaconi facto 1231. ubi hæc habentur: cui dedit suum alaudium, *vel* hereditatem Salicam (Ex hoc instrumento probatur quidem *alodium* & *hereditatem Salicam* synonymice usurpari, non vero, quod *alodium* sit *vetus patrimonium*. Nam hereditas hic sumitur in sensu supra §. 12. exposito) *ibi nominatam, in agro Santonum sitam, Idem legis caput aliis legibus continetur, quæ Ripuariæ dictæ sunt, ubi terra Salica exponitur.* (in textu gallico: *au les dits mots terre Salique sont declarés par ceux-cy, dont il use, heritage des ancestrés*) *Ex Lege Salica (quæ pro subditis tantum scripta est) deficientibus filiis heredes erant filiæ veteris patrimonii. (en l' ancien patrimoine* in hereditate aviatica.) Illud tamen ex hoc Tilii loco notandum, legem Ripuariam continere idem caput cum lege Salica, non diversum, adeoque sensum legis Salicæ obscuriorem esse ex lege Ripuaria explicandum.

Usus hactenus dictorum ad ostendendā differentiā antiquam alodiorum & feudorū.

XXI. Fuere ista paulo fusius exponenda, ut constaret, plane aliam fuisse differentiam allodiorum a feudis, temporibus primæ feudorum originis, ab usu hodierno. Hodie in allodiis succedunt fœminæ pariter ac masculi, in feudis soli masculi. Quia tamen vasallus feuda ad descendentes heredes masculos transfert, non solum usumfructum habet in feudo, sed & dominii aliquam speciem, quam Doctores dominium utile solent dicere.

XXII.

Digitized by Google

XXII. Alia vero erat ratio illorum temporum. Feuda primitus plane non transmittebantur ad heredes. *l*) Allodia autem ad solos masculos transibant, si adessent, his deficientibus demum successioni fœminarum erat locus, *m*) idque magis ex Jure gentium *n*) pariter ac naturali, *o*) quam successio hodierna, juri Justinianeo *p*) & æquitati cerebrinæ papalis *q*) debens originem.

Diversam ab hodierna.

l) Feuda ab origine temporaria fuere, & pro dantis arbitrio ademta, nec feudi proprietas transfertur in vasallum, sed manet, apud dominum, unde recte feudum separatur ab alode id est proprietate. Alteserra *de feudis gallicis c. 1. p. 2.* Plerumque tamen tum temporis durabant ad vitam, &, si ante auferuntur non nisi legali judicio id fiebat. Dufresnius *in Glossario voce beneficium p. m. 529. seq.* Notabilis est locus etiam apud Wendelinum *in Glossario p. 129.* quamvis nonnulla ex erronea sua hypothesi de allodiorum & comparatorum bonorum oppositione, & ex hodierna feudorum conditione parum pertinenter admisceat. Excerpemus saltem huc facientia: *Beneficialia bona sunt*, ait, *quæ princeps in beneficium dat militi titulo oneroso utenda, fruenda, cum obligatione pugnandi*, van vechten *seu militiæ (quam* faidam *dicebant) quoties bannus publicabitur: eaque bona præter operam istam vechtalem ac faidalem feoda jam & feuda* (veegoet) *ab aliquot retro seculis di-*

Feuda ab origine fuere pro dantis arbitrio ademta.

cta sunt, prout recte observavit Dominicus in opere suo de allodiis; nobis postea Leen-Goet, *h.e. bona usui data, commodata, non donata &c. Unde de feudo possessor nullo modo potest disponere, neque illud aut vendere aut donare aut permutare aut obligare, cum tamen alodium sit hereditas quam vendere vel donare possum ut mea propria.* Hactenus Wendelinus. A temporibus Ludovici Pii feuda cœperunt transire ad liberos & plura ab eo constituta in ditiones perpetuas. Exin beneficia transiere ad liberos, sed non sine speciali consensu principis. Jam ætate Caroli simplicis res in eo erat, ut beneficia semel data vix revocarentur, tandemque ruente secunda regum stirpe feuda omnino desierunt in perpetua dominia & jure patrimonii censeri cœperunt. vide pluribus Altesser. *d. l. c. 2. p. 7. 8.*

A temporibus Ludovici Pii cœperunt transire ad heredes.

Alodia post masculos demum transmittebantur ad fœminas.

m) Non solum ex lege Salica & Ripuaria ut probavimus *ad th. 17. & 20.* sed & ex lege antiqua Saxonum *tit. 7. de heredibus & viduis* apud Lindenbrogium *pag. 476. seq. I. Pater aut mater defuncti, filiis, non filiæ hereditatem relinquant &c. IV. Qui non filios sed filias reliquerit, ad eos omnis hereditas pertineat &c. VI. Qui filium aut filiam reliquerit, & filius uxore ducta filium genuerit, & mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii id est ad nepotem, non ad filiam pertinet.* Notabilis etiam maxime est legis Angliorum & Werinorum *tit. 6. de Alodibus* (apud Lindenbrog. *p. 483.*) *I. Hereditatem defuncti filius non filia suscipiat;*

Digitized by Google

piat; Si filium non habuit qui defunctus eſt, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum paternæ generationis conſanguineum pertineat. II. Si autem nec filiam habuit, ſoror ejus pecuniam & mancipia, terram proximus paternæ generationis accipiat. III. Si autem nec filium nec filiam neque ſororem habuit, ſed matrem tantum ſuperſtitem reliquit, quod filia vel ſoror debuerunt, mater ſuſcipiat, id eſt pecuniam & mancipia. IV. Quodſi nec filium nec filiam, nec ſororem aut matrem, dimiſit ſuperſtites, proximus qui fuerit paternæ generationis, heres ex toto ſuccedat tam in pecunia atque mancipiis, quam in terra. V. Ad quemcunque hereditas terræ pervenerit, ad illum veſtis bellica, id eſt lorica & ultio proximi, & ſolutio leudis debet pertinere. VI. Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiæ vero ſpolia colli, id eſt murenas, nuſcas, monilia, inaures, veſtes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuiſſe. VII. Si nec filium nec filiam habuerit, ſororem vero habuerit, ſorori pecuniam & mancipia, proximo vero paterni generis terram relinquat. IIX. Usque ad quintam generationem paterna generatio ſuccedat. Poſt quintam autem filia ex toto, ſive de patris ſive matris parte in hereditatem ſuccedat, & tunc demum hereditas ad fuſum a lancea tranſeat.

Notabilia hujus legis ſunt (I) quod hæc lex, quandocunque etiam lata fuerit, (quod ignorant Lindenbrogius *in præfat. ad Cod. leg. antiqua-*

(Notabilia plura mutati hujus juris ſucce-

Digitized by Google

dendi ex lege Anglionum & Werinorum.)

tiquarum & Conring. *de Orig. Juris germ. c. 13. p. 56.)* videatur tamen junior esse lege Salica, Ripuaria, & Saxonum, quia scilicet (II) in successione allodiali, in qua præcedentes nullam faciunt distinctionem inter mobilia & immobilia, de mobilibus quibusdam quædam innovavit, illis videlicet temporibus, quibus pecunia & luxus & ornamenta muliebria, & mancipia ad usum urbaniorem inceperant esse in usu. (III) Quod saltem de talibus novi quid fuerit statutum non de omnibus mobilibus, non de instrumento fundi, non de pecudibus, non de quavis supellectile. (IV) Quod fœminæ non semper pecuniam & mancipia acceperint, sed demum, si nullus filius fuerit relictus. (V) Quod nec omnes fœminæ mobilia ista acceperint, sed saltem filia, mater, soror. (VI) Quod jam illis temporibus fuerit usitata distinctio successionis rerum expeditoriarum & bonorum utensilium seu geradæ. Confer *ibidem tit. 7. l. 3. ibi. qui ornamenta muliebria quod rhedo dicunt &c.*

Scilicet jure gentium

n) Olim enim communibus fere Asiæ, Africæ & Europæ consuetudinibus fœminæ donatæ a successione fuere exclusæ. Dn. Stryk *de Success. ab intest. Dissert. 8. c. 11. §. 14. ad finem.* Consil. Marpurg. *Vol. 2. Conf. 29. n. 36.* Jacob Orlshausen *in prælud. ad respons. jur. n. 29. seq.*

Et naturali

o) Quod latius demonstrat Jacobus Orloshausen *in illustri responso juris. An fœminæ ab eisve descendentes in successionibus regnorum, Principatuum, Ducatuum, Comitatuum &c. ab intestato*

teſtato provenientium extantibus maſculis jure excludantur, & maſculi ſoli eorum deſcendentes admittantur, publicato Spiræ anno 1606. Adde omnino Paganini Gaudentii exercitationem *de lege quæ fœminas a ſucceſſionibus excludit*, quæ extat poſt partem alteram *de Juſtin. Seculi moribus.*

Per jus Juſtinianeum

p) §. ceterum Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. pen. C. de legit. hered. Nov. 118. cap. 3.

Et pontificium infeliciter correctis.

q) Epiſt. Joh. Papæ IIX. Proprietates, quas vos allodium dicitis, filiabus eorum heredibus reſtituatis apud Pithœum *in Gloſſario ad L. Salic.* (apud Baluz. *T. II. p. 703.*) confer Marculfi *Formular. lib. 2. c. 12.* (*d. T. 2. f. 412.*

Alodia erant a dominio alieno libera, feuda ei ſubjecta.

XXIII. Allodia ergo erant prædia ab omni dominio alieno libera, *r*) feuda vero erant prædia alieno dominio ſubjecta. *s*)

r) Alodium olim dicebant fundum liberum, nullius juri obnoxium. Baluz. *in notis ad Capit. T. 2. p. 1183.* & liberum non ſolum ab omni præſtatione, ſed & a quolibet ſervitio reali & perſonali. Eratque duplex, nobile & villanum. Utrumque ſine homagio, ſine ſervitiis, ſine præſtationibus & laudemiis. Illud tamen jurisdictione præditum, hoc ea carens. Dufresnius *in Gloſſario voce Alodis p. 145. ſeq.* ubi tamen non ita convenienter *p. 145.* alodium & feudum honoratum miſcet, & *p. 146.* alodia libera aliquatenus feuda eſſe pronunciat, ſed immunia a ſervitiis & dominio. Talia enim prædia eo ipſo non ſunt feuda. Igitur verius, non ſæpe, ut porro ſcribit *d. p. 146.* ſed ſemper alo-

Digitized by Google

alodia nullos agnoviſſe dominos alios. Interim a ſuperioritate alterius non eximebantur. Dufresnius *d. p. 146.* Unde Dufresnius non repugnat iis, qui recte obſervarunt, alodium non excludere principis aut reipublicæ dominium eminens. Dn. Stryke *Diſſert. de Jure Allodiali Principum Imperii cap. I. n. 30. ſeq.*

s) Quia ſaltem ad dies vitæ erant conceſſa & uſus eorum communicatus, manente proprietate apud principem. Vid. ex Wendelino excerpta jam *lit. l. ad th. præced.* Inde etiam germanicum Lehn deſcendit, ut non opus ſit prolixa cura Schilteri id ex Francico *Leudum* deducere volentis *in Comm. ad rubric. Juris alem. p. 5. 6.*

Unde Alodiorum conditio melior ac feudorum.

XXIV. Simul vero ex hactenus oſtenſis allodii & feudi differentiis, facile & quidem palpabiliter conſtat, utrum antiquitus feudorum an allodiorum melior fuerit conditio, ut mirum ſit, ea in quæſtione diſſenſiſſe Doctores. *t*)

t) Allodiorum conditionem meliorem ſtatuit Dn. Stryke *d. c. l. n. 46.* Feudorum contra alii meliorem dicunt fuiſſe conditionem quam allodiorum. De ratione videbimus infra *th. 30. & 31.*

Et Alodia propria bona, feuda fiſcalia dicebantur.

XXV. Item utrum diviſio bonorum in allodialia & feudalia ſit eadem cum diviſione in res proprias & fiſcales. *u*)

u) Dufresnius *voce Fiſcus: Fiſcus, feudum, beneficium, præſertim vetuſtioribus ſcriptoribus, quia in primæva feudorum inſtitutione principes terras fiſcales ſeu patrimoniales fidelibus ſuis ſeu ſubditis concedebant in beneficium & feu-*

Digitized by Google

feudum, idque ad vitam. Unde fiſci nomen retinebant, quia non omnino alienata erant, ſed cenſebantur ſemper eſſe de dominio donatoris. Unde quidam putant ex fiſco fieſo, poſtea fief ſeu feudum formatum eſſe. Marculfus *in formul. lib. 1. c. 2. Dum ille Epiſcopus monaſterium in pago illo aut ſuper ſua* proprietate, *aut ſuper* fiſco *noſcitur ædificaſſe &c.* Bignonius ad illa verba *(T. II. Baluz. p. 875.) His verbis notatur maxima rerum diviſio eo ſeculo recepta. Omnia namque prædia aut propria erant aut fiſcalia.* Propria *ſeu proprietates dicebantur, quæ nullius juri obnoxia erant, ſed optimo maximo jure poſſidebantur, ideoque ad heredes tranſibant.* Fiſcalia *vero beneficia ſive fiſci vocabantur, quæ a rege ut plurimum poſteaque ab aliis ita concedebantur ut certis legibus ſervitiisque obnoxia cum vita accipientis finirentur.* Uti ergo in hoc loco fiſcalia definiuntur ut feudalia, ita de propriis ex ſimili definitione multo minor debebat eſſe dubitatio, quod per ea intelligantur allodialia. Interim iſta falſa perſuaſio ſupra refutata ſeduxit Bignonium, ut propria ibidem ſubdivideret in alode ſeu hereditatem & ex comparato, cum tamen hæc æque ſint ſpecies allodiorum. Verius igitur Dn. Schilter *in Comm. ad rubr. Jur. feud. Allem. §. 2.* diviſionem rerum in allodiales & feudales, & in proprias atq; fiſcales pro æquipollentibus habet.

XXVI. Patet etiam ex dictis, cur doctrina de allodii & feudi differentiis tam intricata, difficilis, ac ſæpe contradictoria reddatur

Oſtenditur fons diſſenſionum circa anti-

Digitized by Google

quas differentias feudi & allodii.

datur per tradita Virorum alias de antiquitatibus & juribus germanicis immortaliter meritorû, quia nempe per ſcriptores quosdam ſupra notatos ſibi imponi paſſi ſunt, ac ſi alodium denotet vel ſaltem bona immobilia vel tantum bona paterna aut avita, aut quod alodia in L. Salica opponantur terræ Salicæ.

V. g. dum allodialia dividuntur in alodialia & feudalia.

XXVII. Verbi gratia quando docetur: „Certum eſt, jure Germanorum bona *immobilia* dividi in *avita* quæ & *alode* dicta, „& in *acquiſita*. *Illa* iterum in propria ſive „*alodialia* hodie, & *feudalia*. *w*)„ Nam hoc modo bona allodialia dividuntur in allodialia & feudalia, quod antea, quod ſciam, nemo docuit.

w) Dn. Schilt. *comment. ad cap. 64. Jur. feud. Alemann. §. 5. p. 328.*

Item, quod olim bona ſalica Stamm-Güter, fuerint diverſa ab alodiis privatorum.

XXIIX. Item ſequens locus alterius viri Illuſtris: „Veteris Franciæ germanicæ proceres tuendæ dignitatis vel officii cauſa a „republica terras ipſas jure quodam patrimonii habuerunt, quæ *terræ ſalicæ*, (ut ipſi „proceres ſalici, id eſt Palatini) alias *avitæ* „vel *aviaticæ* Stam-Güter, deinde *alodia* „dicta fuerunt. Hæc alodia ſeu prædia ſa„lica a privata hereditate ſeparata ſunt, atq; „ab illis Franci, aliique populi germani „fœminas perpetuo, alii donec maſculus „exiſteret, excluſerunt. Regibus deinde „electis non deſiit quidem uſus dandi in „beneficium terras, ſed ſub lege fidelitatis „& reſervato dominio directo. Hæc bene-

ficia

ficia regia initio dicta ſunt, deinde feoda,“ indeque tum reliqua bona avita ſeu Salica“ dici alodia cœpere. Hinc duplicia proce-“ rum bona alodia & beneficia regia.“

XXIX. Uti enim hic lubenter conſenti- Et quod
mus, dum prædia Salica & alodia haben- priora ſal-
tur pro ſynonymis, & feudis opponuntur, tem ſpe-
ita etiam diſſentimus, partim quod bona ad Proce-
allodialia, ab hereditate reliqua, quæ pri- res.
vata dicitur, ſeparentur, *x*) partim quod hæc diviſio bonorum dicatur ſaltem ſpectare ad proceres imperii, cum tamen non dubitem, quin pertineat ad bona omnium ingenuorum veteris Franciæ. *y*

x) Ut enim taceam, hoc modo etiam ex illa hypotheſi bona debere eſſe triplicia, feudalia, allodialia Stamm-Güter, & reliquam hereditatem, quod tamen hactenus, quod ſciam, nemo docuit, occaſio illius ſententiæ fuit partim perſuaſio, quod allodia ſint tantum *prædia* & quidem *aviatica*; partim, quod creditum fuerit, fœminas jam illo tempore in bonis quibusdam allodialibus (quæ hic vocantur hereditas privata) ſucceſſiſſe, unde duplex nata fuit bonorum non feudalium ſpecies. Eſt & illud ex non bene explicata ab antiquis interpretibus lege Salica, dum aſſeritur a prædiis allodialibus quosdam populos fœminas perpetuo excluſiſſe. Provocatur quidem ad L. Salicam, Saxonicam & Angliorum. Verum uti verba ipſa legis Saxonum & Angliorum *ſupra ad th. 22. lit. m.* deſcripta contrarium docent, ſic in nota *ad §. 20.* docui-

mus, ſenſum legis Salicæ & Ripuariæ unum eundemque eſſe.

y) Nam intuitu veteris Franciæ ante reges, bona feudalia introducta, & extructionem urbium communis diviſio erat in dominos & ſervos. Servi erant omnes ruſtici, domini erant homines liberi, & ingenui, hodie vocantur nobiles. Tum vero proceres veteris Franciæ erant ſeniores & qui partim bellica virtute reliquos eminebant, partim magiſtratuum officia tempore pacis gerebant. Nusquam vero in legibus eam in rem allegatis dicitur, quod allodia ſaltem ad proceres pertinuerint. Et cauſa hujus reſtrictionis haud dubie fuit, quod ſuppoſitum fuerit, fœminas tum temporis non plane a prædiorum ſucceſſione fuiſſe excluſas. Ut ergo talia prædia ſecernerentur ab alodiis, quæ ſecundum leges antiquas ſaltem ad maſculos transmittebantur præ fœminis non alia ſe obtulit via, quam ut diceretur, talia allodia pertinuiſſe ad proceres. Sed ſupra dicta oſtendunt potius, tum omnia allodia fuiſſe Stam-Güter. Iſta porro hypotheſi ſemel admiſſa, ut oſtenderetur, eo clarius origo, cur in allodiis procerum ſuccederent mares præ fœminis, neceſſe fuit illam rationem invenire, quaſi proceres tum temporis illa bona allodialia tuendæ dignitatis & officii cauſa ante electos reges a republica jure patrimonii obtinuerint, quod & ipſum tamen in legibus antiquis, aut hiſtoriis nusquam deprehendere potuimus, certe non apparet ex legibus ibidem adductis. Unde nec hanc aſſertionem admittere poſſumus. XXX.

XXX. Nec mirum quod iſte modo memoratus locus non conveniat cum doctrina alibi tradita. Terræ & prædia Salica,“ inquiunt, id eſt Francica dicta ſunt, quia“ fuere prædia regni & officiis regni & vicisſim hæc officia terris cohæſerunt. Conceſſæ autem hæ terræ fidelibus dupliciter,“ vel in *feudum* ſive beneficium, quo jus“ *proprium* ſcilicet dominium utile in eos“ tranſiit, vel in *allodium*, quo *ſola adminiſtratio* cum reditu & certis juribus. Ex quo“ notandum, fideles quoad has terras Sali-“ cas ſeu regni plus juris habere in feudis“ quam in allodiis. In illis enim dominium“ utile, atque adeo jus proprium ipſis competit, in his tantum perceptio redituum,“ ac jurium cum adminiſtratione, ſeu procuratio quaſi in rem ſuam.“ Item quod feudorum melior fuerit conditio quam alodiorum.

XXXI. Etſi enim hic repetatur terras Salicas datas eſſe ob officia regni (videlicet proceribus) quod absque fundamento dici, modo oſtendimus, z) tamen eo ipſo, quo allodia dicuntur conſtitiſſe in mera adminiſtratione, & feuda in dominio utili, adeoque feudorum melior dicitur fuiſſe conditio quam allodiorum, doctrinæ præcedenti ſatis evidenter contradicitur, nec tamen & hæc variatio convenit cum natura rei. *a*) Quod neque priori aſſerto eſt conveniens.

z) Deprehendo etiam variari in ratione illius aſſertionis. Nam alibi dicitur *Terræ Salicæ ut ipſi proceres Salici i. e. Palatini.* Hic connexionem

admitto. Si enim terræ Salicæ ſunt Palatinæ, erunt utique terræ ob officia Palatina datæ. Sed nego ibi, quod terræ Salicæ dictæ ſint quaſi Palatinæ, ſunt enim potius dictæ quaſi francicæ, ut in alio loco conceditur. Et alibi: «Leges Salicæ quæ a Francis & de Francis latæ, »cum diſponunt de terra ſua francica, eam terram Salicam vocant.» Jam vero ſi terra Salica dicitur Francica, nego conſequentiam, quod denotet ſaltem terram Palatinorum. Uti enim in ſtatu libero Franci qui leges tulerunt non excluſerunt ullos ingenuos, & dum lex Salica de Francis lata eſt, non lata eſt de ſolis Palatinis, ita etiam terra Salica denotat terram quorumvis ingenuorum. Ut taceam in ſtatu reipublicæ liberæ vel nulla, vel certe pauciſſima & non adeo magni momenti fuiſſe officia Palatina. Unde jam facile ex dictis & quæ ſupra *ad th. 29. lit. y.* notata ſunt reſponderi poterunt ad ea quæ docentur alibi.

a) Uti enim mallem ſaltem veſtigia quædam apparere, unde probetur, in allodiis, (etiam in ſtatu regio) officiales habuiſſe ſaltem jus adminiſtrandi: ita cum nullæ etiam pro hac aſſertione afferantur rationes, non poſſum non, eam deſerere, aut certe licebit, absque cujuscunque indignatione de ea dubitare. Feuda quod concernit, jam ſupra oſtenſum fuit *th. 22. & 23.* quod ab initio horum ſaltem adminiſtratio & reditus ad fideles regni pertinuerint, non dominium utile. Hinc igitur jam ſua ſponte corruit illatio, de meliore conditione feudorum, quam allodiorum. XXXII.

Digitized by Google

XXXII. Non minor eſt variatio aliorum de terra Salica, poſtquam ſemel a vera expoſitione legis Salicæ de alodibus ſupra §. 20. propoſita fuit receſſum. Modo enim docetur: Bona immobilia dici avita ſive Alode ſive hereditates, Francis *terram Salicam*, Alemannis Adel-Erbe, Adelode unde Allode, *b*) modo recte quidem notatur Wendelinus terram Salicam de feudis exponens *c*) ſed quod additur, terram Salicam eſſe tertiam ſpeciem & ab allodio & feudo diſtinctam, id, nec ibi, nec in loco ad quem fit remiſſio, *d*) probatur, aut ſaltem ullo modo redditur veriſimile. Item multiplex variatio de terra Salica.

b) Dn. Schilter *ad Jus Feud. Alem. c. 64. §. 7.* quæ hic deſiderem docent antecedentia.

c) Dn. Schilter *Exerc. ad Pand. 41. th. 61. & 62.* Additur ratio, ſi terra Salica eſſet feudalis in dicto textu, etiam regnum Salicum fore feudale. Quæ an omnibus ſe ſit approbatura, neſcio. Illa melior, quod terra Salica ſit antiquior feudis, (potiſſimum intuitu illius legis Salicæ) Cæterum Wendelinus quem hic recte notat Dn. Schilter, ita vage & varie ſcribit de terra Salica *p. 185.* ut neſcias, an eam pro allodiali habeat, an pro feudali, an pro tertio aliquo ex utroque mixto.

d) Dn. Schilter *in notis ad Betſium de pactis famil. illuſtr. cap. 10. §. 17. p. 516.* Ubi hæc leguntur. *Alodem & terram Salicam non debemus pro ſynonymis accipere, quippe in lege Salica ſatis diſtinctas. Atque in Alode jure Francorum fœmi-*

næ non excluſæ, in terra Salica excluſæ, ut ex inſpectione legis Salicæ conſpicitur. Nos contrarium oſtendimus ſupra *in nota ad §. 20.* eundem eſſe ſenſum legis Ripuariæ & Salicæ, adeoque terram Salicam ibi minime opponi alodibus nec diverſam a ſucceſſione in allodia eſſe in terram Salicam ſucceſſionem. Cæterum fœminas lege Salica non plane a ſucceſſione in terram Salicam excludi, etiam Tilius agnovit ibidem deſcriptus a nobis, etſi alias nec ipſe textum legis Salicæ, ut ibi notatum, perfecte exponat.

Et diſtinctio fiſcalinorum a Salicis ſecundum Vadianum

XXXIII. Neque omittenda ſententia Vadiani, qui forte & alios hactenus memoratos ſeduxit, docentis *e*) agros in gente Alemannorum varios eſſe, fiſcalinos ſcilicet, quorum reditus fiſcis principum deſerviebant, vulgo **Ehrſchätzige Hof-Güter**, item agros Salicos ſeu terram Salicam, quæ illa ſervitute vacabant, & quæ vulgo **freye Lehn-Güter** vocantur. Nos contra docuimus prædia fiſcalia eſſe feudalia *f*) & terram Salicam allodialem.

e) *In Epiſt. ad Bulling. ap. Goldaſt. T. 2. rer. Alemann. p. 59.* unde excerpſit Schilt. *diſſ. de bonis laudemialib. §. 13. in Comm. ad J. F. A. p. 625.*

f) Supra *th. 25.* quamvis forte in hac aſſertione poſſit conciliatio inſtitui, diſtinguendo inter prædia fiſcalia & fiſcalina, ut illa ſint, quæ ex fiſco regio dabantur fidelibus, hæc, quorum reditus pertinent ad fiſcum.

Feuda paulo poſt ele-

XXXIV. Satis puto, conſtat ex hactenus dictis, Franciam ante electos reges ſaltem ſci-

sciviſſe allodia, ignoraſſe feuda. Sub regibus vero mox feudorum origo fuit, cum reges prædia bello acquiſita diviſere ducibus & militibus, idque beneficiario jure ſub lege fidei & ſervitii. *g*) Sub quo rege præciſe beneficia orta ſint, non conſtat. Id conſtat, jam ſub Clodovæo magno *h*) talium *beneficiorum* fieri mentionem, *i*) ſub ſucceſſoribus, eorum, & *Leodium*, ſeu *Leudium*, id eſt, vaſallorum mentionem ſubinde continuari. *k*)

Clodos reges Franciæ orta.

g) Alteſerra *de feudis Gall. c. 1. p. 4.*

h) Qui regnavit ab anno Chriſti 484. usque ad annum 520. *Helvic. in Tabb.*

i) Locum Aymoini vide apud Alteſerram *d. l.*

k) Loca Gregorii Turonenſis aliorumque vid. *ibid.*

XXXV. Quemadmodum ergo certum eſt, apud Francos feuda ortum ſumſiſſe priusquam Longobardi Italiam attigiſſent, quod ante annum 583. factum non eſt; ita plane commentitium eſt, quod nonnulli ajunt, Longobardos, occupata Italiæ parte agros ducibus & militibus diviſiſſe, ſub iis conditionibus, quæ relatæ ſunt in libris feudorum, ut potius feuda ex regno Franciæ in Italiam & regnum Longobardicum tranſiverint. Nam occupata Italia per Longobardos non alia legitur rerum ratio inſtituta, quam quæ fuerat ſub Gothis, nimirum tertia prædiorum erepta veteri poſſeſſori, vel tertiæ frugum vectigal indictum. Et in Longobardorum regum legibus ex

Longobardi feuda ignorarunt, dum ſub ſuis fuere regibus.

ſolæ quæ auctores habent Carolum & ſucceſſores de materia feudorum tractant. *l*)

l) Alteſerr. *d. l. p. 3. 4.* Unde in legib. Longob. eſt quidem *lib. 3. tit. 8.* de beneficiis. Sed ſunt omnes leges Carolinæ.

Feuda olim vocata bona de munere regio, poſtea beneficia.

XXXVI. Ipſa vero feudi vox recentior multo rei origine. Initio diu res feudales, cum ex liberalitate & beneficio regum Franciæ deſcenderent, generica appellatione muneris & beneficii nominata ſunt, & primo quidem bona *de munere regio*, in hiſtoricis & formulis ſtirpis Merovingicæ denotarunt feuda, *m*) poſtea, & maxime ſub familia Carolingica *beneficiorum n*) nomine appellata ſunt.

m) Dufresnius voce *munus regium*. Vide ſupra excerpta ex formulis Marculfi *ad th. 9.* quem ſub Dagoberti filio circa an. 660. vixiſſe jam notavimus *ad th. 16.* Conf. alium locum Turonenſis de rege Guntrano ap. Alteſerram *d. l. p. 4.*

n) Uti enim modo memoratum, titulus legum Longobardicarum de beneficiis continet leges Carolinas. Et in toto volumine legum Longobardicarum vox feudi non occurrit. Fuit autem beneficiorum vox etiam latinis in uſu in ſignificatione affini. Loca autorum vide apud Dufresnium *voce beneficium*. Unde quædam excerpit Schilt. *de nat. ſucceſſ. feud. c. 1. §. 3.*

Quæ vox tamen tum denotabat etiam bona eccleſiis conceſſa.

XXXVII. Erat autem vox beneficii paulo latioris ſignificatus, quam feudi, denotans videlicet prædia a rege in uſumfructum ad dies vitæ conceſſa *o*) ita ut ſub hoc

laxi-

laxiore significatu comprehenderentur etiam beneficia ecclesiastica quæ hodienum post inventam feudorum appellationem, istud beneficiorum nomen sibi solis vindicarunt. *p*)

o) Dufresnius *voce beneficium*. Putat equidem Dn. Schilter *in Comment. ad rubr. Jur. Alem. p.* 4. beneficiorum nomine primis temporibus denotata esse bona censitica ex Vadiano. Sed hæc ejus observatio nondum se nobis probavit, & de Vadiano jam supra diximus. *§.* 33.

p) Conf. Ill. Dn. Cocc. *Jur. publ. prud. c.* 15. *n.* 9.

XXXIIX. Quo vero tempore feudi nomen latine receptum fuerit, nondum satis constat. Seculo undecimo jam fuisse in usu nullum est dubium. *q*) Ex altera parte certum est in capitularibus regum Franciæ vocem feudi nondum extare. *r*) An vero plane seculo nono & decimo ea fuerit incognita dubium. Si constitutio de expeditione Romana, quam Freherus edidit, Caroli Crassi foret, deprehenderetur ex ea, quod jam seculo nono vergente cœptum fuerit, feudi nomen usurpari. *s*) At, si ea constitutio Conradi Salici est, ut quidam statuunt, pertinet & ipsa ad seculum undecimum. *t*)

Dubium an feudi vox ante seculum undecimum fuerit in usu.

q) Schilt. *ad rubr. jur. Alem. p.* 7. *& de nat. success. feud. c.* 1. *§.* 3.

(Francise.

r) Vide indicem Baluzii ad capitularia regum

s) Est enim constitutio prout subscriptio habet, edita anno 884. Etsi vero sint, qui vel propter hanc ipsam vocem chartam hanc suspectam

habeant, circa tamen ea tempora, nempe Caroli Simplicis, Rudolphi & Lotharii ex veteribus tabulis eam adſtruit Dominicus. Dufresnius *voce feudi p. m. 406.* ubi tamen alias falſa chartas antiquiorum temporum ſimul notat.

t) Vide omnino Schilterum *ad cap. 8. jur. Alem. §. 10. ſeq. pag. 98. ſeq.* ubi plures autores citat hanc quæſtionem tractantes, cujus diſpectionem alii tempori reſervamus. Interim ipſe Schilterus tamen *de nat. ſucceſſ. feud. d. §. 3.* uſum vocis ſeculo decimo admittit.

Et juris feud. origo Francis debetur, non Longobardis.

XXXIX. Atque ſic præparata via de origine feudorum jam multo facilius intelligitur doctrina de origine juris feudalis, & quod ea minime debeatur Longobardis, *u*) ſed potius Francis, *w*) quibus & origo feudorum debetur.

u) *vide ſupra §. 2. & 35.*

w) *ſupra §. 3. & 34.*

Antiquus codex Freherianus de beneficiis.

XL. Cæterum non mirandum, quod non habeamus jura ſcripta, a regibus Franciæ feuda primum introducentibus publicata, quia nimirum non in uſu tum erant Francis leges ſcriptæ, ſed magis utebantur jure non ſcripto ſeu conſuetudinario. Extant tamen inter capitularia CaroliM. nonnulla quæ jam de beneficiis diſponunt *x*) etſi feudorum nondum fiat mentio. *y*) Et neceſſe eſt, codicem antiquum juris feudalis, quem poſſedit Freherus *z*) fuiſſe ab autore Carolingis fere coævo collectum, quia & ibi teſte Frehero, nusquã feudi, ſed ſemper beneficii vox occurrit. *a*)

x) Quæ-

Digitized by Google

x) Quædam jam ſupra excerpſimus *ad §. 5. ſeqq.* Plura vide apud Schilt. *in Comm. ad rubricam Juris feud. Alemann. §. 9.*

y) Ob rationem §. 36. dictam.

z) Meminit ejus Freherus in notis ad Caroli III. Conſtit. ad verba: *Feodo ſuo* & ex eo in iſtis notis multa loca excerpſit. Conf. Schilt. *in præfat. ad Minuccium ab initio.*

a) Freherus *ibid.*

XLI. Optandum equidem fuiſſet, ut Freherus iſtud antiquitatis Germaniæ pretioſum ſpecimen edidiſſet, *b*) aut ut id nunc non ſit perditum. Nunc vero, cum vota ſint fruſtranea, conſolari nos poſſumus, quod, ſi non totus ille codex, certe tamen ejus præcipua capita ſint conſervata tam in jure feudali ſpeculi Saxonici, *c*) quam in Jure feudali ſpeculi Alemannici. *d*) Cujus præcipua capita petenda ex ſpeculis Saxonic. & Suevico.

b) Adde Schilt. *d. l. §. 1.*

c) Goldaſtus *in prolegom. ad collect. conſuet. & LL. German.* cujus locum excerpit Schilter *ibid.*

d) Schilter *ibid.*

XLII. Fatemur interim falſum eſſe, quod codex iſte Freheri ſit ille ipſiſſimus, quem Goldaſtus exhibuit ſub titulo: Libri Juris feudalis Saxonum, *e*) quia in editione Goldaſti perpetuo feudorum fit mentio. *f*) At Freherus dixerat, in ſuo codice feuda ſemper vocari beneficia. Ut adeo nullum ſit dubium Goldaſti illum librum deſumtum eſſe ex Juris Saxonici corpore Polonico Cracovienſi. *g*) Falſum tamen, quod Goldaſtus eum ediderit.

e) Ut

Digitized by Google

e) Ut quidem Goldaſtus gloriatur *d. l.*

f) Quam rationem tanquam potiſſimam, miror omiſſam fuiſſe a Schiltero *d. l.*

g) Schilt. *d. l.* Confer de hoc corpore ulterius Schilt. *in præfat. ad Jus Alemann. §. 16.* Conring *de Orig. Juris Germ. c. 29. p. 175.*

Etſi multa ex eo repetat Jus Saxonicum Goldaſti.

XLIII. Et quamvis non ſit diffitendum, omnia illa fragmenta, quæ ex ſuo codice MSC. retulit Freherus, *h*) extare in libro Goldaſti, quod Goldaſtus potiſſimum urget; falſum tamen eſt, quod id verbatim fiat, ut Goldaſtus dixit. Et præterea jam a Schiltero *i*) notatum, eandem conſonantiam utrinq; deprehendi, ſi quis fragmenta illa cum textu Alemannici juris conferat. *k*)

h) Loco *ad §. 40.* citato.

i) *d. l.*

k) Contuli, & loca juris Alemannici adſcripſi admarginem fragmentorum a Frehero prolatorum. In Goldaſti vero libro Juris feudalis Saxonici facilius inveniuntur.

Falſum etiam quod ita codex ſit idem cum J. F. Alemannico Schilteri.

XLIV. Interim nec codex juris Alemannici feudalis, qui extat in ſpeculo Svevico, poteſt venditari pro illo ipſo codice Freheriano, partim quia ſpeculum Svevicum eſt lingua germanica conſcriptum; partim quia conferenti fragmentorum Frehernorum loca parallela, quæ extant in ſpeculo Saxonico, ſive germanico, ſive illo latino Goldaſti, cum iis, quæ extant in jure feudali Alemannico, patebit, jus feudale illud Saxonicum propius accedere verbis frag-

Digitized by Google

fragmentorum Freherianorum, quam jus feudale Svevicum, quoniam nempe, ut alibi *l*) docuimus jus feudale Saxonicum antiquius eſt, quam compilatio ſpeculi Svevici, & quia hujus compilator in toto ſpeculo Svevico magis retulit ſententiam ſpeculi Saxonici, quam ejus verba.

l) in hiſtoria Juris Romano-German. §. 105. & 111.

An compilatio Juris Svevici ſit antiquior Saxonica compilatione.

XLV. Cum vero celeberrimus Schilterus noviſſime contrariam ſententiam defendere ſuſtinuerit, arbitratus, compilationem juris Svevici eſſe multo antiquiorem Jure Saxonico, & vero ab illa hypotheſi multa alia dependeant, interpretationes ipſorum textuum, quando inter ſe diſſident duo illa ſpecula, aut obſcure loquuntur, reſpicientia, ideo opus eſt, ut ea de re quædam proponantur diſtinctius.

Sententia affirmans autorem habet Lambecium.

XLVI. Scilicet Schilterus hic ſecutus fuit Petrum Lambecium *m*) qui gloriatur, extare in bibliotheca Vindobonenſi codicem MSC. continentem libros duos antiqui juris germanici, ſub imperatore Friderico II. compoſitos, quorum prior inſcribatur das Landrecht-Buch; poſterior autem das Lehen-Buch. Optimæ notæ eſſe illum codicem & non vulgaris pretii, quippe quo vix alius ejus generis ullus vel antiquior vel magis authenticus reperiatur, quoniam eo inde a Rudolphi primi temporibus usque ad imperatorem Maximilianum I. plerique omnes principes Auſtriaci

pro-

Digitized by Google

propriis manibus atque oculis uſi ſint. Impreſſos quidem eſſe duos illos libros Argentorati ſive Strasburgi typis Matthiæ Hupfuff An. 1505. in folio ſub hoc titulo **Käyſerlich und Königlich Land- und Lehn-Rechte nach gemeinen Sitten und Gebrauch der Rechten**, ſed quam vitioſa & mutila ſit illa editio, primo apparere intuitu, ſi quis eam cum præſtantiſſimo hoc codice MSCto Ambraſiano vel obiter contulerit. Similiter etiam inde videre licere, quantopere iidem duo libri ad Eccone de Repkau in ſpeculo juris Saxonici, vulgo **der Sachſenſpiegel** dicto, & in Jure feudali Saxonico, vulgo **das Sächſiſche Lehn-Recht** appellato, mutilati, corrupti & interpolati ſint.

m) Comment. de Biblioth. Cæſar. Lib. 2. c. 8. p. 825.

Rationes Lambecii.

XLVII. Speciminis loco & ut memorabili exemplo probet dicta, provocat Lambecius, ad capitulum aliquod de regis electione, ubi nulla fiat mentio regis Bohemiæ, ſed loco ejus ducis Bavariæ in codice illo Ambraſiano, *n*) unde conſtet, eo tempore, quo antiquum illud jus germanicum & ipſe authenticus Ambraſianus exaratus ſit, ſeptimum S. Rom. imperii electoratum una cum officio Archi pincernatus fuiſſe penes ducem Bavariæ. In ſpeculo autem juris Saxonici, cui ille locus mutile & interpolate inſertus ſit, nullam fieri mentionem ducis Bavariæ ſed regis Bohemiæ, & inſimul addi,

Digitized by Google

di, quod rex Bohemiæ non ſit Germanus, *o*) quod tamen falſum ſit, ſi intelligatur, Bohemiam non eſſe provinciam Germaniæ, cum contrarium demonſtraverit Goldaſtus. *p*) Ergo corrigenda eſſe iſta verba ex editione juris germanici illa Argentoratenſi, *niſi* rex Bohemiæ ſit Germanus. *q*) Hinc ergo rectiſſime colligi ſecundum primitivam eligendi imperatoris Romani legem, regem Bohemiæ haberi pro electore & Archi-Pincerna, ſi ipſe ſit Germanus, vel ratione utriusque parentis, *vel minimum* alterutrius, & contra, ut idem non haberetur pro electore & Archi-Pincerna ſi illi deſit vel tota *vel dimidia* origo natalis germanica, quo caſu ad ducem Bavariæ illius loco officium Archi-Pincernatus una cum jure eligendi pertinuiſſe. Talem caſum vero contigiſſe ſub Friderico II. quo tempore antiquum illud jus germanicum compoſitum ſit. Cum enim ineunte anno Chriſti 1231. Premislaus rex Bohemiæ obiiſſet, filiusque ejus ac in regno ſucceſſor Wenceslaus, cognomine Monoculus æque ac pater graviſſimum imperatori Friderico II. ſe præbuerit hoſtem, motam illi eſſe hac occaſione controverſiam de electoratu & Archi-Pincernatu, tanquam nec per patrem nec per matrem Germano, ſed reſpectu quidem paternæ originis Slavo, maternæ autem Hungaro. Hoc igitur nomine abjudicatam eſſe illi electoralem dignitatem, ejusque loco du-

ducem Bavariæ pro electore & Archi-Pincerna cœpiſſe haberi, *r*) adeoque in hujus rei teſtimonium ipſi illi juri germanico id fuiſſe inſertum. Et meminiſſe ejus rei etiam Albertum Stadenſem, *s*) qui & ipſe dum de rege Bohemiæ loquitur, non de quolibet intelligendus ſit, ſed in ſpecie de rege Venceslao Monoculo. Hinc etiam patere, quomodo concilianda ſint duo illa diverſa imperatoris Rudolphi I. diplomata, quorum primo contra Ottocarum regem Bohemiæ pro Henrico duce Bavariæ res de electoratu deciſa ſit, in ſecundo vero Venceslao regi Bohemiæ Ottocari filio electoratus ille ſit adjudicatus &c.

n) *in capite* wer dem Chunig chiſen ſoll, *verbis:* der Hertzoge van Pajern hat die vierte Stimme an der Chur, und iſt des Reichs Schenche, und ſoll dem Chunige den erſten Becher tragen. Dieſe vier ſullen tütſche Man ſin von Vater und von Mueter, oder von eintwederinn.

o) *Lib. 3. art. 57. verbis:* Der vierte iſt der Schenck des Reichs, das iſt der König von Behem, der hat keine Wahl, darumb daß er nicht teutſch iſt.

p) *lib. 1. de regno Bohemiæ.*

q) Ita ſcilicet legendum eſſe. *Quartus eſt Pincerna imperii, nempe rex Bohemiæ. Hic autem non habet jus eligendi, niſi ſit natione Germanus reſpectu tam patris quam matris, vel ſaltem alterutrius.* Ita enim extare in editione illa Strasburgica juris Alemannici: Der vierte iſt der

der Künig von Böhem des Reichs Schenck, und ſoll dem Künig den erſten Becher bieten. Doch iſt zu wiſſen, daß der Künig von Böhem kein Kur hat, wann er nit ein teütſcher Mann iſt. Dann die vier Leyen Fürſten ſollen teütſche Mann ſeyn von Vater und Mutter oder von eyntwedern.

r) Citantur eum in finem a Lambecio Eliæ Reuſneri *genealogia Slavica veterum regum Bohemiæ p.141.* & Dubravii *hiſtoria Bohemica lib.15. & 16.*

s) Adelbertus *in Chronico:* Anno Domini 1240. Papa Gregorius (IX.) inſolentias Imperatoris (Friderici II.) contra eccleſiam metuens, principes ſuper electione alterius ſollicitavit, ſed nihil profecit, quia quidam principum ei reſcripſerunt, non eſſe ſui juris Imperatorem ſubſtituere, ſed tantum electum a principibus coronare. Electio enim ad iſtos dignoſcitur pertinere. Ex prætaxatione principum & conſenſu eligunt Imperatorem Trevirenſis, Moguntinus & Colonienſis, Palatinus eligit, quia Dapifer eſt; dux Saxoniæ, quia Mareſchallus, & Marggravius de Brandenburg, quia Camerarius. *Rex Bohemiæ, qui eſt Pincerna, non eligit, quia non eſt teutonicus.*

XLVIII. Jam ad iſta paucis reſpondendum: (1.) quod codex ille Ambraſianus contineat jus ſub Friderico II. compoſitum, mallem ut ratione aliqua probaſſet Lambecius, quod cum non fecerit, non videtur ea res majorem fidem mereri, quam cum gloſſa juris feudalis Saxonici dicit Fridericum II. Qui multa falſa ac dubia ſupponit pro veris.

dediſſe Saxonibus jus feudale. *t*) Eadem ratio eſt (2.) aſſertionis quod codice illo Ambraſiano plerique omnes principes Auſtriaci a Rudolpho ad Maximilianum primum propriis manibus atque oculis uſi fuerint. Unde enim hæc habet Lambecius? An ipſi codici Ambraſiano hæc obſervatio adſcripta eſt? Et cur non memorat? quis vero eſt, qui illud adſcripſit? Et unde hic hauſit? (3.) ſublata vero fide de tanta antiquitate illius codicis, petitio principii eſt, editiones juris Suevici, quibus hodie utimur, eſſe mutilas & mancas, ubi a codice Ambraſiano diſſentiunt. *u*) (4.) Tantum autem abeſt, ut codex ſpeculi Saxonici, quando diſſentit a codice Ambraſiano, habeatur pro mutilo & interpolato, ut potius codex ille Ambraſianus (tanquam poſterior ſpeculo Saxonico, etiamſi a Rudolpho I. fuiſſet uſurpatus *w*) hunc interpolaverit, & multa inutilia adjecerit. *x*)

t) *Ad caput ultimum juris feudalis Saxonici*, etſi eam ſequatur Schilterus *in præfatione ad Minuec. jus feudale §. 1.*

u) Optandum eſſet, ut Schilterus etiam jus provinciale ex codice illo Ambraſiano imprimi curaſſet, præprimis cum ille ipſi fuerit a Lambecio ex bibliotheca Cæſarea communicatus *vide præfat. ad jus feud. Allem. §. 19.* Melius ita meritus fuiſſet de jure germanico, vir alias de eo immortaliter meritus, quam dum publicavit Minuccii aut Baratterii libellos feudorum.

Et

Et tum ex oculari inſpectione ejus haud dubie conſtaret, quam parum pertinens ſit judicium Lambecii de antiquitate hujus codicis.

w) vide hiſtoriam Juris Romani & German. §. 101.
x) ibid. §. 111.

XLIX. Iſtud vero ſpecimen, quo Lambecius ſententiam iſtam ſuam probare nititur, tot continet dubia aut plane falſa, ut mirer, tantum virum non melioribus rationibus inſtructum iſtud paradoxum propoſuiſſe; magis mirer, ejus ſententiam ab alio viro antiquitatum germanicarum alias peritiſſimo fuiſſe approbatam. *y)* Nam quod (1) affert, in illo codice Ambraſiano ducem Bavariæ loco regis Bohemiæ inter electores collocari, iſtud minime probat, codicem illum eſſe antiquiorem jure Saxonico, ut potius dicendum ſit, textum juris Saxonici in codice illo ex Mſc. Bavaricis *z)* eſſe interpolatum, in odium videlicet regis Bohemiæ. (2) Tantum abeſt, ut Goldaſtus probaverit, Bohemiam pertinere ad jus germanicum, ut potius contra Goldaſti fabulas aſſertio juris Saxonici ſit in ſalvo. *a)* (3) Falſiſſimum eſt, jus Suevicum novioris editionis Argentoratenſis dicere regem Bohemiæ non eligere, *niſi* ſit Germanus. Nam phraſis illa **wann er nicht ein teutſcher Mann iſt**, ita vertenda, *quia* non eſt Germanus, non *quando*. Et ita accepit etiam Goldaſtus ipſe. *b)* (4) Aperta contradictio eſt, regem Bohemiæ poſſe eligere Imperatorem, ſi minimum

In ſpecimine Lambecii de lite inter Bohemum & Bavarum ſuper electoratu multa notantur.

mum ratione *alterutrius* parentis sit Germanus, & tamen eum non haberi pro electore & archi-pincerna, si illi *desit dimidia* origo natalis germanicæ. (5) Fabulam sapit traditio Lambecii, quod sub Fridericoll. Wenceslao monoculo, tanquam neque ex patre neque matre germano controversia de electoratu mota sit, & ejus loco dux Bavariæ pro electore haberi cœperit. *c*) (6) Somnia sunt, quod locus Alberti Stadensis non intelligendus sit de rege Bohemiæ in genere, sed in specie de Wenceslao monoculo *d*) uti somnia sunt, quæ Goldastus huic loco objicit. *e*) (7) Denique illud Lambecii paradoxon non est aptum ad conciliandas duo illa diversa Rudolphi I. diplomata *f*) sed aliis conciliandi mediis hic est opus. *g*)

y) Ab Ill. Dn. Hertio *in Coll. Msc. Juris publ. P. 3. c. 6. §. 3.* vid. notas nostras *ad Illustr. Cocc. Jus publ. c. 12. §. 15.*

z) Nam codices Bavaricos ita legere observavit ipse Dn. Schilterus *Comment. ad c. 8. Jur. feud. Alem. §. 3. & 6.* defendens etiam lectionem speculi Saxonici, & ostendens simul, illam variationem lectionum ortam esse ex lite Bohemi & Bavari tempore Rudolphi, unde novum argumentum oritur, quod codex ille antiquissimus Ambrasianus non possit esse antiquior ista lite.

a) Goldasti doctrinæ possunt opponi eique responderi ex principiis distincte expositis ab Ill. Dn. Cocc. *cap. 3. sect. 4. & c. 12. potissimum §. 15.*

b) Gol-

b) Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib. 3. cap. 5. §. 3. p. 283.*

c) Citatus enim Dubravius *in d. l. 15. & 16.* ne minimam conjecturam quidem ſuppeditat, unde ſaltem præſumtio oriatur, litem Wenceslao monoculo a Bavaro de electoratu vel Archipincernatu eſſe motam. Quin potius omnes, qui hiſtoriam illius controverſiæ memorant, eam ad tempora Richardi & Rudolphi I. referunt. *vid. Dn. Schilt. ad d. c. 8. §. 6. & de libert. eccleſ. German. lib. 3. cap. 8. §. 19. ſeq. Goldaſt. lib. 3. c. 7. §. 2. 3.* Illud vero plane abſonum, quod Lambecius demum ab illo tempore electoratum & Archiofficium Bavarici derivare videtur. cum tamen olim diu ante Bohemum Bavarus hoc officio fuerit functus. *vide Ill. Dn. Cocc. d. l. c. 12. §. 1. 5. 6. 8.*

d) Oſtendit enim contrarium integer contextus Alberti Stadenſis *in loco ſupra ad §. 47. lit. s. deſcripto.* Et ita eum intellexit etiam Goldaſtus *de regno Bohem. l. 3. c. 5. §. 3.* Conf. Dn. Schilter. *ad d. c. 8. §. F. A. §. 5. p. 94.*

e) Putat Goldaſtus *d. l.* quod Albertus Stadenſis tempore Frid. II. vixerit, & ita Epkonis a Repkow coætaneus (quod quidem jam in medio relinquo) forte etiam Epkonis Collega & in jure compilando coadjutor fuerit, ubi recte Dn. Schilterus adjecit *d. l.* Tranſeat cum cæteris.

f) Extant illa; prius pro Bavaro apud Goldaſtum *Tom. I. Conſt. ad annum 1275. rubr. de jure eligendi inter reges Bohem. ad ducem Bavar. controv.* Poſterius pro Bohemo ap. Lima. *lib. 3. cap. 8. n. 3.* Et Goldaſt. Reichsſatz. *ad ann. 1290.*

fol. 31. & Tom. II. Conſtit. ad d. ann. fol. 85. Quod autem ex opinione illa Lambecii reſcripta illa duo Rudolphi non poſſint conciliari inde patet, quia Ottocarus contra quem in primo reſcripto pro Bavaro definiverat Rudolphus matrem habebat germanicam, Cunegundin Imperatoris Philippi III. filiam, Wenceslaus vero ejus filius, pro quo poſtea contra Bavarum pronunciaverat Rudolphus natus erat ex matre non germanica, ſcilicet ex Cunigundi Bulgarica. *Vide Dubrav. d. lib. 15. & 16. Lohneieri Tabulas genealogicas regum Bohemiæ*, cum tamen ſecundum illam explicationem Lambecii Rudolphus potius ſententias ſuas invertere debuiſſet.

g) Inter poſſeſſorium & petitorium communiter diſtingui ſolet, & fundatur ea diſtinctio in ipſis verbis reſcriptorum. *Conf. Illuſtr. Dn. Coccej. cap. 12. §. 16, 17.* Interim color ſaltem & prætextus decidendi latet in illa diſtinctione. Vera cauſa fuit diſtinctio inter Rudolphum hoſtem Ottocari, & ſocerum ac amicum Wenceslai. Facit huc ultima clauſula in reſcripto Rudolphi poſteriori, ubi *ex plenitudine poteſtatis* Imperator dubia omnia præſcindit.

Schilteri rationes pro ſententia Lambecii.

L. Remotis Lambecii rationibus jam non difficile erit oſtendere, quid reſpondendum ſit aſſertionibus Schilteri pro confirmanda ſententia Lambecii allatis. Is putat, anno primo Ottonis IV. ſive A. C. 1208. librum illum juris provincialis & feudalis in comitiis Norihergenſibus eſſe publicatum, adeoque non demum ad Fridericum II. de-

Digitized by Google

demum aut Rudolphum I. (ut Lambecius fecerat) referendum esse corpus juris germanici, sed longe antiquius esse, quia in jure Alemannico mentio fiat summi judicii regii, quod regem sequatur, & judiciorum provincialium der Landgerichte, ac nullum intermedium ibi agnoscatur. At intermedium Rotwilense constituisse Conradum Imperatorem anno 1146. Igitur jus Alemannicum antiquius esse judicio Rotwilensi & consequenter interregnum pariter & Fridericum anteceſſiſſe. Cæterum ex ipsa collatione patere, sententiam Lambecii, quod jus Alemannicum sit vetustius Saxonico, Saxonicum contra quoad stilum deductius ac recentius, atque cum exemplaribus juris Alemañ. recentioribus magis conveniat. *h*)

h) Dn. Schilt, *præf. ad Jus feud. Alem. §. 15. 16. 17.*

LI. Hic optarem, ut primariam assertionem Schilterus de publicato legum codice sub Ottone IV. melius probasset. Nam quod initio ad testimonium ex antiquiori codice MSC. Argentoratensi attinet, quod in calce libri extat *p. 204.* & in quo nervus quasi sententiæ hujus consistit, id equidem non magnum excitabit fidem in animis circumspectiorum. Nam (1) in titulo libri a secundi manu extat, in quibusdam MSC. librum illum feudalem appellari Käyſer Karls Lehn-Buch, & tamen Dn. Schilterus illi MSC. noluit credere sed maluit librum hunc Ottoni IV. vindicare. (2) Ipse Schil- Quibus respondetur.

terus fatetur & apparet ex *d. p. 204.* illud MSC. Argentoratenſe, nomen Imperatoris omiſiſſe, & poſuiſſe annum 1008. pro 1208. Etſi vero id adſcribat imperitiæ amanuenſis, ſufficit tamen, quod nec verba MSC. illius ſententiam Schilteri probent. *i*)

i) *vid. Schilterus d. §. 15.*

Ih & autoritatibus ab eo adductis.

LII. Quæ porro pro adſtruenda ſua ſententia ibidem Vir clariſſimus affert loca ex Gotfrido Monacho, Radevico, Meibomio, ea illuſtrare quidem poſſent argumenta probantia, ſi talia attuliſſet, at ipſa non poſſunt ſuſtinere locum argumentorum probantium, ut cuilibet ea curatius inſpicienti ad oculum patet.

Argumentum ex ipſo Schiltero contra aſſertionem illam.

LIII. Imo oblitus videtur Vir celeberrimus ſuæ hypotheſeos, dum contra Lambecii hypotheſin ad tempora Friderici II. aut Rudolphi I. publicationem codicis illius referentem, affert rationem, quod in jure Alemannico non fiat mentio judicii Rotwilenſis. Si enim jus Alemannicum, ut inde infert, eſt antiquius judicio Rotwilenſi, erit etiam antiquius Ottone IV. quanquam, ut verum fatear, argumentum illud probare nequeam. Nam & Epko de Repkow judicii Rotwilenſis non facit mentionem, qui tamen haud dubie diu poſt inſtitutionem ejus collectionem ſuam publicavit.

Collatio juris Alemannici &

LIV. Denique ocularis inſpectio & collatio juris Alemannici cum Saxonico probat quidem diſconvenientiam utriusque,

non

non probat, utrum altero ſit antiquius vel recentius, niſi aliæ conjecturæ accedant, quæ vereor, ut faveant hypotheſi Schilteri, ut potius probent doctrinam Conringii ac Goldaſti a nobis etiam ſupra defenſam. Etenim ſi nulla alia conjectura oſtenderet, codicem Alemannicum eſſe diu poſt jus Saxonicum compilatum & ex eo maximam partem deſcriptum, hæc ſola tamen ſufficeret, quod in jure Saxonico nullum veſtigium ſit juris Juſtinianei & ſucceſſionis teſtamentariæ, *k*) at in jure Alemannico ad leges Juſtinianeas quandoque compilator provocet, *l*) & legatorum, exheredationis ac teſtamenti factionis *m*) mentionem injiciat. *n*)

Saxonici potius probat contrarium.

k) Putamus enim hanc ſucceſſionem in Germaniam demum per jus Juſtinianeum vel Canonicum eſſe translatam. Dubium vero contra hanc aſſertionem alicui oriri poſſet, quod jam Marculfus, qui ſub Merovingis vixit formulas multas teſtamentarias referat. *Vide lib. 2. form. 10. 12. 17. (ap. Baluz. p. 411. 412. 415. Tom. II.) & in append. form. 47. (p. 461.) & 54. (p. 465.) & in formul. Lindenbrogii form. 72. (p. 529.) & in nova collect. formular. 28. & 29. (p. 571. 573.)* Accedit, quod Alteſerra multa exempla teſtamentorum conditorum ſub regibus Merovingis ac Carolingis & Capetingis jam diu ante inſtituras academias referat *Rer. Aquitan. lib. 3. c. 5. p. 193. 195. c. 12. p. 209. 210.* Sed facilis ad iſtam objectionem eſt reſponſio. Pertinet enim

illa teſtamentorum receptio ad Gallos vél ſubditos regum Franciæ cisRhenanos ſeu, ut Alteſerra diſerte dicit, *d. l. 3. c. 9. p. 197.* ad Aquitanos, cæterosque provinciales cisligeritanos, qui jam antequam a Francis ſubigerentur, dum ſub Romanorum jugo eſſent, codicem Theodoſianum receperant, & in quorum gratiam Carolus M. dictum codicem reſtitui, emendarique curaverat. Apud eosdem provinciales ſub Carolo Calvo obſolevit lex Theodoſiana & Novellæ Juſtinianeæ ſucceſſerunt. (Alteſ. *ibid. c. 13. p. 211. ſeq.*) Hæc omnia Germanos non attinent, qui nunquam a Romanis devicti erant, & quibus adeo jugum legum Romanarum erat impoſitum. Unde ſub Merovingis mandatum rectoribus provinciarum, ut ſinguli ſuos provinciales ſecundum conſuetudinem & legem eorum regerent, (Alteſ. *cap. 8. p. 197.*) Et in capitularibus ſuis Carolus Calvus aliquoties legem unicuique provinciæ competentem, exemplo prædeceſſorum, inprimis patris & avi ratam eſſe jubet. (Alteſ. *c. 9. p. 199.*) Eodem pene modo reſponderi poſſet ad aliam objectionem, ſi verum eſſet, quod ſcribit Bœclerus *de rebus ſeculi IX. & X. p. 6.* Carolum M. teſtamentum pie prudenterque ſcripſiſſe. Jam vero conſtat ex ſcriptoribus vitæ Caroli M. quod Bœclerus, utpote Philoſophiæ Profeſſor & Jurisprudentiæ parum gnarus, ipſorum mentem non recte perceperit, & ſic bona fide erraverit. Pluribus de hac re ſuo tempore agemus diſſertatione peculiari de origine ſucceſſionis teſtamentariæ in Germania. *l) Cap.*

Digitized by Google

l) *Cap. 61. §. 1. in Jure provinc. cap. 327. pr. ibid.*

m) *Cap. 253. & cap. 27.* Adde collationem *Capituli 389. §. 1. Juris Suevici* cum *Jure Saxonico lib. 2. art. 37.* & ea quæ diximus *in Inſtitut. Juris german. l. 1. t. 4. §. 57. item lib. 2. tit. 2. §. 62.*

n) Unde vel ex hoc capite bene feciſſet Schilterus, ſi aut ex codice illo Ambraſiano Lambecii aut ex codice ſuo antiquo Argentoratenſi, jus etiam provinciale Alemannicum edidiſſet. Si enim & ibi capitula extarent legum Juſtinianearum mentionem facientia, & materiæ teſtamentariæ, certum eſſet, jactatam iſtam antiquitatem MSCtorum illorum eſſe falſam. Quod ſi non extarent, tum probaretur quidem, ea MSC. non eſſe ita recentia, nondum probaretur tamen, eſſe antiquiora compilatione juris Saxonici.

LV. Ac tantum abeſt, ut ea quæ Dn. Schilterus in commentariis ſuis huic hypotheſi partim ſuperſtruit, eandem firment, ut potius maximam partem ad eam deſtruendam ſint aptæ, quod facile probari poteſt afferendo quædam exempla potiora. *o)*

Ut & concluſiones Schilteriæ ex hac hypotheſi deductæ.

o) Ita Dn. Schilterus *in Comment. ad cap. 60. & 61. Juris Alem. Feud. §. 11.* docet, male feceſſiſſe jus Saxonicum feudale & hujus gloſſam a jure Alemannico, quod ſtatuat, optionem &c. liberis *impuberibus* relinquendam eſſe, cum tamen jus Alemannicum diſerte dicat, id licere *puberibus*. Sed, ſi accurate adſpexiſſet textum Saxonicum Vir clariſſimus, deprehendiſſet, quod hic nævus non ſit adſcribendus textui Saxonico ſed interpreti Polono & gloſſæ latinæ. Igitur ſeduxit Schil-

Schilterum exemplar juris Saxonici feudalis, quod ipſe imprimi fecit, ibi enim *art. 29. p. 20.* non recte punctatum eſt: cum punctum debeat poni, poſt verba: **Wenn der Vater ſtirbet.** Et tum verba ſequentia & novum paragraphum incipientia: **Binnen der Kinder Jahrzahl** non debent exponi: intra tempora impubertatis, ſed intra tempora petendi inveſtituram. Conf. Zobelii editionem & verſionem germanicam. Quod ipſum Dn. Schilterum præterea docere debuiſſet, jus feudale Alemann. *cap. 92.* (apud Goldaſt. *cap. 90.*) **Ob der Herre uſſer Lande iſt in des Mannes Jorgezahl** &c. ubi idem eſt horum verborum ſignificatus. Ita aliud exemplum affert Dn. Schilterus *Exerc. 17. ad pand. th. 12.* unde probare vult jus Saxonicum eſſe poſterius Suevico. Sed rationes, quas affert, ſunt meræ petitiones principii. Et ſecundum noſtram hypotheſin eadem veroſimilitudine dicimus, compilatorem juris Suevici non recte hic intellexiſſe ſenſum juris Saxonici. Ut taceam, adhuc inquirendum eſſe, an verba: **wie jung ſie ſind**, in jure Saxonico pertineant ad *uxores*, ut vult Dn. Schilt. an ad heredes Vaſalli, & ita aperta ſit contradictio inter jus Saxonicum & Suevicum, ita, ut Suevicus interpres hic non recte perceperit mentem juris Saxonici & morum patriorum, dum voluit, ſaltem majorennium heredum conſenſum requiri. Adde, quod nec ipſe Dn. Schilterus in ſua hypotheſi ſit conſtans, dum alibi corrigit jus Suevicum ex jure Saxonico *Ex. 25. §. 3. 6. 7.* (Nam inconveniens

Digitized by Google

niens est, originale jus corrigere ex jure posteriore, quod antea accusavimus interpolasse & mutasse jus vetus.) Etsi & in illa correctione non procedat secundum regulas bonæ interpretationis, ut notavimus *in Instit. Jur. germ. lib.* 1. *tit. 6. §. 29. 30.* Denique quod Dn. Schilterus *Exerc. 16. th. 33.* putat se afferre exemplum, ubi jus Suevicum sit perspicuius jure Saxonico, uti nondum hanc perspicuitatem perspicue ibidem docuit, ita si maxime docuisset, non tamen propterea per eam tollitur antiquitas juris Saxonici, cum & ipsi in sequentibus fateamur, juris Suevici quanquam posterioris non nullum esse usum in interpretatione juris Saxonici.

Distinctiones circa historiam juris feudalis germanici præmittendæ.

LVI. Quare, ut ab ista confusione recedamus, & in historia juris germanici distinctiores formemus conceptus, distinguenda sunt ante omnia jura ipsa a collectionibus. Germani morum antiquorum olim & jurium inde ortorum valde tenaces fuerunt, in tantum, ut nonnulla, quibus jam Taciti tempore a Romanis secernebantur, adhuc hodie sint in usu. Multa tamen subinde jura mutata sunt necessario ex statu ipsius mutatione. Porro Saxones & Suevi seu cives germanici sub terris vicariatus Saxonici & Palatini, tanquam ex communi Germaniæ patria orti, communibus etiam juribus & moribus usi sunt, nisi, quatenus in pauciſſimis quibusdam negotiis diversitas inter eos observabatur. Unde etiam collectiones speculi Saxonici &

Sue-

Suevici non tam pro collectionibus jurium diverſorum, quam pro collectionibus diverſorum autorum, quorum alter Saxo, alter Suevus fuit, habendæ ſunt.

Antiquiſſima collectio ejus eſt illa codicis Freheriani.

LVII. His vero præſuppoſitis, quod antiquitatem ipſarum collectionum diverſarum attinet, ea jam de illa mea conjectura eſt, deſumta ex illis, quæ & in hiſtoria juris civilis & hactenus in hiſtoria juris feudalis docui. Antiquiſſima, de qua nobis conſtat videtur fuiſſe collectio Juris feudalis, cujus codicem poſſedit Freherus, ſed latine conſcripta, & privata magis autoritate, quam ut a rege quopiam Germaniæ in comitiis eadem fuerit confirmata. Interim tamen, cum mores patriæ, ſimplices tum temporis & omnibus notos comprehenderet, collectio hæc ſemper magnæ fuit autoritatis.

Unde ratio dari poteſt, cur Repkovius ſpeculum Saxonicum in lingua latina voluerit condere.

LIIX. Hinc verolimile etiam redditur, quænam ſit ratio, cur Repkovius ſuo tempore primum tentaverit juris provincialis mores colligere etiam & exponere in idiomate latino. Quod tamen cum non commode ei procederet poſtea dereliquit & collectionem ſuam idiomate germanico i.e. Saxonico illorum temporum edidit. *p*)

p) Scilicet haud dubie fecit, ut jungeretur ea collectio latina juri illi feudali latino. Eſt equidem communis perſuaſio, ac ſi Repkovius primitus compilationem ſuam juris provincialis ſcripſerit in latina lingua, & poſtea ex latino iterum transtulerit in linguam Saxonicam. Hei-

Digitized by Google

Heigius *q. 8. n. 49.* Conr. *de Orig. Jur. germ. p. 185.* Imo ex hoc errore putatum est, ac si latina hæc compilatio sit eadem cum illa, quæ in hodiernis editionibus Saxonicæ jungitur Conr. *d. l.* quamvis non rara sint exempla Doctorum, in expositione textuum, (ubi latina versio a textu germanico differt.) sibi non constantium, sed modo latinum pro primo & authentico supponentium, ut facit Colerus *decis. 6. n. 14. & dec. 49. n 31.* modo Saxonicum, ut idem statuit *decis. 107. n. 28.* Sed error iste ortus præcipue est ex non intellectis probe Epkonis verbis, quæ si accuratius considerentur, id volunt, quod Epko tentaverit saltem latine scribere, sed mox propositum id dereliquerit. *vid.* Conrad. Sincer. *de German. legum origine p.* 21. Et textus latinus in hodiernis editionibus Saxonico vel Germanico junctus non est Epkonis, sed interpretatio textus Saxonici jussu Sigismundi regis Poloniæ facta & sæpe Saxonicum textum vix assecuta. Schilt. *præfat. ad jus feud. Alem. §. 6. & 21.*

LIX. Quo facto facilius fuit illam collectionem antiquam juris feudalis latinam in idioma germanicum vel Saxonicum transponere, quod & paulo post confectum ab Epkone speculum Saxonicum factum fuit, *q)* sive ipse Epko hujus translationis autor sit *r)* sive alius quispiam. *s)* In Saxonia id factum esse inde constat, quod statim speculo Saxonico, ut liber quartus ejusdem, jus illud feudale fuerit adjunctum. *t)*

Quis sit autor juris feudalis Saxonici.

q) Paulo post id factum esse ostendit Conringius

de

de O. I. G. pag. 188. & conſentit Gryphiander *de Weichbild. Saxon. c. 50. n. 8.*

r) Ut putarunt Heig. *q. 8. n. 56.* Schilter in *titulo juris feud. Saxon. a ſe editi.*

s) Incertus videlicet autor, ut veroſimilius docet Conring. *p. 187.*

t) conf. Gryphiandrum *c. 39. n. 7. ſeq.* unde forte nata opinio, quod idem utriusque ſit autor.

Quod veroſimiliter eſt verſio codicis Freheriani.

LX. Hinc porro veroſimile eſt, quod illa antiqua translatio Saxonica veteris illius juris feudalis germanici, ſit facta ſecundum tales codices, qualem ſuo tempore adhuc poſſedit Freherus, adeoque nec in ordine capitulorum ibi aliquid ſit mutatum. Ut adeo majori veroſimilitudine gloriari poſſimus, jus illud feudale Saxonicum eſſe ipſiſſimum illum codicem Freherianum, ſed in idioma germanicum translatum. Præſtaret tamen textum latinum etiam extare tanquam authenticum.

Unde provenerit Jus feudale Saxonicum Goldaſti.

LXI. Cum vero ſpeculi hujus Saxonici uſus forenſis etiam in Polonia eſſet inſignis, tandem etiam ipſum ſpeculum in uſum Polonorum fuit in idioma latinum iterum translatum, ſcilicet jus provinciale pariter & jus feudale, ſed ſæpe non aſſecutus fuit interpres vim textus germanici. *u)* Atque hoc eſt illud Jus feudale latinum quod exhibuit Goldaſtus. *w)*

u) vide modo dicta *ad th. 58. lit. m. in fine.*

w) de quo ſupra *§. 41. ſeq.*

LXII.

Digitized by Google

LXII. Similiter collector ſpeculi Suevici diu poſt collectionem Saxonicam, ut hactenus ſatis defenſum eſt, opus illud ſuum formans, ubique & in Jure provinciali, & in feudali præ oculis & manibus habuit ſpeculum Saxonicum, ita tamen, ut non nudum ageret interpretem, ſed potius, ut in multis ordinem mutaret, & verba, in multis etiam ea omitteret, quæ ſucceſſu temporis non amplius valebant, in multis etiam immiſceret, etſi non ſatis pertinenter, tradita juris civilis & canonici. Quamvis hæ mutationes videantur magis deprehendi in jure provinciali, quam in jure feudali. Collector juris feudalis Alemannici ſua deſumſit ex ſpeculo Suevico.

LXIII. Eundem vero fuiſſe intuitu ſpeculi Suevici compilatorem juris feudalis, qui fuit juris provincialis, ex eo probatur, quod ſæpius in jure feudali provocet ad jus provinciale tanquam ad partem libri ſuperiorem. x) Atque unus eſt collector J. F. Alemannici, & provincialis.

x) *vid. cap. 20. & 158.* Juris feudalis Alemannici, ſecundum computationem Schilteri.

LXIV. Poſtquam hæc ita de origine & progreſſu juris feudalis in Germania, ſatis perſpicue ſunt expoſita, nunc conveniens erit, ut revertamur ad feuda Longobardica. Hæc ſupra y) monſtravimus, demum a Francis in regnum Longobardicum eſſe introducta. Cum autem populorum Longobardis in Italia ſubjectorum mores multum differentes fuerint a moribus Francorum; Differentia juris feudalis Longobardici a germanico unde?

& poſtea per artificia cleri Romani Longobardi jugum regum Francorum & imperatorum Romanorum continuis fere rebellionibus excutere tentaverint, inde facile colligi poteſt, quod etiam mores circa feuda Longobardica in multis differentes fuerint a moribus feudorum ſub regno Francico & germanico.

y) ſupra §. 35.

Longobardicum demum ſub Friderico II. collectum.

LXV. Jus vero iſtud feudale Longobardicum demum ſub Friderico II. Imperatore collectum fuiſſe jam dudum probarunt viri eruditi, ſive juſſu Friderici ab Hugolino id factum ſit, ſive ab alio privata autoritate. Id conſtat, Hugolinum eam collectionem ſub titulo collationis X. ſubjeciſſe novellis Juſtiniani, & autorem, quicunque ſit, eam collectionem compilaſſe ex ſcriptis privatis Oberti de Orto & Gerhardi Capegiſti Nigri *z)* item ex variis iisque variantibus conſuetudinibus in ipſa Italia, *a)* unde eo magis conjicere licet differentiam juris feudal. Longobardici & germanici, cum hoc circa feuda contineret fere mores conformes in vicariatu pariter Saxonico & Palatino. *b)*

z) vide Schilteri *præfat. ad Minucc. §. 2. 3. 4.* Ill. Dn. Coccej. *Hypomn. feud. tit. 1. §. 10.*

a) 2. F. 1. pr. Schilt. *d. l. §. 5.*

b) Vix enim obſervare licet differentiam in doctrina feudali inter jus Alemannicum & Saxonicum.

LXVI.

Digitized by Google

LXVI. Cæterum de juris hujus Longobardici variis editionibus & glossatoribus, modo interpretandi, capitulis extraordinariis aliisque ad historiam hujus Longobardici feudalis pertinentibus, nolumus esse prolixi, sed remittimus auditores nostros ad illa, quæ jam alii autores ea de re scripserunt. Neque enim animus est, exscribere quæ ubivis reperiuntur. *c*)

Cur de historia juris Longobardici non agatur fusius.

c) Igitur ad præced. & ad hunc §. vide præter autores modo citatos *præcognita* Hoppiana *c*, 7. Illustr. Dn. de Rhez. *Comm. ad jus feud. ad præf.* Struv. *Syntagm. jur. feud. c.* 1. & alios passim.

LXVII. Illud tamen hic non omittendum, quod jus istud Longobardicum ob varios defectus & contradictiones a multis fuerit taxatum. *d*) Postquam ergo auditum fuerat, Anton. quendam Minuccium, aut, ut comuniter a scriptoribus appellari solebat, Mericutium de Prato veteri, reformationem juris hujus tentasse, eamque Sigismundo Imperatori ad confirmationem obtulisse, dicere non possum, quantis suspiriis & votis editio hujus reformationis fuerit a JCtis expetita. *e*) Prodit tandem cura Schilteri. Postquam prodiit, cessavit ejus æstimatio, cum videlicet viderent eruditi, librum ipsum non correspondere spei perfectionis de eo conceptæ. *f*)

JCtorum vana expectatio Mericutii.

e) Nam fuerunt, qui ordinem materiarum, neglectum carperent, imo assererent quædam bestialiter ibi constituta, bonas & malas consue-

tudines fuisse cumulatas, Obertumque & Gerhardum fuisse duo pecora &c. Schilt. *praef. ad Minucc. §. 8.*

b) *Vide* Schilterum *d. praefat. §. 9.* 10. 11. 12. 13. *& Elogia Dd. Virorum praefationi illi subjuncta, praeprimis* Erici Mauritii *& quae ibi sequuntur.*

c) Et hanc fuisse veram causam arbitror, cur Mauritius noluerit illum autorem edere, vel saltem aliis monstrare. Ostendit tamen aliquem hujus libri usum Illustris Coccejus *Hypomn. feud. tit. to. §. 9. lit. q.* Sed is non magnus est, cum integer contextus illius capituli ostendat, non aliter legendum esse

Collectio juris Longobardici posterior codice Freheriano ac adeo Germanis inutilis.

LXVIII. Quemadmodum vero illa collectio juris feudalis Longobardici non fuit in usum Germanorum facta, jam diu ante eam collectionem illa antiqua, cujus codicem Freherus possedit, utentium, ita jam videndum est paucis, quo modo factum fuerit, ut jus feudale Longobardicum in foris Germaniae reciperetur, & jus feudale germanicum tantum non supprimeret.

Cum academiis tamē in Germaniam pervenit.

LXIX. Caeterum cum jus feudale in academiis Italiae per Hugolinum facta fuerit accessio juris Romani, & postea cum hoc jure Justinianeo in academias Germaniae translatum fuerit, non opus erit, ut in iis, quae hic dicenda forent, nos detineamus, sed repetenda potius huc sunt ea omnia, quae alibi diximus, quomodo jus civile ex academiis in fora tranfierit & memo-

riam

riam juris provincialis germanici ſuppreſſerit. *d*)

d) *In hiſtoria Juris civilis §. 163.-177.*

LXX. Hinc eadem quoque hic repetenda ſunt, quæ ibidem de rite formando ſtatu controverſiæ in quæſtione de uſu juris Juſtinianei, diſtinctim monuimus. *e*) Nam & de jure feud. Longobardico valebit, quod, etſi a JCtis germanis hodie in quæſtionibus feudalibus ſolum allegetur, etſi JCti germ. vel plane ignorent jus feudale germanicum, vel erronee arbitrentur, iſtud hodie in foris eſſe obſoletum & a jure Longobardico deglutitum; revera tamen jus germanicum, tam Saxonicum quam Suevicum in potiſſimis & plerisque controverſiis feudalibus etiam in foro obtineat, adeoque juris feudalis Longobardici in foris Germaniæ exiguus ſit uſus. Monita de exiguo uſu juris feudalis Longobardici in foris Germaniæ.

e) *ibidem §. 178. usque ad finem.*

LXXI. Quare non ſatis laudari poteſt conatus beati Schilteri, quod in hac juris germanici craſſiſſima ignorantia antiquitates juris hujus ex tenebris in lucem protrahere voluerit, juris provincialis quidem in commentario ad Pandectas, juris feudalis vero integro & eruditiſſimo commentario ad jus feudale Alemannicum. Et quamvis impoſſibile ſit, ut primi rerum novarum vel antiquatarum inventores omnes errorum nebulas exacte diſpellere poſſint, ſemper tamen ipſis laus Commendandus conatus Schilteri.

primi conatus manet, & non difficile eſt aliis, glacie ſemel fracta reliquas difficultates perrumpere.

Jus F. Longob. intuitu Germaniæ eſt ſaltem jus ſubſidiarium.

LXXII. Idem etiam, quod ad ſcopum noſtrum attinet, ſatis evidenter docuit, jus Longobardicum hodie propter illam introductionem in fora Germaniæ obtinere quidem vices juris communis, ſed ſubſidiarii ſaltem, *f*) & ſic controverſias feudales etiam hodienum ante omnia ex jure germanico feudali eſſe decidendas, non ex jure Longobardico, ſive eæ concernant privatos, ſive ipſos principes. *g*) Ut adeo quod huic obſervationi addamus nihil nobis reſtet.

f) Schilt. *in præfat. ad jus Alemann. §. 2. & 18.* Idem *in præfat. ad Minucc. §. 5.*

g) Idem *in diſſert. de inveſt. ſimult. princip. cap. 5.*

FINIS HISTORIÆ JURIS FEUDALIS.

Digitized by Google

AUTOR VETUS
DE
BENEFICIIS,
diu hactenus desideratus
à
Jurisconsultis.

Digitized by Google

LECTORI

S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIUS.

PRimus hujus autoris mentionem fecit Marquardus Freherus, & excerpta nonnulla exhibuit ex illo, ut latius patebit ex ſequentibus. Moverunt iſta excerpta ſalivam eruditis, ejus autoris editionem a Frehero expectantibus, ſed fruſtra. Unde deſperarunt poſt mortem Freheri, cum nusquam ille liber appareret. Deſperavimus & nos, ut patet ex Hiſtoria Juris feudalis §. 40. & 41. ſupra p. 56. Tandem præter opinionem theſauro hoc antiquitatis inſigni nos beavit Eybenius, Vir illuſtris & ad aulam Imperatoris legatus Sereniſſimi Ducis Holſatiæ. Huic ergo debet eruditus orbis hanc editionem. Ego ſaltem adjeci ad ſingulos paragraphos loca parallela ſpeculi Saxonici & Suevici. S. denotat Jus feudale Saxonicum germanicum edente Zobelio. L. indicat Jus idem latinum, ſecundum editionem Goldaſti in conſuetudinibus imperialibus. A. ſignificat jus Feudale Alemannicum, ex editione Schilteri. Adjunxi etiam ſubinde explicationem vocum & locorum obſcuriorum. Plura indicabit ſubjuncta diſſertatio de autore, fatis, & uſu hujus libri. Vale.

Digitized by Google

§. I.

S. c. 1. L. c. 1. A. c. 1.

Si quis velit instrui in jure beneficiali, hunc libellum respiciat, & ejus doctrinam non despiciat.

§. II.

S. c. 1. L. c. 1. A. c. 1.

Primo consideremus, quod beneficialis clypeus a rege descendit & in septimo deficit.

§. III.

S. c. 1. L. c. 1.

Secundo in tertium descenderunt clypeum laicales principes, cum episcoporum fiebant homines, & sextum clypeum transtulerunt in septimum.

§. IV.

S. c. 1. L. c. 1. §. 1. A. c. 1.

Clerici & mulieres, rustici & mercatores, & jure carentes, a) & in fornicatione nati, & omnes qui non sunt ex homine militari, ex parte patris eorum & avi, jure carent beneficiali.

a) infames: rechtlos.

§. V.

S. c. 2. L. c. 2. §. 1. A. c. 1.

Si quis tamen uni istorum concedit beneficia, beneficialia ab eo solus habebit jura, in filios suos autem non hereditabit beneficia, nec etiam in alium beneficia sequuntur dominum.

§. VI.

S. c. 2. L. c. 2. §. 1. 2. A. c. 1. 2.

A testimonio possunt abjici in jure be-

neficiali, & a dandis ſententiis, quibus deeſt clypeus legalis, ſed dominus eorum, qui eos inbeneficiavit, contradicere non poterit eorum teſtimonium. Sed ſi duo dicunt ſibi jus unum, ſcilicet in jure perfectus; & prædictorum aliquis, in aliquibus bonis, *b*) jure perfectus præcedat in teſtimonio, in quo & deficiat deficiens in legali clypeo.

b) Hæc verba *in aliq. bon.* debent connecti cum verbis *jus unum.*

§. VII.

S. c. 2. L. c. 3. n. 3. 4. A. c. 3.

Homo perfectus in beneficiali jure, ſi a clerico vel muliere, aut ab hujusmodi aliquo inbeneficiatur, hæc beneficia in alium dominum non ſequantur, niſi imperialia ſint, & eccleſiaſtica, quæ vir vel mulier aliqua per electionem ſuſceperint, in his homo beneficiale jus habebit.

§. VIII.

S. c. 3. L. c. 4. A. c. 4. 6.

Homo domino ſuo certum faciat juramento, quod ſibi adeo fidelis ſit & amicus, ſicut homo eſt domino ſuo debitus, quamdiu homo vivus ſit & beneficia ab eo habuerit, quod quando homo non fecerit, teſtis eſſe non poterit ille in ſui domini jure beneficiali. *c*) Exhibeat etiam domino ſuo debitum honorem & ſervitium.

c) i. e. in judicio feudali.

§. IX.

S. c. 4. L. c. 5. n. 1. A. c. 7.

Regis juſtum ſervitium, a domino ſuo ſententialiter præceptum ſex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum hominum

Digitized by Google

num ſuorum audientia, ſerviat (inquam) ex juſtitia infra terram Teutonicam Romano regno ſubditam.

§. X.

S. c. 4. L. c. 5. n. 1. A. c. 7.

Omnes Trans-Salani inbeneficiati in parte orientali ſerviant in Poloniam, Sclaviam & Bohemiam.

§. XI.

S. c. 4. L. c. 5. n. 2. A. c. 7.

Sex hebdomatibus homo ſerviat domino ſuo in *d*) domini expenſa, a ſervitio ſex hebdomadibus quieſcat poſtea. *e*)

d) an forte legendum *ſuæ* propter *d. c. 4. & 7.*

e) a ſervitiis aliis & judicio &c. *ib.*

§. XII.

S. c. 4. L. c. 6. n. 1. A. c. 8.

Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, ſecum ibunt de jure ſex principes, qui primi ſunt in ejus electione, ut pateat Apoſtolico *f*) regis juſta electio.

f) Papæ.

§. XIII.

S. c. 4. L. c. 6. n. 1. A. c. 8.

Ibunt illuc & alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino ſuo, niſi talento decimo *g*) iter redimat, quod annuatim a domino ſuo habuerat.

g) redimendum *A. c. 8.*

§. XIV.

S. c. 4. L. c. 6. n. 1. A. c. 8.

Hæc expeditio prius tribus diebus, & anno & ſex hebdomadibus, ante diem expeditionis cuilibet ex juſtitia erit intimanda.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV.

S. c. 4. L. c. 6. n. 1. A. c. 8.

Hujus ſervitii ſit terminus, cum ita fuerit ordinatus.

§. XVI.

S. c. 4. L. c. 6. n. 2. A. c. 9.

Homo etiam domino ſuo in hoc ſerviat, ut beneficiales ſententias ſibi inveniat, cum dominus eguerit ante meridiem in diebus abſolutis. *b*) Quicquid ante meridiem in diebus abſolutis inchoatur, id poſt meridiem & in diebus obſervabilibus *i*) terminari licentiatur.

b) i. e. non ligatis i. e. non feriatis. *A. d. c. 9.* Sed Sax. *d. c.* 4. ligatas & feriatas dies diſtingv. *i*) an faſtis? ubi ſc. obſervantur judicia, an nefaſtis? ubi obſervantur miſſteria ſacra. *Vide do Freſne voce obſervare.* Sax. diſtinguit *d. c.* 4.

§. XVII.

S. c. 4. L. c. 7. n. 1. A. c. 9.

Si quis equum vel hujusmodi aliquid domino ſuo conceſſerit, & non rehabuerit, vel aliquid perdiderit in ejus ſervitio, interim non tenetur ex debito, ejus beneficiali intereſſe juri, nec ſervire aliquid, quamdiu non habuerit rectam rationem *k*) ſui damni.

k) i. e. ſatisfactionem.

§. XIIX.

S. c. 4. L. c. 7. n. 2. A. c. 9.

Dominus etiam, ſi ſuo homini juſtitiam renuerit, cum ab eo incuſatus fuerit, in audientia duorum hominum ſuorum, interim homo renuere ſervitio domini poterit, & beneficiali juri ejus non intereſſe.

§. XIX.

S. c. 5. L. c. 7. n. 3. A. c. 10.

Beneficio uno poſſunt inbeneficiari duo, quod unus poſſeſſionem habeat, & alter ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſor ejus exiſtat, poſt mortem illius, in ipſis bonis.

§. XX.

S. c. ſ. L. c. 7. n. 3.

Si heres beneficialis, ſcilicet filius, ſibi deſit in die obitus, manus ſecunda *l*) non habebit beneficia, niſi in beneficiis prædeceſſor ejus in die ſui obitus ea in ſua habuerit warandia, *m*) & dominus adhuc vixerit, qui eum inbeneficiavit.

l) i. e. expectativam habeas vel geſamte Hand.

m) poſſeſſione.

§. XXI.

S. c. ſ. L. c. 8. A. c. 12.

Dum moritur ille, qui bona habuit in poſſeſſione, qui prædicto modo ſecundus eſt in beneficio, intra ſex hebdomadas & annum vadat ad ſuum dominum & roget, ut confiteatur de conceſſo ſibi beneficio. Quod ſi faciat, non eget teſtimonio, ſi autem negat dominus homini, teſtificabitur homo tertius.

§. XXII.

S. c. ſ. L. c. 8.

A teſtimonio abjiciatur, ſi quis non teſtatur conceſſionem ſe audiſſe & vidiſſe.

§. XXIII.

S. c. ſ. L. c. 8. A. c. 10. §. 2.

Cum homo caret poſſeſſione, qui autem in bonis eſt poſſeſſione, *n*) hujus ſtabunt in teſtimonio omnes, quibus eſt cognitum, quod bona ſint ejus beneficium.

n) forte legendum: *alter autem in bonis eſt* & poſſeſſione.

§. XXIV.

S. c. 6. L. c. 9. §. 1.

Pater hereditat in filium poſſeſſionem, ſicut & beneficium, propter quod non eget filius,

filius, ut demandari *o*) bona patris sibi fa-
o) an demonstrari? *vide Sax. d. c. 6.* ciat dominus.

§. XXV.

S. c. 6. L. c. 9. §. 2.

Sic & homo, carens filio, hereditat in dominum possessionem beneficii, sicut & beneficium, nisi dominus concesserit alicui expectationem beneficii.

§. XXVI.

S. c. 7. L. c. 9. n. 6.

Dominus si concedit homini bona sibi concessa, per hoc in his bonis warandia non erit ei aliena erga dominum suum, si is negat concessum sibi beneficium.

§. XXVII.

S. c. 10. L. c. 11. n. 4. A. c. 19.

Quidam dicunt, quod expectatio beneficii nulli possit concedi absque petitione illius, qui possidet beneficium. Hoc ostendam esse falsum.

§. XXIIX.

S. c. 7. & 10. L. c. 11. n. 5.

Homo inbeneficiatus manso vel talento, cum domino primo sit solutum per alicujus hominis sui obitum. Nonne hic inbeneficiatus homo habebit beneficium, quod solutum sit domino, cum tamen nullus locus sibi designatus sit? ergo magis jus habebit homo in beneficio sibi designato.

§. XXIX.

S. c. 7. L. c. 11. n. 5. A. c. 13.

Si unum beneficium duo possessione carentes dicunt sibi ab uno domino esse con-

Digitized by Google

conceſſum, tempus conceſſionis ab utroque denominetur, & prior conceſſio præſtare judicetur.

§. XXX.

S. c. 10. L. c. 11. n. 7. A. c. 20.

Dominus cum primo ſuo homini bona conceſſa facit demonſtrari, in audientia duorum hominum ſuorum, ſtatim in eis homo ipſam habet warandiam, quæ fuerat domini ante demonſtrationem beneficii.

§. XXXI.

S. c. 10. L. c. 11. n. 7. A. c. 13. §. 2. c. 20. §. 2.

Cui dominus renuit demonſtrare bona, quæ ſibi conceſſit, homo accipiat in ſua, absque demonſtratione, bona quæcunque voluerit, quæ dominus ſoluta habuerit.

§. XXXII.

S. c. 10. L. c. 11. n. 8.

Si autem dominus, cum homo bonis fuit inbeneficiatus, villam ſibi denominavit vel locum, homo non transgrediatur illum, & homo, ſi per annum & ſex hebdomadarum terminum hæc bona poſſederit, dominus eas ſibi non mutabit.

§. XXXIII.

S. c. 11. L. c. 11. n. 9. A. c. 22.

Bona, quæ non habet homo in poſſeſſione ſua, & quæ non ſunt ſibi demonſtrata, hæc non hereditat in filium, nec ſequitur ea in dominum alium, tamen in dominum alium ſequitur, & hereditat in filium homo beneficia, quæ proſecutus eſt querimonia juſta.

§. XXXIV.

Digitized by Google

§. XXXIV.

S. c. 11. L. c. 12. n. 1.

Si dominus villam vel vineam, judicium vel decimam, vel hujusmodi aliquid integrum conceſſerit, vel omne quod in aliquo ſolutum habet loco; hæc beneficia homo ſequitur & hereditat, quamvis demonſtratione careat.

§. XXXV.

S. c. 11. 60. L. c. 12. n. 23. A. c. 23. 110.

In moneta & telonio, in vinea vel decima, vel hujusmodi aliquo ſi quis inbeneficiatur, illud beneficium in alium dominum ſequitur, & in filium ſuum illud hereditat, quamvis dominus locum cenſus in poteſtate habeat & in beneficio: quicquid homini in cenſu deficit interim, quod dominus habuerit in poteſtate ſua cenſus locum, reſtituat illi damnum. Propterea provideat ſibi dominus, ne plus, quam poſſit reddere, (vel tradere) homini in eo conceſſerit.

§. XXXVI.

S. c. 11.

Si quis prius inbeneficiatus fuerit, in ipſo loco beneficium ſuum obtineat, & beneficiatus in poſtero *p*) dominum de reſtauratione moneat.

p) I. e. qui poſtremus inveſtitus eſt. *Sax. d. c. 11.*

§. XXXVII.

S. c. 12. L. 12. n. 4. A. c. 24.

Homo niſi manſo vel dimidio ſit inbeneficiatus a domino, aut, qui in loco aliquo ſit, inbeneficiatus a domino, ut annuz-

Digitized by Google

nuatim ab eo habeat, quod quinque solidos vel plus valeat, a testimonio potest abjici in jure beneficiali.

§. XXXIIX.

S. c. 13. L. c. 13. n. 1.

Unam cortem *q*) vel jugerum unum *r*) homo solus obtineat per juramentum, si in eo sibi sit possessio, tunc non eget testimonio.

q) villam instructam *Du Fresne.*
r) forte eine Hufe. *Du Fresne voce jugia.*

§. XXXIX.

S. c. 14. L. c. 13. n. 2. A. c. 30.

Ager unus multorum potest esse dominorum, ita quod unus eum habeat ab altero, unius tamen in hoc erit possessio.

§. XL.

S. c. 14. L. c. 13. n. 2, 3.

Si quis agri censum accipit, constat, quod in illo possessio sua sit, sive masculus sive fœmina, tamen possessio in hoc esse non judicetur, quicquid violenter possidetur.

§. XLI.

S. c. 14. L. c. 13. n. 3. A. c. 31.

Bona quæ homo ab aliquo habet domino, & ab alio dicat sibi ea concessa; in bonis deficiat, *s*) si dominus, a quo se inbeneficiatum dicit, ea non obtinuerit.

s) i. e. secundum amittit.

§. XLII.

S. c. 16. L. c. 14. n. 8. A. c. 34.

Nullus suscipiat secunda *t*) bona ab uno domino, si *u*) dominus bona resignet aut vendat, & de iis secundo inbeneficiatus fuerit, nisi per sex hebdomadas & annum warandiæ domino fuerit aliena. *w*)

t) i. e. secunda vice.
u) etiamsi.
w) i. e. nisi dominus tanto tempore possessione caruerit.

§. XLIII.

S. c. 17. L. c. 14. n. 9. A. c. 36.

Cujuscunque beneficia in ejus præsentia dominus alteri concedit, si hæc ille non contradicit, nil juris habeat in beneficiis.

§. XLIV.

S. c. 20. L. c. 15. n. 1. 2. A. c. 39.

Si post obitum patris tam diu vivit filius, quod vox ejus auditur per quatuor angulos domus, attrahit sibi patris beneficia & alienat ea omnibus, qui secundi erant in beneficio. Filius, qui non vivit post patrem, non heredat beneficium.

§. XLV.

S. c. 22. L. c. 16. n. 8. A. c. 43. §. 2.

Patris post obitum filius intra sex hebdomadas & annum pro patris beneficiis domino manibus conjunctis suum præbeat hominium, & aggrediatur illum tam prope, quod dominus manus ejus suis manibus comprehendere valeat. Si autem dominus sedeat, homo genua flectat ante illum, pro præbendo hominium.

§. XLVI.

S. c. 22. L. c. 16. n. 8. A. c. 43. §. 2.

Quidam dicunt, quod etiam debeat x) movere. quassare x) manus. Nonne totum movetur corpus, quando ille suum aggreditur dominium? constat ergo, ut ibi motio sit manuum.

§. XLVII.

S. c. 22. L. c. 16. n. 9. A. c. 43. §. 3.

Homo dum domino hominium præbet, hæc verba non omittat: Domine, in beneficiari

Digitized by Google

ficiari a vobis desidero bonis, quibus de jure debeo, pro quibus & vobis meum præbeo hominium, prima, secunda, & tertia vice, sicut de jure debeo; hujus rei testimonium pono omnes homines vestros astantes.

§. XLVIII.

S. c. 22. L. c. 16. n. 9. A. c. 43. §. 4. 5. 6.

Si renuerit dominus suscipere hominium illius, homo bona absque servitio habebit, pro quibus hominium præbuit; nec unquam eget postea ab illo domino bona hæc suscipere, quamdiu hominum duorum vivum habet testimonium hujus rei, quod bona dominus sibi renuit, & in filium suum ea hereditet, & homines suos his beneficiis inbeneficiet.

§. XLIX.

S. c. 22. L. c. 16. n. 9.

Suum enim jus homo obtinuit, quod dominus contra justitiam concedere renuit. Homo secundo non eget præbere hominium, nisi ad renovandum testimonium.

§. L.

S. c. 23. L. c. 17. n. 1. A. c. 41.

Dominus nullius hominium recipere renuat, nisi illius, qui legali clypeo careat.

§. LI.

S. c. 23. 24. L. c. 17. n. 1. 2. 3. A. c. 45. §. 1.

Dominus omni tempore & ubique hominem debet inbeneficiare, dum homo petit beneficium secundum modum prædictum, tamen excusatum habeat dominum homo, dum super his sententias quæsierit

a ſuis hominibus, & illi invenire renuant, non domini cauſa, ſed ſecundum jus.

§. LII.

S. c. 24. L. c. 17. n. 4. A. c. 32. & 35.

Si autem dominus ſuſcipit hominium illius, illum, ſi vult, interrogat, quid ab eo habeat? cujus partem vel totum denominet ſtatim ſed de quo ignorat, per noctes XIV. inducias, ſi velit, habeat. Quicquid tunc non denominat, in hoc ulterius ab illo domino nihil juris habeat ad ipſum.

§. LIII.

S. c. 24. L. c. 17. n. 5. A. c. 46. §. 6.

Id ipſum etiam quod denominat, ſi dominus non confitetur, teſtes ſuorum hominum illud ſtatim teſtentur, ſi ſtatim non abundat teſtimonio ille, per quatuordecim noctes ſibi dentur induciæ. Statim autem ille in teſtimonium ſuum denominet homines domini, quotquot deſideret, ex quibus dominus ſibi ſeptem ducat ad inducium diem, non quos dominus velit, ſed quos homo petit.

§. LIV.

S. c. 24. L. c. 17. n. 6.

Si quis præſens ſit iſtorum ſeptem, dominus ad inducium diem illos non ducat, ſed ſtatim interroget.

§. LV.

S. c. 24. L. c. 17. n. 7.

Si quis ſtatim non interrogatus ex his, quos debet ducere dominus die defuerit inducio, homo teſtatus eſt cum illo. Ad diem

Digitized by Google

diem legalem homo eligat septem, cum quibus obtineat bona vel perdat, ex denominatis omnibus, & hos, non alios, dominus interroget, inter quos si homo cum duobus in testimonio secundum jus proficit, bona obtinuit, quod si non facit, perdit; aut si ad legale judicium non veniat, etiam perdit.

§. LVI.

S. c. 24. L. c. 17. n. 9. A. c. 47.

Simili modo si dominus non venerit, homo bona obtinuit. Tamen absentiam cujuslibet infirmitas excusabit, & captivitas, & regis justum servitium sententionaliter sibi præceptum, & necessitas terræ teutonicæ, si impugnatur ab externa gente, ad cujus obstaculum ipse citatus perclamorem.

§. LVII.

S. c. 25. L. c. 17. n. 11.

Prædicto modo bona sua cum hominio homo in superiorem dominum sequatur, cum dominus suus moriatur aut cum bona sua resignaverit, aut ei abjudicata fuerint intra prædictum terminum, & roget illum, ut beneficia in eum translata secundum jus sibi concedat, vel in alium dominum transmittat, a quo ea habeat cum honore tanto, sicut ea habuit a priore domino.

§. LVIII.

S. c. 25. L. c. 17. n. 12.

Non enim licitum est, ut superior dominus in inferiorem clypeum, hominem cum suis faciat declinare beneficiis.

Digitized by Google

§. LIX.

S. c. 25. L. 17. n. 13.

Quemcunque ſuperior dominus infra annum & ſex hebdomadarum terminum cum ſuis non facit declinare beneficiis, illi ulterius alium dominum non adjungat, ſed beneficia ipſemet ſibi concedat.

§. LX.

S. c. 25. L. 17. n. 14.

Cum autem moritur dominus, cujus filius adhuc vivit legitimus, homo illius in filii termino beneficia non petat a ſuperiore domino. Si filius domini terminum ſuum negligat, homo ſecundo termino non careat. y)

y) non intuitu filii, ut vult textus Saxonicus, ſed, ut puto, intuitu domini ſuperioris.

§. LXI.

S. c. 25. L. 17. n. 14. A. c. 49. §. ult.

Quotquot enim ſunt clypei, tot ſingulares ſunt termini: cujuslibet terminus habens annum & ſex hebdomadarum ſpatium.

§. LXII.

S. c. 25. L. 17. n. 15. A. c. 50.

Terminus hominis ab eo die inchoatur, quo is, qui debet eſſe ſuus dominus, ipſis bonis inbeneficiatur.

§. LXIII.

S. c. 25. L. c. 17. n. 15.

Beneficium enim antequam dominus ſuſceperit, homini quomodo illud concedere poterit.

§. LXIV.

S. c. 26. L. c. 18. n. 2. A. c. 50. §. 4. c. 52. §. 2.

Puerorum terminus eſt ſex hebdomarum & decimus tertius ætatis illorum annus, tamen infra adoleſcentiam, ſi egent, tutorem habere poſſunt. §. LXV.

Digitized by Google

§. LXV.

S. c. 26. L. c. 18. n. 2. Conf. A. c. 50. §. 5.

Adoleſcentia a duodecimo anno incipit, & vigeſimo quarto z) deſinit.

z) in textu utroque, & Saxonico & Alemannico eſt vigeſimo *primus* annus.

§. LXVI.

Tutor alterius eſſe non poterit, qui adoleſcentiam non tranſcendit.

§. LXVII.

S. c. 26. L. c. 18. n. 6.

Puerorum beneficiales reditus habebit dominus, quoùsque illi ad duodecim annos perveniant.

§. LXVIII.

S. c. 26. L. c. 18. n. 6.

Infra puerilem terminum pueri ſe in nullo negligunt.

§. LXIX.

S. c. 26. L. c. 18. n. 7. A. c. 51. §. 2.

Si dominus credere nolit, quod puer duodecim annorum ſit, hoc juramento affirmabit illius mundibardius *a*); poſtea non eſt licitum domino pueri accipere cenſum *b*) quantumcunque ſit juvenis.

a) i.e. tutor.

b) i.e. reditus ſecundum *art. 67.*

§. LXX.

S. c. 26. 58. L. c. 19. n. 2. A. c. 49. §. 1. c. 52. §. 3. 106.

Filius poſt obitum patris, ſi domino ad inbeneficiandum producitur, at non inbeneficietur. *c*)

c) Senſus oſtendit, articulum hunc connectendū cum verſic. primo art. ſequutis. *vid. cap. 26. §. F. S.*

§. LXXI.

S. c. 26. L. c. 19. §. 2. A. c. 52. §. 3. c. 53. 54.

Si tutor illius pro eo ſecundum beneficiale jus beneficia a domino petit & fidejuſſorem ponit, ſi plures ſint filii, quod dominum jure beneficiali non impetrent

d) forte impetrent, ut infra § 78

d) pro hoc beneficio accepto ab illo solo. e) Quamvis puer infra puerilem inbeneficiatur ætatem, statim cum beneficia suscepererit, anniversarius f) hominum suorum incipit, infra quem beneficia sua suscipiant a puero, serviant autem superiori domino.

e) sensum hujus versiculi cum artic. præcedente docebit Sax. d. c. 26.

§. LXXII.

S. c. 26. 27. L. c. 20. n. 1. & c. 28. n. 2. A. c. 55. 58.

Si dominus superior non concesserit puero jus suum, quod *anvelle* g) dicitur, in beneficio, quod nullus habebit in beneficio, excepto tutore pueri vel puero. Homo, habens filium, si moriatur infra suum beneficialem terminum, cum adhuc beneficia non susceperit, filius beneficio non carebit. Item si alicujus domini filius infra terminum sui hominis moritur, homo beneficio non abjudicetur.

f) i. e. tempus unius anni & sex septimanarum.

g) Gloss. lat. ad Sax. d. c. 26 lit. p. r. et germanica n. 17. Schilt. ad jus Alem. c. 55. p. 296.

§. LXXIII.

S. c. 28. L. c. 21. n. 4. A. c. 58. §. 3.

Domino non est licitum hominis separare beneficium, nisi quod a plurimis habuerit dominis.

§. LXXIV.

S. c. 28. L. c. 21. n. 5. A. c. 58. §. 3.

Si autem contra justitiam separatur, minor pars majorem sequatur.

§. LXXV.

S. c. 29. L. c. 22. n. 6. A. c. 58. §. 4. 5.

Non etiam nisi ab uno domini filio beneficium suum suscipiat homo, quamvis pluribus sit concessum. E converso dominus tantummodo h) hominis inbeneficiabit filium.

h) adde: unum, ut contextus ostendit.

§. LXXVI.

Digitized by Google

§. LXXVI.

S. c. 29. L. c. 21. n. 9. 10. A. c. 60.

Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum, in arbitrio sit eorum, quis inbeneficietur a domino. Unanimiter vero si unum non transmiserunt ad dominum, dominus inbeneficiet, quem illorum velit, qui beneficium intra suum terminum secundum jus petierit. Si secundum libitum, & non secundum jus, inbeneficiat dominus unum ex filiis, nil noceat aliis.

§. LXXVII.

S. c. 29. L. c. 21. n. 11. A. c. 60. §. 4.

Si quis filiorum suum negligat terminum, ab illo sit dominus solutus ulterius.

§. LXXVIII.

S. c. 29. L. c. 21. n. 12. A. c. 61.

Si filius, qui ad annos suos pervenerit, beneficia secundum jus petit, habens fratres infra annos pueriles, dominus sibi concedat, si prius fidejussorem habeat (dederit) ne fratres sui jure beneficiali eum pro hoc beneficio impetant, cum ad annos eorum pervenerint.

§. LXXIX.

S. c. 29. L. c. 21. n. 12. A. c. 61. §. 3.

Dominus eget habere fidejussorem, quod puer infra puerilem ætatem se non negligat, & dominus non respondebit nisi uni filio pro patris beneficio.

§. LXXX.

S. c. 30. L. c. 22. n. 1. A. c. 62.

Si quis voluerit domino suo bona alienare, vel filio, vel alii alicui, qui de jure

post mortem ea debet habere, si ea concedit aut resignat: nihil illi in hoc proficiet, i) si in warandia ea obtinuerit usque in infirmitatem, de qua evadit.

i) forte *officiet*, ut *S. & A. dd. ll.*

§. LXXXI.

S. c. 30. L. c. 22. n. 2. A. c. 63.

Propterea nullus abjudicetur beneficio, si cœcus est, vel aliquo careat membro, nec pro infirmitate aliqua, nisi pro lepra. Leprosus enim nec beneficia habebit, nec concedere poterit, postquam manifesta in eo fuerit lepra.

§. LXXXII.

Dominus autem ejus nisi eo vivente eum privet beneficiali jure coram suis hominibus inbeneficiatis, ab eo beneficiale non deest jus.

§. LXXXIII.

S. c. 32. L. c. 23. n. 2. A. c. 65.

Plures possunt uno inbeneficiari beneficio, ita ut simul illud suscipiant, & æquale jus in hoc habeant, quamdiu simul manserint.

§. LXXXIV.

S. c. 32. L. c. 23. n. 1. 2. 3. A. c. 65. §. 2. 3. 4.

Si autem voluerint ab invicem separari absque licentia domini, dividant inter se secundum libitum totaliter concessum beneficium. Sed postea illorum nullus in parte alterius aliquod jus habebit, cum alter obierit, nisi susceperit a domino expectationem in beneficio. Postquam aliqui fuerunt beneficio prædicto modo inbene-

Digitized by Google

beneficiati, nullus istorum singulariter alicui potest inde aliquid concedere, quamdiu illud non diviserunt inter se.

§. LXXXV.

S. c. 32. L. c. 23. n. 3. 4. A. c. 63. §. 5.

Dominus homini partem beneficii quomodo concedere poterit, cujus partem singulariter non susceperit? non tamen idem dominus, a quo ille est inbeneficiatus, beneficium sibi auferat de jure, sed ille, cui est cum domino commune. Si plures uno inbeneficiati beneficio, & non separati fuerint, domino mortuo non nisi unus illud sequatur in alium dominum.

§. LXXXVI.

S. c. 33. L. c. 23. n. 5. A. c. 66.

Quicquid secundum libitum alicui dominus concedit homini, de quo warandius suus esse non poterit, concessum restaurabit

§. LXXXVII.

S. c. 33. L. c. 23. n. 5. A. c. 66. §. 2.

Quicquid autem dominus compellitur concedere secundum beneficiale jus, hoc non restaurabit homini, si deficit in warandia hujus beneficii.

§. LXXXIIX.

Qui secularem habitum in spiritualem mutat, beneficium non hereditet, & beneficii expectatio sit expectantibus desolatio.

§. LXXXIX.

S. c. 35. L. c. 24. n. 2. 3. A. c. 68. §. 1.

Si patris beneficio filii, patre vivente, cum patre fuerint inbeneficiati, & pater solus illud in possessione obtinuerit, usque in

in infirmitatem, de qua non resurgit. Patris post obitum, infra sex hebdomadas & annum ad dominum veniant, & ut fateatur, petant, concessum eis beneficium. Quod si negat dominus, præbeant adhibere testimonium: quod tunc dominus abjicere poterit, cum possessio illis desit, propterea suadeo, ut hominium præbendo (offerendo) filii paternum sequantur beneficium. *k*)

k) *supra* §. 45. *seqq.*

§. XC.

S. c. 35. L. c. 24. n. 4. A. c. 68. §. 2.

Ubi autem possessio in beneficio fuit communis & æqualis filiorum & patris, filii beneficium obtineant, si beneficiale testimonium adhibeant infra sex hebdomadas & annum, patris post obitum.

§. XCI.

S. c. 37. L. c. 24. n. 6.

Pater si resignat filio aliqua beneficia a domino, hereditali *l*) jure filius non habebit hæc beneficia, quia in eum non sunt hereditata.

l) i. e. *allodiali*, non, ut Saxo, *jure feudi hereditarii*, nisi voce Erblehen intelligatur *feudum paternum*. Sed malo tamen retinere *allodiale*.

§. XCII.

S. c. 37. L. c. 24. n. 6. A. c. 69. 70.

Similiter qui resignat beneficium domino *m*) & post hoc iterum ipso beneficio inbeneficiatus fuerit, heditarium jus in hoc perdidit.

m) i. e. qui hereditatē suam resignat domino in beneficium.

§. XCIII.

S. c. 37. L. c. 24. n. 7. A. c. 71.

Si quis warandiam justam in bonis habuerit, majori jure obtinebit bona, quam ille

Digitized by Google

ille qui caret poſſeſſione, ſi ea poteſt teſtari jure beneficiali.

§. XCIV.

S. c. 39. L. c. 24. n. 11. A. c. 72. §. 2.

Nullus a poſſeſſione ejiciatur, niſi poſſeſſio ab eo vincatur.

§. XCV.

S. c. 39. L. c. 24. n. 12. A. c. 75.

Poſſeſſio devicta eſt ab homine, cum in beneficiali jure bona ſibi ſunt abjudicata, aut cum domino reſignat ea; tamen infrà ſex hebdomadas & annum per juramentum negare poterit, quod bona reſignaverit, niſi dominus ſtatim conceſſerit ea alteri, in ejus præſentia.

§. XCVI.

S. c. 39. 55. L. c. 24. n. 17. A. c. 76. 98.

In pluribus cauſis dominum homo vincere poteſt teſtimonio, quam domino licitum ſit vincere illum.

§. XCVII.

S. c. 40. L. c. 24. n. 18. A. c. 76. §. 2.

Quilibet idoneus poſſeſſionis poteſt eſſe teſtis, cui eſt manſio in prima villa, vel in circumjacentibus proxima.

§. XCVIII.

S. c. 40. L. 24. n. 18. A. c. 76. §. 2.

Septimo teſtimonio probatur quælibet poſſeſſio. Si autem diſcordantes duo poſſeſſionem in beneficio debent probare teſtibus, quorum neuter ab altero ſit inbeneficiatus, amborum audiatur teſtimonium, & inquirantur homines in eadem villa manentes, & in circumjacente qualibet pro-

Digitized by Google

proxima. Cujus autem poſſeſſionis major turba ſit teſtis hujus ſit poſſeſſio; hinc teſtimonium terminabitur in ipſo loco, in quo bona ſunt ſita, de quibus eſt diſcordia, quod & dominus audiat vel duos homines ſuos auditores eo mittat.

§. XCIX.

S. c. 40. L. c. 24. n. 18. A. c. 77. §. 1.

Cujus autem poſſeſſionis diſcordia non poteſt terminari juſtitia, propter diſcordantiam aut ignorantiam, uterque per juramentum locum demonſtrabit, quem ſuum eſſe dicit.

§. C.

S. c. 40. L. c. 24. n. 19. A. c. 77. §. 2.

Quem autem uterque per juramentum ſuum eſſe affirmat, inter eos dividatur, aut veritas reperiatur de hoc per aquaticum Dei judicium. Tamen judicium Dei non eſt licitum adhiberi per ullam cauſam, niſi cujus veritas per juſtitiam non poteſt aliter reperiri, hoc terminabitur judicio Dei.

§. CI.

S. c. 41. L. c. 24. n. 20. A. c. 78.

Si & dominus & homo poſſeſſionem ſibi dicent in beneficio, in poſſeſſione teſtimonium præcedat hominis.

§. CII.

S. c. 41. L. c. 24. n. 20. A. c. 78.

Domini enim non negat beneficium eſſe, cum ſe ab illo dicit inbeneficiatum.

§. CIII.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21. A. c. 79. §. 1.

Dominus ſi conceſſum beneficium negave-

gaverit, & homo warandiam in hoc teſtatus fuerit, quod poſſederit per ſeptem hebdomadas & annum, poſt ſuſcipiendi illum terminum, homo juramento ſolus obtineat beneficium, quod dominus negat. Tamen teſtimonium abjicit juſta contradictio, ſi probata fuerit.

§. CIV.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21. A. c. 79. §. 2.

Dominus ſi dixerit, quod homo terminum neglexerit ſuſcipiendi beneficium, homo negare poterit, probando innocentiam.

§. CV.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21.

Si autem dominus diem obitus ſeptem hominibus ſuis intimaverit quanto jus *n*) potuerit, & his invocatis in fine filiorum termini dominus poteſt teſtificari, quod ſi *o*) ſuum neglexerint terminum.

n) lego: *quantocius.*

o) lego *ſic.*

§. CVI.

Merito abjudicabitur omne jus in beneficio poſtea ſeptimum hujus teſtimonium filiorum juramentum non admittit, cum dominus ſic egerit ipſo modo faciat dominus cum homini abjudicaverit jure beneficiali, ſi ille ea in ſuo termino non excuſaverit juramento.

§. CVII.

S. c. 46. 55. L. c. 24. n. 21. f. & c. 25. n. 1. A. c. 86. 98. 116.

§. 25.

Septem hominum ſuorum teſtimonio dominus eget, ut hominem beneficio privet. In tribus tantummodo cauſis dominus hominem

Digitized by Google

minem convincit duobus teſtibus potius, quam ut incuſationem domini homo evadat juramento.

§. CVIII.

S. c. 46. L. c. 25. n. 1. A. c. 86.

Quicquid dominus acquirit in homine beneficiali jure, aut homo ibi promiſerit, illo dominus eum vincere poterit. Regis etiam juſtum ſervitium homini ſententialiter perceptum, & hoc ſi ſibi intimatum negat eſſe, dominus eum teſtibus vincat. Non tamen ſervitium regis præcipiat homini, antequam ſententialiter præceptum ſit ſibi.

§. CIX.

S. c. 48. L. c. 25. n. 2. A. c. 86. §. 3.

Item ſi dominus beneficiali ejus juri hominem jubeat ſententialiter intereſſe, in ejus audientia, hoc duobus ex juſtitia teſtibus probat, ſi homo negaverit.

§. CX.

S. c. 46. L. c. 26. n. 1. A. c. 87.

Si homo duos vel tres habet dominos, ſi quis prius inter eos ſibi regis ſervitium denunciet, illi homo ſerviet, & expeditionis auxilium aliis det, ſi quod habeat ab eis beneficium.

§. CXI.

S. c. 47. L. c. 26. n. 2.

Si non in domini ſui filium, ſed in alienum dominum homo ſequitur ſua beneficia, hic dominus, ſi non confiterur ea, cum hominibus prioris domini debet ea teſtificari, quos dominus in nullo gravabit.

Digitized by Google

bit, ſed per votum prioris domini interrogabit. Teſtem nullum dominus adducat ex debito, niſi etiam inbeneficiatus ſit ab eo.

§. CXII.

S. c. 47. L. c. 26. n. 2.

Quicunque dominus deficit in hominibus, ſuperioris domini homines in loco hominum illius fiunt teſtes.

§. CXIII.

S. c. 48. L. c. 26. n. 3. 4. A. a. 89.

Si dominus alius beneficium ſui hominis ſuo reſignat domino, vel ſi alter inbeneficiatus, ille homo infra ſuum terminum ſequatur beneficium. Tunc terminus hominis illo die inchoatur, cum a domino ſuo ſibi intimatur in audientia duorum hominum ſuorum, quod reſignaverit ejus beneficium: aut cum ſuperior dominus, aut inbeneficiatus alter, alterius bona ſibi attraxerit ſententialiter & præceperit agricolis, ne de his bonis cenſum dent alicui, niſi ſibi ſoli, nec ulli ſerviant aliquid, quamdiu non attraxerit ſententialiter ſibi, hæc bona in ejus præſentia.

§. CXIV.

S. c. 49. L. c. 27. n. 1.

Si dominus ea reſignaſſe negat, homo roget in præſentia hominum ſuorum. Coram ſuperiore domino, excuſet ea in ejus præſentia, & ut eorum warandus ſit.

§. CXV.

L. c. 27. n. 1. f.

Quod ſi dominus non fecerit, in alium dominum beneficium ſuum prædicto mo-

do sequitur, in quem a superiore domino transmittatur.

§. CXVI.

S. c. 49. L. c. 27. n. 2. A. c. 90.

Si dominus homini bona sua accipit contra justitiam, aut injuste renuit hominem inbeneficiare, aut si non vult warandus ejus esse in beneficio, quod habet ab eo, homo conqueratur superiori domino, qui in audientia duorum hominum suorum per nuncium suum illi præcipiat, ut conquerenti faciat justitiam, ut de jure sibi tenetur facere; quod si non facit, dominus superior bona sibi concedat, sit & eorum illi, in loco prioris domini, warandus.

§. CXVII.

S. c. 49. L. c. 27. n. 3. A. c. 91.

Si dominus duobus vel tribus concedit expectationem in beneficio, & non in loco designato, qui primo inbeneficiatus fuerit, prius solutum beneficiū habebit, infra terminum hominum suscipiendi beneficium.

§. CXIIX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 4. A. c. 92.

Dominus si patriam exeat, hominibus non noceat. Sed terminus hominis ab illo die incipit, cum dominus redierit. Non tamen pro hominis absentia, si infra terminum suum exierit patriam, prolongatur ejus terminus, nisi patriæ refuerit prius. *p*)

p) i. e. nisi prius in patriam redierit. Hanc limitationem explicat *A.* c. 92. §. 3. 4.

§. CXIX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 5.

Sicut terminum suum prolongat homo, ho-

Digitized by Google

hominium præbendo: Ita dominus eum abbreviat, cum homini beneficium præbeat.

§. CXX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 6. A. c. 92. §. 5.

Item si occultatus dominus asseratur infra terminum hominem suscipiendo beneficia, ubi debet suscipere ex justitia, non nocet homini, si super hoc abundat testibus. Tamen dominum quærat homo in ejus habitaculo, præbendo hominium, & sic extrahat inde in eorum præsentia beneficia sibi abjudicata.

§. CXXI.

S. c. 52. L. c. 28. n. 3. A. c. 94.

Bona quæ homo ab aliquo dicit se habere domino, in quibus si sibi desit warandia, & dominus sibi non confiteatur ea, & aliud beneficium a domino non habuerit, quam ipsum, pro quo dominium *q*) impetit, & hoc si obtinere vult secundum jus, fidejussorem ab homine accipiat dominus, antequam legalem illi determinet diem sui vadii, *r*) & de satisfactione suorum hominum, *s*) si ab ea sententia arguantur. Illorum fidejussorem autem non ponet homo, si possessionem habeat in beneficio.

q) lego *dominum*.

r) suæ multæ Wette *Conf. du Fresne hac voce.*

s) de emenda Busse.

§. CXXII.

S. c. 53. L. c. 28. §. 4. A. c. 95.

Si dominus alicui concedit bona alterius sui hominis, & si illorum illius fuerit warandus, digito & lingua beneficii tamen warandia non abjudicetur ideo priori inbeneficiato, nisi beneficiale jus probare

possit dominus causam, per quam, ex justitia, beneficii sibi sit warandia.

§. CXXIII.

S. c. 53. L. c. 28. n. 5. A. c. 95.

Nulli etiam dominus beneficii warandiam concedere poterit, quam non solutam habuerit.

§. CXXIV.

S. c. 54. L. c. 28. n. 6. A. c. 96.

Dominus si per hominium suum humiliat clypeum, omnes ab eo inbeneficiati beneficia sua suscipiant a domino superiore, aut ab eo in alium transmittantur dominum, a quo ea habeant cum tanto honore, sicut habuerunt a domino priore.

§. CXXV.

S. c. 54. L. c. 28. n. 6. A. c. 96. §. 2.

Similiter homo faciat, cum dominus in inferiorem a superiore domino transit cum hominis beneficio majore jure fruatur ille, cujus expectationis locus designatur, quam cujus expectatio loco caret designato.

§. CXXVI.

S. c. 54. L. c. 28. n. 6. A. c. 96.

Dominus si clypeum suum humiliat hominio, omnium hominum suorum carebit beneficio, si illi ad superiorem dominum venerint petendo beneficium.

§. CXXVII.

S. c. 55. 61. L. c. 32. n. 1. A. c. 97. in.

Beneficialem warandiam dispensator non potest exequi in alio beneficio infra officium, ab illo domino, cujus procurator

Digitized by Google

tor existit, quia dominus commisit tantum in ejus providentiam bona sua.

§. CXXVIII.

S. c. 55. L. c. 29. n. 4. A. c. 109.

Dispensator itaque hujusmodi beneficium testatur per visum, & audientiam hominum, & non sequatur hoc in alium dominum, nec in filium id hereditet, nisi relicto officio bona obtineat.

§. CXXIX.

S. c. 61. L. c. 31. n. 14. A. c. 122.

Judicandi beneficium habere non est licitum clerico vel mulieri, nec viro in jure deficienti. *t*)

t) i. e. *infanti.*

§. CXXX.

S. c. 63. L. c. 32. n. 2. A. c. 113.

Quicquid homo non suscipit per hominium, non judicetur esse beneficium; sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus non per hominium, sed secundum jus curiæ. Hæc concessio caret beneficiali jure, sed est concessio officialis, quivis etiam ministerialis natione erit ex justitia dapifer aut secretarius, *u*) aut camerarius, aut marschalcus.

u) lego: *Butellarius* i. e. *Pincerna.*

§. CXXXI.

S. c. 63. L. c. 32. n. 2. A. c. 113. §. 4.

Ordinem juris istius scilicet curialis, propter diversitatem ejus non describam, sub quolibet enim episcopo & abbate & abbatissa ministeriales jus habent singulare.

§. CXXXII.

S. c. 64. L. c. 32. n. 3. A. c. 114.

Homo quodlibet beneficium sequatur per

Digitized by Google

in infirmitatem, de qua non resurgit. Patris post obitum, infra sex hebdomadas & annum ad dominum veniant, & ut fateatur, petant, concessum eis beneficium. Quod si negat dominus, præbeant adhibere testimonium: quod tunc dominus abjicere poterit, cum possessio illis desit, propterea suadeo, ut hominium præbendo (offerendo) filii paternum sequantur beneficium. *k*)

k) *supra* §. 45. *seqq.*

§. XC.

S. c. 35. L. c. 24. n. 4. A. c. 68. §. 2.

Ubi autem possessio in beneficio fuit communis & æqualis filiorum & patris, filii beneficium obtineant, si beneficiale testimonium adhibeant infra sex hebdomadas & annum, patris post obitum.

§. XCI.

S. c. 37. L. c. 24. n. 6.

Pater si resignat filio aliqua beneficia a domino, hereditali *l*) jure filius non habebit hæc beneficia, quia in eum non sunt hereditata.

l) i. e. *allodiali*, non, ut Saxo, *jure feudi hereditarii*, nisi voce Erblehen intelligatur *feudum paternum*. Sed malo tamen retinere *allodiale*.

§. XCII.

S. c. 37. L. c. 24. n. 6. A. c. 69. 70.

Similiter qui resignat beneficium domino *m*) & post hoc iterum ipso beneficio inbeneficiatus fuerit, heditarium jus in hoc perdidit.

m) i. e. qui hereditatē suam resignat domino in beneficium.

§. XCIII.

S. c. 37. L. c. 24. n. 7. A. c. 71.

Si quis warandiam justam in bonis habuerit, majori jure obtinebit bona, quam ille

ille qui caret poſſeſſione, ſi ea poteſt teſtari jure beneficiali.

§. XCIV.

S. c. 39. L. c. 24. n. 11. A. c. 72. §. 2.

Nullus a poſſeſſione ejiciatur, niſi poſſeſſio ab eo vincatur.

§. XCV.

S. c. 39. L. c. 24. n. 12. A. c. 75.

Poſſeſſio devicta eſt ab homine, cum in beneficiali jure bona ſibi ſunt abjudicata, aut cum domino reſignat ea; tamen infra ſex hebdomadas & annum per juramentum negare poterit, quod bona reſignaverit, niſi dominus ſtatim conceſſerit ea alteri, in ejus præſentia.

§. XCVI.

S. c. 39. 55. L. c. 24. n. 17. A. c. 76. 98.

In pluribus cauſis dominum homo vincere poteſt teſtimonio, quam domino licitum ſit vincere illum.

§. XCVII.

S. c. 40. L. c. 24. n. 18. A. c. 76. §. 2.

Quilibet idoneus poſſeſſionis poteſt eſſe teſtis, cui eſt manſio in prima villa, vel in circumjacentibus proxima.

§. XCVIII.

S. c. 40. L. 24. n. 18. A. c. 76. §. 2.

Septimo teſtimonio probatur quælibet poſſeſſio. Si autem diſcordantes duo poſſeſſionem in beneficio debent probare teſtibus, quorum neuter ab altero ſit inbeneficiatus, amborum audiatur teſtimonium, & inquirantur homines in eadem villa manentes, & in circumjacente qualibet pro-

proxima. Cujus autem poſſeſſionis major turba ſit teſtis hujus ſit poſſeſſio; hinc teſtimonium terminabitur in ipſo loco, in quo bona ſunt ſita, de quibus eſt diſcordia, quod & dominus audiat vel duos homines ſuos auditores eo mittat.

§. XCIX.

S. c. 40. L. c. 24. n. 18. A. c. 77. §. 1.

Cujus autem poſſeſſionis diſcordia non poteſt terminari juſtitia, propter diſcordantiam aut ignorantiam, uterque per juramentum locum demonſtrabit, quem ſuum eſſe dicit.

§. C.

S. c. 40. L. c. 24. n. 19. A. c. 77. §. 2.

Quem autem uterque per juramentum ſuum eſſe affirmat, inter eos dividatur, aut veritas reperiatur de hoc per aquaticum Dei judicium. Tamen judicium Dei non eſt licitum adhiberi per ullam cauſam, niſi cujus veritas per juſtitiam non poteſt aliter reperiri, hoc terminabitur judicio Dei.

§. CI.

S. c. 41. L. c. 24. n. 20. A. c. 78.

Si & dominus & homo poſſeſſionem ſibi dicent in beneficio, in poſſeſſione teſtimonium præcedat hominis.

§. CII.

S. c. 41. L. c. 24. n. 20. A. c. 78.

Domini enim non negat beneficium eſſe, cum ſe ab illo dicit inbeneficiatum.

§. CIII.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21. A. c. 79. §. 1.

Dominus ſi conceſſum beneficium negave-

gaverit, & homo warandiam in hoc testatus fuerit, quod possederit per septem hebdomadas & annum, post suscipiendi illum terminum, homo juramento solus obtineat beneficium, quod dominus negat. Tamen testimonium abjicit justa contradictio, si probata fuerit.

§. CIV.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21. A. c. 79. §. 2.

Dominus si dixerit, quod homo terminum neglexerit suscipiendi beneficium, homo negare poterit, probando innocentiam.

§. CV.

S. c. 42. L. c. 24. n. 21.

Si autem dominus diem obitus septem hominibus suis intimaverit quanto jus *n*) potuerit, & his invocatis in fine filiorum termini dominus potest testificari, quod si *o*) suum neglexerint terminum.

n) lego: *quantocius.*

o) lego *sic.*

§. CVI.

Merito abjudicabitur omne jus in beneficio postea septimum hujus testimoniam filiorum juramentum non admittit, cum dominus sic egerit ipso modo faciat dominus cum homini abjudicaverit jure beneficiali, si ille ea in suo termino non excusaverit juramento.

§. CVII.

S. c. 46. 55. L. c. 24. n. 21. f. & c. 25. n. 1. A. c. 86. 98. 116.

§. 25.

Septem hominum suorum testimonio dominus eget, ut hominem beneficio privet. In tribus tantummodo causis dominus hominem

minem convincit duobus teſtibus potius, quam ut incuſationem domini homo evadat juramento.

§. CVIII.

S. c. 46. L. c. 25. n. 1. A. c. 86.

Quicquid dominus acquirit in homine beneficiali jure, aut homo ibi promiſerit, illo dominus eum vincere poterit. Regis etiam juſtum ſervitium homini ſententialiter perceptum, & hoc ſi ſibi intimatum negat eſſe, dominus eum teſtibus vincat. Non tamen ſervitium regis præcipiat homini, antequam ſententialiter præceptum ſit ſibi.

§. CIX.

S. c. 48. L. c. 25. n. 2. A. c. 86. §. 3.

Item ſi dominus beneficiali ejus juri hominem jubeat ſententialiter intereſſe, in ejus audientia, hoc duobus ex juſtitia teſtibus probat, ſi homo negaverit.

§. CX.

S. c. 46. L. c. 26. n. 1. A. c. 87.

Si homo duos vel tres habet dominos, ſi quis prius inter eos ſibi regis ſervitium denunciet, illi homo ſerviet, & expeditionis auxilium aliis det, ſi quod habeat ab eis beneficium.

§. CXI.

S. c. 47. L. c. 26. n. 2.

Si non in domini ſui filium, ſed in alienum dominum homo ſequitur ſua beneficia, hic dominus, ſi non confiterur ea, cum hominibus prioris domini debet ea teſtificari, quos dominus in nullo gravabit.

Digitized by Google

bit, ſed per votum prioris domini interrogabit. Teſtem nullum dominus adducat ex debito, niſi etiam inbeneficiatus ſit ab eo.

§. CXII.

S. c. 47. L. c. 26. n. 2.

Quicunque dominus deficit in hominibus, ſuperioris domini homines in loco hominum illius fiunt teſtes.

§. CXIII.

S. c. 48. L. c. 26. n. 3. 4. A. c. 89.

Si dominus alius beneficium ſui hominis ſuo reſignat domino, vel ſi alter inbeneficiatus, ille homo infra ſuum terminum ſequatur beneficium. Tunc terminus hominis illo die inchoatur, cum a domino ſuo ſibi intimatur in audientia duorum hominum ſuorum, quod reſignaverit ejus beneficium: aut cum ſuperior dominus, aut inbeneficiatus alter, alterius bona ſibi attraxerit ſententialiter & præceperit agricolis, ne de his bonis cenſum dent alicui, niſi ſibi ſoli, nec ulli ſerviant aliquid, quamdiu non attraxerit ſententialiter ſibi, hæc bona in ejus præſentia.

§. CXIV.

S. c. 49. L. c. 27. n. 1.

Si dominus ea reſignaſſe negat, homo roget in præſentia hominum ſuorum. Coram ſuperiore domino, excuſet ea in ejus præſentia, & ut eorum warandus ſit.

§. CXV.

L. c. 27. n. 1. f.

Quod ſi dominus non fecerit, in alium dominum beneficium ſuum prædicto mo-

Digitized by Google

do sequitur, in quem a superiore domino transmittatur.

§. CXVI.

S. c. 49. L. c. 27. n. 2. A. c. 90.

Si dominus homini bona sua accipit contra justitiam, aut injuste renuit hominem inbeneficiare, aut si non vult warandus ejus esse in beneficio, quod habet ab eo, homo conqueratur superiori domino, qui in audientia duorum hominum suorum per nuncium suum illi præcipiat, ut conquerenti faciat justitiam, ut de jure sibi tenetur facere; quod si non facit, dominus superior bona sibi concedat, sit & eorum illi, in loco prioris domini, warandus.

§. CXVII.

S. c. 49. L. c. 27. n. 3. A. c. 91.

Si dominus duobus vel tribus concedit expectationem in beneficio, & non in loco designato, qui primo inbeneficiatus fuerit, prius solutum beneficiū habebit, infra terminum hominum suscipiendi beneficium.

§. CXIIX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 4. A. c. 92.

Dominus si patriam exeat, hominibus non noceat. Sed terminus hominis ab illo die incipit, cum dominus redierit. Non tamen pro hominis absentia, si infra terminum suum exierit patriam, prolongatur ejus terminus, nisi patriæ refuerit prius. *p*)

p) i. e. nisi prius in patriam redierit. Hanc limitationem explicat *A. c. 92. §. 3. 4.*

§. CXIX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 5.

Sicut terminum suum prolongat homo, ho-

Digitized by Google

hominium præbendo: Ita dominus eum abbreviat, cum homini beneficium præbeat.

§. CXX.

S. c. 50. L. c. 27. §. 6. A. c. 92. §. 5.

Item si occultatus dominus asseratur infra terminum hominem suscipiendo beneficia, ubi debet suscipere ex justitia, non nocet homini, si super hoc abundat testibus. Tamen dominum quærat homo in ejus habitaculo, præbendo hominium, & sic extrahat inde in eorum præsentia beneficia sibi abjudicata.

§. CXXI.

S. ti 92. L. c. 28. n. 3. A. c. 94.

Bona quæ homo ab aliquo dicit se habere domino, in quibus si sibi desit warandia, & dominus sibi non confiteatur ea, & aliud beneficium à domino non habuerit, quam ipsum, pro quo dominium *q*) impetit, & hoc si obtinere vult secundum jus, fidejussorem ab homine accipiat dominus, antequam legalem illi determinet diem sui vadii, *r*) & de satisfactione suorum hominum, *s*) si ab ea sententia arguantur. Illorum fidejussorem autem non ponet homo, si possessionem habeat in beneficio.

q) lego *dominum.*

r) sum mul. & Wette *Conf. du Fresne hac voce.*

§. CXXII.

S. c. 53. L. c. 28. §. 4. A. c. 95.

s) de emanda Büsse.

Si dominus alicui concedit bona alterius sui hominis, & si illorum illius fuerit warandus, digito & lingua beneficii tamen warandia non abjudicetur ideo priori inbeneficiato, nisi beneficiale jus probare

-possit dominus causam, per quam, ex justitia, beneficii sibi sit warandia.

§. CXXIII.

S. c. 53. L. c. 28. n. 5. A. c. 95.

Nulli etiam dominus beneficii warandiam concedere poterit, quam non solutam habuerit.

§. CXXIV.

S. c. 54. L. c. 28. n. 6. A. c. 96.

Dominus si per hominium suum humiliat clypeum, omnes ab eo in beneficiati beneficia sua suscipiant a domino superiore, aut ab eo in alium transmittantur dominum, a quo ea habeant cum tanto honore, sicut habuerunt a domino priore.

§. CXXV.

S. c. 54. L. c. 28. n. 6. A. c. 96. §. 2.

Similiter homo faciat, cum dominus in inferiorem a superiore domino transit cum hominis beneficio majore jure fruatur ille, cujus expectationis locus designatur, quam cujus expectatio loco caret designato.

§. CXXVI.

S. c. 54. L. c. 28. n. 8. A. c. 96.

Dominus si clypeum suum humiliat hominio, omnium hominum suorum carebit beneficio, si illi ad superiorem dominum venerint petendo beneficium.

§. CXXVII.

S. c. 55. 61. L. c. 32. n. 1. A. c. 97. 88.

Beneficialem warandiam dispensator non potest exequi in alio beneficio infra officium, ab illo domino, cujus procurator

tor existit, quia dominus commisit tantum in ejus providentiam bona sua.

§. CXXVIII.

S. c. 55. L. c. 29. n. 4. A. c. 109.

Dispensator itaque hujusmodi beneficium testatur per visum, & audientiam hominum, & non sequatur hoc in alium dominum, nec in filium id hereditet, nisi relicto officio bona obtineat.

§. CXXIX.

S. c. 61. L. c. 31. n. 14. A. c. 111.

Judicandi beneficium habere non est licitum clerico vel mulieri, nec viro in jure deficienti. *t*) *t*) i. e. *insano.*

§. CXXX.

S. c. 63. L. c. 32. n. 2. A. c. 113.

Quicquid homo non suscipit per hominium, non judicetur esse beneficium; sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus non per hominium, sed secundum jus curiæ. Hæc concessio caret beneficiali jure, sed est concessio officialis, quivis etiam ministerialis natione erit ex justitia *u*) dapifer aut secretarius, *u*) aut camerarius, aut marschalcus. *u*) lego: *Butellarius* i. e. *Pincerna.*

§. CXXXI.

S. c. 63. L. c. 32. n. 2. A. c. 113. §. 4.

Ordinem juris istius scilicet curialis, propter diversitatem ejus non describam, sub quolibet enim episcopo & abbate & abbatissa ministeriales jus habent singulare.

§. CXXXII.

S. c. 64. L. c. 32. n. 3. A. c. 114.

Homo quodlibet beneficium sequatur per

Digitized by Google

hominium, quamvis homo prius domini fuerit. Quousque dominus fateatur, quod ille homo suus sit, homo juramento obtineat hominium, quod dominus negat.

§. CXXXIII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 4. 5. A. c. 114. §. 2. 3.

Pro qualibet incusatione dominus placitare secundum beneficiale jus cum homine suo poterit, si culpa vadio digna sit, ante meridiem & diebus *w*) beneficialem incipient placitationem, *x*) nisi in cœmiteriis & ecclesiis.

w) supple: *absolutis. vide supra §. 16.*

x) supple: *in omnibus locis.*

DE ORDINE PLACITATIONIS.

§. I.

S. c. 65. L. c. 32. n. 6. A. c. 114. §. 4.

OMissis his locis audiamus placitationis ordinem. Dominus interroget unum suum hominem in præsentia duorum hominum suorum, si sit ei licitum cum homine suo pro sua accusatione beneficialiter placitare? & infra quod tempus & ad quem locum prosequi debeat illum?

§. II.

S. c. 65. L. c. 32. n. 6. A. c. 114.

Sententia placitationem licentiet *y*) dominus si per quatuordecim dies citet, ab ipso die vel a proximis sex diebus, hominem ad beneficiale jus in denominatam villam vel curiam, quæ vel soluta sit domino, vel aliquis eam habeat ab ipso.

y) i. e. *sententia diem dicet.*

§. III.

S. c. 65. L. c. 32. n. 6. A. c. 114.

Homo

Homo si dominum interrogaverit, in quo loco villa sit sita? Dominus tenetur illum expedire de hoc, si multæ sunt villæ unius nominis, quas tamen longinqui loci separat distantia.

§. IV.

S. c. 65. L. 32. n. 7. A. c. 114. §. 6.

Homo si imperiali beneficio sit inbeneficiatus a domino, in beneficiis imperialibus prosequatur illum dominus.

§. V.

S. c. 65. L. c. 32. n. 8. A. c. 114. §. 6.

Si proprietatem alicujus aliquis in beneficio habuerit, & dominus alter ab eo ipsa proprietate inbeneficiatur, dominus hunc hominem in quolibet beneficio suo prosequatur, nisi tantummodo in beneficio urbano.

§. VI.

S. c. 65. L. c. 32. n. 8. A. c. 115. §. 1.

Cum prædicto modo homini incusato dominus beneficialiter diem determinet, hominibus suis præcipiat sententialiter, ut ejus beneficiali juri intersint. Quod qui non fecerit, domino vadiabit.

§. VII.

S. c. 65. L. 32. n. 9. A. c. 115. §. 6.

Similiter homo incusatus fiet, si dominus sibi sententialiter determinat diem beneficialem in ejus præsentia, absque contradictione justa, & is in termino non comparet.

Digitized by Google

§. IIX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 9. A. c. 115. §. 7.

Beneficium hominis pro vadimonio fidejubebit domino; non tamen tenetur homo vadium pro domino ſupra cenſum tolerare, quem ſibi tenetur dare.

§. IX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 9. A. c. 115. §. 7.

Ubi autem per bonorum cenſum dominus ſuum nequit extorquere vadium, in z) ſuppl. manu. ſua z) dominus beneficium accipiat. Quod ſi acquiſitum vadium infra ſex hebdomadas & annum non redimat homo, abjudicabitur beneficio.

§. X.

S. c. 65. L. c. 32. n. 10. A. c. 116.

Si homo domini incuſationem aut beneficialem ſibi poſitum diem audire nolit, cum tamen domino adeo vicinus ſit, quod poſſit audire, per hoc vadium non evadet ille.

§. XI.

S. c. 65. L. c. 32. n. 10. A. c. 116. §. 2.

Si autem homo præſens non ſit, cum dominus beneficialem diem ſibi ponit, do- a) i. e. ubi habitare vel introire & exire ſolet. minus per nuncium intimet illum in duorum hominum ſuorum audientia, ipſimet, vel in ejus curia, in qua habitationis ſuæ introitus diſcernatur (ſpectatur) & exitus. a)

§. XII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 10. A. c. 116. §. 2. 3.

Si autem homini curia deſit, in alio beneficio, quo eſt inbeneficiatus a domino, intimet dominus hunc diem, quatuordecim diebus

Digitized by Google

diebus ante diem legalem, ad quam dominus veniat & ad minus adducat sex homines, & nuncium, qui citet incusatum.

§. XIII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 11. 12. A. c. 116. §. 4. 5.

Primo quærat dominus: si tempus placitandi sit? &, post quamlibet datam sententiam dominus homines suos quærat, si exequantur illam, per quatuordecim noctes habeant inducias homines domini, si nesciant invenire sententias, tunc addat juramentum quilibet interrogatus post alium.

§. XIV.

S. c. 65. L. c. 32. n. 12. A. c. 116. §. 5.

Beneficiale autem jus differatur, quousque sententia inveniatur.

§. XV.

S. c. 65. L. c. 32. n. 15. 17. 18. A. c. 116. §. 3. 10.

Ab ortu solis usque ad descensum placitationes est inchoare licitum. Quod dum sententia licentiat, dominus quærat, quis ex justitia debeat citare illum; hic *b*) inaudientia duorum hominum, domini homo faciat, vel domini nuncius in fine curiæ, ubi dominus placitat, sic dicendo: incusatum cito N. in præsentia domini propter culpam impositam sibi, prima & secunda & tertia vice, sicut debeo de jure.

b) lege hoc.

§. XVI.

S. c. 65. L. c. 32. n. 18. A. c. 116. §. 10.

Qui si desit, nuncius redeat ad dominum dicens: non vidi incusatum, nec ali-

quem ex parte ejus, qui ejus excuſaret abſentiam per juſtitiam.

§. XVII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 18. A. c. 116. §. 10.

Id ipſum dum confitentur nuncii, dominus quærat, quid ſupra hoc faciendum ſit? Eique ſecunda citatio fieri judicetur, & ſimiliter tertia, priori ordine. Qui dum tertio citatus deſit, dominus quærat, quid faciendum ſit ſibi? cui judicatur, quod expectare debeat usque ad ſolis deſcenſum.

§. XIIX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 18. A. c. 116. §. 10.

Si incuſatus adhuc deſit, cum ſol deſcendit, dominus quærat, ſi expectaverit illum ſecundum quod juſtum eſt? quod dum ſententia firmat, dominus ſententialiter ponat diem alteri, in quo proſequatur illum, ſicut fecit in primo, ſic faciat ſecundo & tertio.

§. XIX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 18. A. c. 116. §. 10.

Si quem iſtorum dierum non obſervaverit dominus ordine & modo prædicto, ad nihil habeatur ejus proſecutio. Dies tantummodo primus incuſato ipſi prædicto modo erit inmandus.

§. XX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 19. 20. A. c. 116. §. 12.

Non in clauſa curia, nec ſub tecto licitum erit placitare domino. Cum ad diem tertium expectaverit dominus incuſatum, usque dum ſol deſcendat, quid ultra ſibi faciendum ſit, quærat. §. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 13.

Tunc judicet ſententia, quod dominus teſtari debeat tria ſua placita; primum cum duobus ſuis hominibus, horum teſtimonium ſonet in hunc modum: per votum mei præſentis domini affirmo, quod audivi & vidi, quod dominus in primo placito & deſignato loco incuſatum expectavit beneficialiter ut debuit, & proſecutus eſt eum juſtis ſententiis, hujus rei teſtis ſum.

§. XXII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 13.

Poſt cujuslibet teſtis verbum, dominus quærat, ſi ſuum teſtimonium profecerit c) cum illo, ſic ut debet ex debito (de jure.)

c) i. e. perfecerit.

§. XXIII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 14.

Si quis per votum domini ſemel teſtetur, ſecundo non interrogetur.

§. XXIV.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 14.

Dominus quotquot velit homines ſuos inquirat, quousque teſtimonium ſuum perficiat.

§. XXV.

S. c. 65.

Prædicto modo dominus placitum ſecundum probabit, & tertium, ſed ad quodlibet placitum ſingulares habeat teſtes.

§. XXVI.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 16.

Cum ſic probaverit dominus tria ſua placita, quærat ſententiam ſuper incuſati abſentiam.

§. XXVII.

Digitized by Google

§. XXVII.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 17.

Tunc judicet ſententia, quod abjudicari debeant incuſato. Tunc quærat, dominus ſuus debeat facere, an alius. Sententia autem doceat, ut hoc unus hominum domini faciat, hæc verba dicendo: Sic abjudico beneficia incuſato, quibus usque modo inbeneficiatus fuerit a domino meo.

§. XXIIX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20. A. c. 116. §. 19.

Tunc dominus finaliter hæc bona in duorum hominum ſuorum audientia attrahat ſibi per nuncium & retineat ea per ſex hebdomadas & annum absque redditibus, expectans, ſi homo extrahat ea ſecundum jus. Infra quem terminum ſi incuſatus non extraxerit beneficium, abjudicetur
d) lege ei. & d) prædicto modo omne jus in beneficio.

§. XXIX.

S. c. 65. L. c. 32. n. 20.

Dominus ſibi attrahat ſingulariter beneficia in quolibet loco & villa, ubi autem plures villæ attinent uni curiæ, curiam pro villis omnibus attrahat ſibi dominus.

§. XXX.

S. c. 66. L. c. 32. n. 21. A. c. 116. §. 20.

Si autem incuſatus infra ſuum termi-
e) delendū videtur &, aut loco ejus intelligendum: tunc
num aggreditur dominum ad excuſandum ſua, ſecundum jus, beneficia; ſi ſe abſconderit dominus, aut in urbe fuerit ſervatus, ne homo beneficia ſua excuſet, & e) homo ſi ſuper hoc teſtibus abundat, coram homini-

minibus domini beneficium extrahat, ſicut coram domino debebat.

§. XXXI.

S. c. 66. L. c. 32. n. 21. A. c. 116. §. 21.

Si autem homo in præſentiam domini veniat, primo prolocutionem *f*) petat, deinde reliquias, *g*) ut ſua excuſet beneficia, quas ſi dominus dare renuat, homo ſuasmet reliquias adducat, ſuper quas juret, quod ſua beneficia non ſint ſibi taliter abjudicata, ut eorum de jure debeat carere. Homo tamen hoc non faciat, niſi dominus juſtitiam ſibi renuat.

f) Advocatum.

g) Sanctorum, ſuper quibus juret.

§. XXXII.

S. c. 66. L. c. 32. n. 21. A. c. 116. §. 22.

Tunc dominus, ſi velit, beneficialem in-timet diem ſententialiter illi ad reſpondendum ſuæ excuſationi. Ad quem ſi non venerit incuſatus, abjudicetur ei in beneficia omne jus; niſi ex cauſa neceſſaria ſit ejus excuſatio, aut in ipſius domini ſit ſervitio.

§. XXXIII.

S. c. 67. L. c. 33. n. 3. A. c. 117. §. 1.

In die qua homo ſtrepe *h*) tenet domino, aut ſententiam invenit, aut aliquo ſibi ſervit, & etiam dominus juſtitiam renuerit, cum ab homine incuſatus fuerit, & quamdiu aliquid perdiderit in ejus ſervitio, de quo ſibi deſit reſtauratio beneficiali juri non obſtabit *i*) domini.

h) ſtapiam.

i) h. e. non obſtrictus eſt ſtare in judicio feudali.

§. XXXIV.

S. c. 67. L. c. 33. n. 3. A. c. 117. §. 2.

Atta-

Attamen domino terminare licitum eſt querimoniam unius hominis ſui in aliquo beneficiorum, quamvis ſit in ejus ſervitio, vel unus eorum vel ambo.

§. XXXV.

S. c. 68. L. c. 33. n. 4. 5. A. c. 117. §. 3. 4.

Homo cum venerit ad beneficialem determinatum diem in curiam, in qua dominus placitat, neminem introducat, niſi domini ſit homo. Quod enim ſi faciat, domino pro quolibet vadiabit, aut introduxiſſe ſe eos juramento expurgabit. Antequam etiam in præſentia domini veniat, gladium, cultellum & calcaria deponet, chirothecas exuat, & omni careat ferro. Pallium exutum pendeat in humero aut omnino deponatur.

§. XXXVI.

S. c. 68. L. c. 33. n. 5. A. c. 117. §. 4.

Caput nullo tegatur, *k*) cappa *l*) non ſit indutus, nec thorace, nec armis aliquibus.

k) ſupple: pileo.

l) an *veſtimenti* genq hic intelligitur, an *mitra? Confer du Freſne hac voce.*

§. XXXVII.

S. c. 68. L. c. 33. n. 5. A. c. 117. §. 4.

Si in aliquo iſtorum homo ſe neglexerit, domino vadiabit.

§. XXXIIX.

S. c. 68. L. c. 33. n. 5. A. c. 118.

Id non dico de alio, niſi qui incuſatus eſt a domino, & per domini incuſationem citatus eſt ad jus beneficiale.

§. XXXIX.

S. c. 68. L. c. 33. n. 7. A. c. 119. §. 1. 2. 3.

Cum dominus placitum ſuum inchoaverit ſecundum prædictum modum, unum ex

ex ſuis hominibus accipiat dominus, qui verbum ſuum loquatur ad incuſatum. Cum incuſatus primo in præſentiam domini venerit, dominus illum interrogabit, ſi venerit taliter, ut reſpondere velit ſibi beneficialiter, pro quo ille, ſi velit, colloquium petat, & ſi poſſit renuere, renuat. Quod ſi facere nequeat, ad dominum redeat, dicens: dominus huc veni reſpondere, in quantum debeo de jure.

§. XL.

S. c. 68. L. c. 33. n. 7. A. c. 119. §. 3.

Tunc dominus ex juſtitia ſingulariter pro qualibet cauſa incuſabit illum, & præcipiat, ut ſuper hoc reſponſum det. Tunc incuſatus prolocutorem petat, & ipſe roget licentiam colloquendi, antequam exeat.

§. XLI.

S. c. 68. L. c. 33. n. 8. A. c. 119. §. 4.

Prolocutore careat, ſi quis in prima accuſatione ipſemet reſpondeat.

§. XLII.

S. c. 68. L. c. 33. n. 9, 10. A. c. 38.

In omni ſermone homo inquiratur ſi in verbum prolocutoris ſui profiteatur. *m*) Hominem prolocutoris ſui negligentia non damnabit, quamdiu in verbum illius confeſſus non fuerit. Inter differentem ſermonem duorum dominus quærat, quid juſtum ſit.

m) i. e. an id approbet.

§. XLIII.

S. c. 68. L. c. 33. n. 11. 12, 13.

Si ſecundum libitum non ſecundum jus quæ-

quærat, hominem ſententia non lædat; prior petita primo procedat ſententia. Beneficiali jure ut aſtet, renuere poterit homo, quamdiu incuſatus non reſpondit. Palam coram domino non loquatur, cum procuratore ſuo, ſed interrogatus a domino reſpondeat: Eſt, non, vel colloquium peto. Habet etiam licentiam, ut ſententia ab eo injuſta arguatur.

§. XLIV.

S. c. 68. L. c. 33. n. 14.

Homo incuſatori ſuo referat, *n*) quoties *b*) colloquium exeat.

n) ſupple: *reſpondeat.* *b*) ſupple: *ad.*

§. XLV.

S. c. 69. L. c. 33. n. 17. A. c. 123.

Homo vadiabit domino, pro omni incuſatione, quæ digna eſt vadio, niſi quam juramento negaverit.

p) an *cunctæ* intelliguntur in contumeliam alicujus facti? (*vid. du Fresne voce tropus.*) an locutiones ambiguæ & dubii ſenſus? An forte legendum *turpiloquia?*

§. XLVI.

S. c. 69. L. c. 33. n. 18. A. c. 123.

Tum interdum dominus proponit incuſationes, quæ non ſunt vadio dignæ, ſicut tropiloquia, *p*) quia ſi in opprobrium domini locutus non fuerit homo & hoc audet juramento affirmare, domino ſuper hoc non tenetur vadiare.

§. XLVII.

S. c. 69. L. c. 33. n. 18. A. c. 123.

Pro omni cauſa homo vadiabit domino, per quam opprobrium ei intulerit aut damnum, aut ſi aliquid loquitur vel egerit in beneficiali jure ſuper id quod debuit. *q*)

q) i. e. ſi locutus eſt vel egit quod non debuit?

§. XLIIX.

Digitized by Google

§. XLVIII.

S. c. 69. L. c. 33. n. 19. A. c. 121. §. 1.

Si aliquis ademit homini bona ſui domini, & illum is juſta non proſequitur querimonia, vel non intimaverit ſuo domino, hæc cauſa eſt vadio.

§. XLIX.

S. c. 69. L. c. 33. n. 20.

Et ſi quis exponit, r) ſua beneficia abſque domini licentia, dominus illi ſententialiter præcipiat, ut ea infra ſex hebdomadas redimat, quod ſi non fecerit, domino ſuo vadiabitur.

r) i. e. pignori tradit.

§. L.

S. c. 69. L. c. 33. n. 21. 22.

Si homo injuriatur homini, qui fuerit in domini ſervitio, in bonis domini ſui, aut aliquid læſerit facto vel verbo, vel ſi injuriatur hominibus, bona domini ab eo habentibus, aut natis ad bona, & ſi læſus querimonia juſta actorem (autorem) coram domino proſequitur, is domino pro his cauſis vadiare judicetur. Sed ſuo homini homo non reſpondebit coram domino ſuo, niſi probetur, quod coram ſuis hominibus juſtitiam illi renuerit. Dominus non niſi prædictæ cauſæ offenſionis judex erit læſi ſui hominis.

§. LI.

S. c. 69. L. c. 33. n. 24. A. c. 126. §. 2.

Si homo ſe mungit aut ſpuit, vel tuſſit aut ſternutat, aut ſi ſteterit in alia parte ſui prolocutoris, quam fuerit in primis, vel ſeſe tergit, vel circumſpicit, vel muſcas,

Digitized by Google

ne eum lædant depellit; pro hujusmodi causis non vadiabit domino: quamvis tamen in hoc quorundam erret opinio.

§. LII.

S. c. 69. L. c. 34. n. 1. 2. A. c. 126. §. 2. c. 127. §. 1.

Decem talenta domino vadiabit homo, sed princeps de beneficio principali centum talenta *s*) vadiabit regi.

s) i. e. libras seu marcas. *du Fresne.*

§. LIII.

S. c. 69. L. c. 34. n. 3. A. c. 127. §. 2. 3. 4. 5. 6.

Homo domini habebit satisfactionem secundum suam nationem, *t*) & satisfactio & vadium ad domum proximam domini ab illo loco, in quo acquiritur per quatuordecim noctes solvatur.

t) id est conditionē generis & familiæ. Germ. Geschlechte. *du Fresne.*

§. LIV.

S. c. 69. L. c. 34. n. 6. 7. 8. A. c. 128. §. 1. 2. 3.

Homo absque licentia non sedeat in domini præsentia, sed, cum debilitatus, jaceat, & juramentum addat, si dominus credere nolit, quod necessitas eum jacere compulerit. Non nisi tria vadia uno die vadiabit domino. Pro qualibet incusatione tria habebit colloquia, donec vocetur tribus vicibus a nuncio domini.

§. LV.

S. c. 69. L. c. 34. n. 9.

Curiam, in qua dominus placitat, incusatus non exeat, quamdiu dominus suum non terminaverit placitum.

§. LVI.

S. c. 70. L. c. 34. in. 10. A. c. 129.

Quilibet homo domini alterius sententiam arguere *u*) potest, sibi regali clypeo non deficit.

u) id quod hodie *appellare* dicimus.

§. LVII.

Digitized by Google

§. LVII.

S. c. 70. L. c. 34. §. 11. A. c. 129.

Arguitor si quinque solidis vel manso dimidio non est inbeneficiatus a domino, fidejussorem ponat. Si in sententia deficiat, vadium detur domino, & homini, quem arguit, satisfactio. Nullus pro illo fidejubebit, qui non a domino inbeneficiatus sit.

§. LVIII.

S. c. 70. L. c. 34. n. 12. 13. A. c. 130. §. 1. 2.

Homo cum sententiam arguit, quam injustam esse credit, alteram inveniat, si dominus jubeat. Et si dominus eum incusaverit, quod causam justitiæ non fecerit, quod arguerit sententiam, sed ad protrahendam justitiam, homo juramentum adhibebit, quod non nisi justitiæ causa fecerit.

§. LIX.

S. c. 70. L. c. 34. n. 14. A. c. 130. §. 3.

Homo, cum ab eo sententia arguitur, sic loquatur: Si tu sic vocaris N. & es id, quod appellaris, tunc mihi & tibi injustam inveniisti beneficialem sententiam, *w*) quo cum ea tendere debeam? Et ad quem locum, & infra quod tempus.

w) supple: *quæro igitur.*

§. LX.

S. c. 70. L. c. 34. n. 14. A. c. 130. §. 4.

Tunc judicetur quod illius beneficii superior dominus arguitæ sententiæ judex esse debeat, ad quem vadant ambo & homines domini duo cum illis mittantur, ut sint testes, qualiter terminata fuerit sententia, pro qua est discordia.

§. LXI.

S. c. 70. L. c. 34. n. 15. A. c. 130. §. 5.

Dominus autem missis expensam debet nunciis, quibus panis & cerevisia datur absque mensura & tria convenientia fercula in comestionem singula & briarium x) vini, & sufferrabuntur eorum equi in anterioribus pedibus.

x) *mensuram* Du Fresne voce *Bria*.

§. LXII.

S. c. 70. L. c. 34. n. 15. A. c. 130. §. 5.

Duo fercula dentur servientibus, & quinque manipuli singulis ad diem & noctem equis. Sex erunt eis servi, octo autem equi. Hi infra triduum ad superiorem dominum ire incipiant, & sententiam prius sex hebdomadas reducant.

§. LXIII.

S. c. 70. L. c. 34. n. 16. A. c. 130. §. 6.

Si autem superior dominus defuerit Teutoniæ tempore terminandæ sententiæ, cum primo Teutoniam intrasse cognoscitur, ab illo die sententia reducatur infra sex hebdomadas. Homo incusatus ad hunc diem veniat, domino responsurus, sicut in priori faciebat, si sibi intimatus a domino sententialiter, & ordine prædicto.

§. LXIV.

S. c. 72. L. c. 36. n. 1. A. c. 132. §. 1.

Omnis supra scriptio de vulgari tractat beneficio.

§. LXV.

S. c. 72. L. c. 36. n. 1. A. c. 132. §. 1.

Adhuc distinguam tria beneficiorum genera, quæ quantum a vulgari differant, audietis in sequenti.

§. LXVI.

Digitized by Google

§. LXVI.

S. c. 72. L. c. 36. n. 2. A. c. 132. §. 2.

Judicandi beneficium non descendit in quartam manum, nisi sola præfectura, quæ super judices habet jura.

§. LXVII.

S. c. 72. L. c. 36. n. 3. A. c. 132. §. 4.

Dum judex incusatur, ab aliquibus judex super judicem erit præfectus nec aliquis potest concedere alteri judicium concessum sibi, nisi singulare sit judicium, quod in illud pertineat, hoc saltem solutum habet.

§. LXVIII.

S. c. 72. L. c. 37. n. 2.

Si quis proprietate alterius inbeneficiatus est, illum de jure in heredem non sequatur, nec in aliquem alium. Tamen proprietatis beneficium usque in sextam manum descendit, quorum nullus alteri poterit renuere beneficium, excepto supremo domino.

§. LXIX.

S. c. 72. L. c. 37. n. 2. A. c. 135.

Item dominus qui proprietatem suam concessit hominibus libere, si egerit, resumere poterit eam: ex quo cum aliis bonis imperialibus illam restituat hominibus pro modo beneficii.

Digitized by Google

DE URBANO BENEFICIO.

§. I.

S. c. 72. L. c. 37. n. 5. 6. 7. c. 38. n. 4. A. c. 136. §. 2. c. 138. §. 3. 4.

IN ſecundam manum non deſcendit urbanum beneficium, niſi tantum ſi urbanus alicui beneficium concedat. hujusmodi beneficiali jure homo ab illo domino in hoc beneficio fruatur, ſed in alium dominum non ſequatur.

§. II.

S. c. 72. L. c. 38. n. 6. A. c. 139. §. 2. 3.

Urbanus non tenetur ſervire domino, ſed in urbe debet morari & contra adverſitates ejus eam tueri, & urbanas ſententias inveniat, dum dominus egeat.

§. III.

S. c. 72. L. c. 38. n. 6. A. c. 139. §. 4. 5.

Urbanum placitum dominus non habebit, niſi in ſuis urbibus, ad quod ſententias nemo inveniat, niſi urbanum beneficium a domino habeat, & ſuper urbanum beneficium non niſi urbani ferant teſtimonium.

§. IV.

S. c. 72. L. c. 38. n. 6. A. c. 139. §. 6. 9.

Nullus e contrario de urbano beneficio ſuper vulgare habentem beneficium ſententias inveniat, nec perficiat teſtimonium de quolibet alio beneficio, excepto urbano, quod homo per hominium ſuſceperit, & in warandia habuerit ſententias inveniat & perficiat teſti, quilibet idoneus ſuper inbeneficiatum alium. §. V.

Digitized by Google

§. V.

S. c. 73. L. c. 39. n. 3. & 4. A. c. 141.

Urbs pateat incusato ad introitum, in qua domini est placitum. Inclusis portis h[illegible] sententias non inveniat domino.

§. VI.

S. c. 73. L. c. 39. n. 5. A. c. 143.

Pro duabus tantummodo causis urbano domino licet habere placitum.

§. VII.

S. c. 73. L. c. 39. n. 5. A. c. 143. §. 1.

Si urbanus contra eum perfide egerit, aut urbem in necessitate non protegerit. Si dominus placitat sub urbano pro hujusmodi delicto, illimet vel in ejus curia hoc placitum intimabit ex ejus justitia, & prosequatur ipsum secundum ordinem prædictum.

§. VIII.

S. c. 73. L. c. 39. n. 7. A. c. 143. §. 2. 3.

Si autem dominus urbano urbanum abjudicaverit beneficium, & illud non excusaverit juramento urbanus, infra sex hebdomadarum tempus, ulterius non est licitum, ut abjudicatum sibi excuset beneficium.

§. IX.

S. c. 73. L. c. 39. n. 8. 9. A. c. 143. §. 4. 5.

Si urbanus in urbana curia non manserit, ut debet ex justitia, dominus sententialiter illi præcipiat, ut in urbem mansurus redeat, & hoc intimet illimet, vel in ejus curiam per nuncium in audientia duorum urbanorum, qui si infra sex hebdomadas non revertitur, urbanum beneficium sibi abjudicabitur. Si autem infra sex hebdoma-

Digitized by Google

das, ille semel pernoctaverit in urbe, & super hoc abundat testimonio, aut si ex causa idonea sit suæ absentiæ excusatio, tunc sibi urbanum non abjudicabitur beneficium.

§. X.

S. c. 73. L. c. 39. n. 11. A. c. 145. §. 1.

Urbs si destruitur, aut per domini paupertatem aut negligentiam dilabitur, aut si fuerit deleta sententialiter injuriarum causa, quarum urbanus autor non fuerit, urbano beneficio propterea non carebit.

§. XI.

S. c. 73. L. c. 39. n. 11. A. c. 145. §. 2. 3.

Sed urbanum pro vulgari beneficium sit illi, quoad usque urbs fuerit reædificata & portis & munimentis undique firmata. Tamen urbem reædificari non est licitum, quam sententia destruxit injuriati.

§. XII.

Homo non exequitur beneficium, in bonis, quæ susceptit per nuncium, salvo honore suo.

§. XIII.

S. c. 77. L. c. 41. n. 1.

Homo pro debito domini accipiat vadium, aut conqueratur de hoc in judicio super illum. Si eum primo justa prosecutus fuerit querimonia coram suis hominibus, & justitiam ei renuerit dominus, si in beneficiali esset jure, pro hoc facto non judicetur vadiare domino.

§. XIV.

S. c. 77. L. c. 41. n. 2.

Dominus etiam si suo homini vim intulerit, aut eum spoliaverit & prædicto modo

Digitized by Google

do dominum persecutus fuerit homo, si in judicio veniens spolium conqueratur super dominum & ille se defendat, in hoc contra fidem suam nihil faciat, quamvis domino non contradixerit suum hominium, nec resignaverit beneficium.

§. XV.

S. c. 77. L. c. 41. n. 3.

Si contradicit *y*) domino hominium sum homo, domino sit solutum, quod ab eo habuit beneficium. Dominus e contrario perdat beneficium, quod ab eo habet homo, si statim a superiori domino petit secundum jus illud beneficium, vel quod transmittatur in dominum alium, a quo jus habeat cum honore a priore domino.

y) i. e. *denegat.*

§. XVI.

S. c. 77. L. c. 41. n. 5. A. c. 149. §. 1.

Non nisi in persona propria contradicit ex justitia homo domino & ille e converso. Nullo facto neuter eorum noceat alteri infra spatium noctis & unius diei.

§. XVII.

S. c. 77. L. c. 41. n. 6. A. c. 150.

Homo si petit a domino ducatum, *z*) ut ei contradicat hominium, & hoc se dare dominus renuat, tres homines domini in testimonium ponat, & tum ad urbem vel curiam domini proximam domino suum contradicat hominium in audientia desuper manentium, vel ad placitum principū, & resignet coram eo domino beneficium. Hujus facti eget homo, ut testimonium habeat.

z) i. e. *salvum conductum.*

Digitized by Google

§. XVIII.

S. c. 77. L. c. 41. n. 6. A. c. 150.

Sed si homo negaverit in postero, quod contradixerit domino, non est licitum hoc testari, si ille audet adhibere juramentum.

§. XIX.

S. c. 77. L. c. 41. n. 6. A. c. 150.

Tamen si sententialiter homo, & secundum jus beneficiale solutus fuerit a domino, hoc testabitur potius dominus, quam neget homo.

§. XX.

S. c. 77. A. c. 150.

Postquam sic domino hominium contradixit homo, non erit ei noxius infra sex hebdomadum tempus, & similiter dominus faciat, si contradicat hominio.

§. XXI.

L. c. 42. n. 1. A. c. 100. §. 8. c. 101. 102. 112. 113. & claus. fin.

Omnem beneficii ordinem exposui, quidam tamen fingunt, plura beneficia esse, quæ ad tempus deficiant (seu in certo termino finiantur) sicut beneficium clypei (seu scuti) quod deficiat cum clypeo; & quod ad manum alterius alicui dominus se dicit concessisse homini, & beneficium, quod deficiat, cum homo manserit in illo, omne enim concessum beneficium non nisi sententialiter homini abjudicatum fuerit erga dominum, qui illud concessit.

§. XXII.

Omnis concessio ad tempus conditionaliter est reprobabilis; propterea detestemus hæc omnia.

FINIS.

Digitized by Google

DE

LIBRI VETERIS

DE

BENEFICIIS

Autore, Fato, Vetuſtate ac raritate, aliisque ad hanc ejus editionem pertinentibus DISSERTATIO,

AD

VIRUM PERILLUSTREM ET EXCELLENTISSIMUM,

CHRISTIANUM WILHELMUM AB EYBEN,

Immediati Ordinis Equeſt. Circ. Rhen.
Sereniſſimo Duci Reg. Sleswic. Holſat.
a Conſiliis Status,
Ejusq; hodie ad Aulam Cæſaream Legatum.

Digitized by Google

VIR PER-ILLUSTRIS ET EXCELLENTISSIME.

Nil mihus expectabam, quam ut Veterem Autorem de beneficiis, fruſtra hactenus ab eruditis deſideratum, conſpicere mihi liceret, cum Tu, Vir Per-illuſtris & Excellentissime a Principe Tuo ad aulam Imperatoris ablegatus per urbem noſtram tranſiens, mihique, præ aliis hanc felicitatem indulgens, ut alloquio Tuo abunde frui liceret, mentionem injiceres inter alia, quod librum illum non ſolum poſſideres, ſed & deſiderium Tuum exponeres, ut iſte libellus in publicum prodiret. Mihi vero nihil gratius & acceptius contingere poterat, quam ut libellum iſtum a me quoque in hiſtoria juris feudalis deſideratum, & videre liceret, & in eo ſtudere, atque antiquitates feudales genuinas patriæ exinde diſcere. Quare non poteram non promtiſſime ad editionem ejus me offerre, atque, ut copia deſcribendi fieret, debite expetere. Tu vero, pro ea qua polles inſigni erga omnes humanitate atque benevolentia, non ſolum ſtatim annuebas, ſed & ipſa manu propria deſcriptum ſpecimen ejus libelli, ſive initium ejusdem cum aliquot paragraphis ſequentibus, mox ante abitum Tuum, domum mittebas, & Te reliqua per partes, dum adhuc in itinere

Digitized by Google

nere ad Viennam fores, missurum esse promittebas. Neque promisisti saltem, sed & exactius servasti, quam pro gravitate negotiorum, quæ etiam in itinere Te occupatum tenebant, mihi promittere poteram. Uti ergo Tuum est hoc beneficium, quod nunc autore illo vetere utatur eruditus orbis; ita patere, VIR PER-ILLUSTRIS & EXCELLENTISSIME, ut Tibi publice gratias agam, & meo nomine, quod me tanquam instrumento uti volueris, in edendo hoc antiquitatum germanicarum cimelio, & nomine JCtorum omnium, qui studia humaniora & antiquitates patrias, prout decet, æstimant. Neque adeo ægre feres, quod illustre nomen Tuum in fronte gerat dissertatio præsens, quæ præfationis loco esse poterit ad istum aureum libellum. Factum id a me fuit ex debito gratitudinis, & ut Te publice rogem, velis & reliqua, quæ possides MSta, ad augmenta studiorum elegantiorum pertinentia, de quibus coram disseruisti, publico non invidere. Vale, &, quod agis, me amare perge. Dabam Halæ Saxon. d. 14. Martii 1708.

TUÆ PER-ILLUSTRIS
EXCELLENTIÆ

cultor perpetuus
CHRISTIANUS THOMASIUS.

Digitized by Google

DISSERTATIO de Autore, Fato, Vetuſtate & Raritate Libri Veteris de Beneficiis.

SUMMARIA.

1. *FReherus mentionem primus fecit hujus libelli.* 2.3.4.5.6.7. *Loca Freheri.* 8. *Poſt Freherum Goldaſtus ejus meminit.* 9. *Joh. Schilteri ſententia de eo.* 10. *Fata libelli.* 11. *Noſtrum libellum eſſe eundem cum Freheriano.* 12. *Quam relationem habeat libellus noſter cum jure feudali Saxonico & Alemannico.* 13. *Autor libelli quis, incertum. Veroſimile tamen, eum non publica, ſed privata autoritate fuiſſe collectum adverſum doctrinam Schilteri.* 14. *Tempus libelli. Indubie conſcriptum fuiſſe intra annum 800. & 1250.* 15. *Conjecturam ulteriorem de tempore facere, quod vox* feudi *in libello non occurrat. Quando vox feudi in uſu eſſe ceperit? Fluctuans aſſertio Freheri.* 16. *Conſtantior Eybenii, ante annum 1000. eam non fuiſſe uſurpatam.* 17. *Cangius chartas ſeculi noni, ubi vox feudi occurrit, pro ſuſpectis habet.* 18. *Schilterus primum uſum vocis feudi ſeculo XI. adſcribit.* 19. *Quid ſentiendum ſit de conſtitutione Ottonis I. a Goldaſto relata, ubi vox feudi occurrit.* 20. *Reſpondetur Andreæ Knichenio, aſſerenti, vocem feudi antiquiorem eſſe beneficii nomine.* 21. *Vide-*

Videri, ex illa conjectura de non adhibita voce feudi, posse inferri, libellum nostrum esse scriptum ante seculum undecimum. 22. *Sed re penitus inspecta id argumentum parum inferre.* 23. *Dubium, cur Freherus asserverit, librum hunc scriptum esse, cum imperium esset penes Saxones.* 24. *Ex stilo & usu vocum reliquo vix argumentum desumi posse pro determinanda antiquitate libelli.* 25. *Ex eo, quod libellus mentionem faciat, feudorum Episcopis, a Principibus Laicis oblatorum, saltem inferri, eum scriptum esse post seculum nonum.* 26. *Secundum libellum nostrum soli filii succedunt patri in beneficio. Agit libellus primario de feudis, quæ hodie nobilia dicuntur.* 27. *Conradus imperator primum admisit nepotes & fratres in feudo paterno.* 28. *Scilicet Conradus Salicus, quod probatur.* 29. *Tam in feudis germanicis, quam in Longobardicis.* 30. *Quid novi hac lege Conradi constitutum fuerit intuitu nepotum.* 31. *Doctrinæ nostræ non obstare ea, quæ Schilterus tradidit de successione nepotum.* 32. *Qua ratione factum fuerit, ut ante Conradum nepotes in feudis non admitterentur.* 33. *Locus Witechindi de successione nepotum per gladiatores stabilita explicatur.* 34. *Ut & locus parellelus Sigeberti.* 35. *Ex dictis patet, libellum scriptum esse ante tempora Conradi Salici.* 36. *Unde fere demonstrata est assertio Freheri, quod liber hic scriptus sit sub imperatoribus Saxonicis. Fontes aliarum conjecturarum*

Digitized by Google

rarum omittuntur. 37. *Partim ob magnam hic dicendorum copiam.* 38. *Quod exemplo de* ſex *principibus, qui jubentur regem noviter electum Romam comitari, probatur.* 39. *Partim, quod illæ conjecturæ rem ſaltem illuſtraturæ ſint; atque hactenus ſatis conſtet, libellum eſſe ſcriptum inter regna Ottonis I. & Conradi II.* 40. *De variis lectionibus libelli, ac emendationibus textus, aut explicationibus margini adjectis.* 41. *In ſpecie cur Freherus in §. 30. vocem* Secretarius, *expungendam,* 42. *& loco ejus* Pincerna *ſcribendum eſſe putaverit.* 43. *Magis veroſimile eſſe, quod ſcribendum ſit* Buticularius *vel* Cellarius. 44. *Non videri in libello noſtro, ab eo, qui illum deſcripſit, aliquid mutatum eſſe, aut emendatum.* 45. *Monita circa interpunctiones & numeros paragraphorum. In ſpecie circa §. 70. & 71.* 46. *Item circa §§. 105. 106. 107. 108. & 109.* 47. *Denique circa §. 6. & 7. de urbano beneficio.* 48. *Errores interpunctionum & paragraphorum facile emendari poſſe ex jure feudali Saxonico.* 49. *Cur loca parallela ex jure feudali tam Saxonico, quam Alemannico ad ſingulos paragraphos ſint indicata.* 50. *Monitum de variis lectionibus & emendationibus marginalibus.* 51. *Repetitio quæſtionis, an libellus noſter jam extet impreſſus alibi?* 52. *Quam negandam eſſe credimus.* 53. *Cautiones eapropter a nobis ante editionem adhibitæ.* 54. *Librum Coloniæ anno 1570. impreſſum, non videri eundem eſſe cum noſtro.* 55. *Niſi contraria aſſertio probetur evidentius.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

QVantum debeat Marquardo Frehero, eruditus & de antiquitatibus germanicis & genuinis juris publici fontibus ſollicitus orbis, partim ejus ſcripta, in plurimis bibliothecis reperta, teſtabuntur, partim ex iis, quæ de hoc viro collegit Melchior Adamus in vitis JCtorum Germanorum, demonſtrari poterit. Inter alia autem documenta, memorari meretur, conſtitutio Caroli III. de expeditione Romana, illuſtrata commentario Freheri. (de qua alibi pluribus diſſeremus.) In ea ſæpiſſime uſus eſt Freherus hoc autore vetere de beneficiis ad expoſitionem illius conſtitutionis Carolinæ, atque primus quod ſciam, ejus mentionem fecit. Ut adeo ſcopus diſſertationis noſtræ poſtulet, loca illa huc opponere integra. Freherus primus mentionem fecit hujus libelli.

§. II.

Ad verba: *nobiscum euntium:* ſequentia adnotavit Freherus.: *Hi qui ſunt, exponit vetuſtiſſimus autor de Beneficiis §. 12.* Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit, ordinari, ſecum ibunt de jure ſex principes, qui primi ſunt in ejus electione, ut pateat apoſtolico regis juſta electio, *& §. ſeq.* Ibunt illuc & alii omnes, imperialia beneficia habentes, quisque cum domino ſuo, niſi talento decimo iter redimat: *ſed tamen cis-Salani præcipue §. 10.* Omnes trans-Salani in beneficiatum in parte Ori- Loca Freheri.

Digitized by Google

entali ſerviant, in Poloniam, Sclaviam & Bohemiam &c. Sequitur ſtatim apud Freherum (ad verba: *annus cum ſex hebdomadibus*) *Idem auctor §. 9.* Regis juſtum ſervitium a domino ſuo ſententialiter præceptum, anno & ſex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum hominum ſuorum audientia, ſerviat (inquam) ex juſtitia intra terram Teutonicam, Romano regno ſubditam; *Et §. 14.* Hæc expeditio prius tribus diebus & anno & ſex hebdomadis ante diem expeditionis cuilibet ex juſtitia erit intimanda. Et iterum (ad verbum ſtatim ſequens *indicetur*) *Mox:* imperetur. *Auctor de Beneficiis:* ſententialiter præcipiatur *d. §. 9. & §. 56. & §. 108. Hæc indictio ſcripto aut voce præconis fiebat, quæ &* Bannus *illa latinitate dicebatur, & mulcta emanentis* Heribannus. *Et indicebatur in duorum hominum ſive comparium præſentia, ut d. §. 9. & l. 2. Feud. tit. 54.*

§. III.

Iſte vero, qui jam ſequitur locus, præ reliquis conducit nobis ad indagandum tempus, quo autor librum iſtum ſcripſerit. Ad verba *feodo ſuo* annotat Frehervs: *Hanc vocem non credebam eſſe tam antiquam, ſed Friderici demum ævo cum uſibus & conſuetudinibus illis natam. Perlegi tot diplomata, tot annales, tot veteres memorias,* FEUDUM *nunquam,* BENEFICIA *ſemper inveni. Habeo librum de beneficiis antiquum, conſuetudinibus illis vulgatis vetuſtiorem, nimirum, cum*

penes

penes Saxones imperium esset, scriptum, quem cum primum otium erit, (Deo juvante) in publicum dabimus. In eo nec semel feudi *vox, nec* feudalis, *nec* infeudati; *semper* beneficii, beneficialis, inbeneficiati, *ita constanter, ut si vox altera ignota prorsus fuisset. Nunc credo fide hujus diplomatis esse antiquiorem: quæ tamen (quod mireris) nec semel in totis legibus Carolinis apparet. Postea demum sub Henrico IV. occurrit apud abbatem Stadensem, ita scripta,* Phœdum, *ut in chronicis Flandriæ sub Wilhelmo Imperatore* fœdum. *Sed de his alias pluribus.*

§. IV.

Paulo post ad verba: *quot mansos. Mansum varie exponunt. Aventinus lib. 3. hubam & mansum quæ bigis aretur; curtim & hofam quæ quadrigis. Amerbachius putat esse jugerum, & quasi a mensura mansum dici: quem sequitur Hotomannus inductus consonantia vocis* Mansmat. *Recte Cujacius & Pithœus, esse prædium, fundum, herediam, unde tueri colonus se & familiam commode possit, ac insuper vectigal & censum domino præstare. Idque ex Capitularibus & monumentis omnibus Carolinis abunde apparet. Denique* mansum *&* curtem *promiscue dicit ipse Gerhardus* de feudis lib. I. tit. 1. §. si quis de manso. *Nec potest esse feudum inferius uno manso, vel saltem dimidio, ut tradit auctor ille* de benefic. §. 37. & tit. de ordine placitationis §. 58.

Digitized by Google

§. V.

Porro: ad verba: *tantum se daturos.* Hæc ait, *vel ut mulcta quædam est in odium diversos dominos habentium constituta, quod prisca illa integritas aversabatur. Vetus autor de beneficiis §. 110.* Si homo duos vel tres habeat dominos, si quis prius inter eos sibi regis servitium denunciet, illi homo serviet, & expeditionis auxilium aliis det, si quod habet ab eis beneficium. Postea ad verba *procuratione. Id est victu,* inquit, *sumtu, cibariis. Nam in eundo quidem ad Roncalias, & redeundo, (ut supra cautum) stipendio ibi definito contenti esse debent. In loco autem a dominis pascentur. Ut & cum vasalli ad dominorum instantiam curiam habent, id est, judicium feudale exercent, a domino pascuntur. De quo late auctor ille de beneficiis tit. de ordin. placit. §. 62.*

§. VI.

Ad verba: *officiarios speciales* ita differit. *Ministeriales hi vocantur, qui non beneficiati seu feudati, sed curiali & Palatino vel aulico jure censentur. Vetus auctor de beneficiis §. 131.* Quicquid homo non suscipit per hominium, non judicetur esse beneficium; sicut, cum bona concedit dominus suis ministerialibus, non per hominium, sed secundum jus curiæ, hæc concessio caret beneficiali jure, si est concessio officialis. Quivis etiam ministerialis natione erit ex justitia Dapifer, aut Secretarius (*malim legere*

Pin-

Digitized by Google

Pincerna) aut Camerarius, aut Marschalcus. *Hæc quatuor officia, ut sic dicam, cardinalia, in ipso imperio & aula præcipua pro summo beneficio a cæsaribus olim dabantur. Sed & sine his nullus justus principatus habebatur. Ut autem in imperio paulatim hereditaria esse cœperunt, ita & sub principibus, equestribus tandem familiis jure perpetuo adscripta fuerunt.*

§. VII.

Tandem ad verbum: *Monetæ* dicit: *Incertum, quomodo hæc lacuna explenda sit:* Tot libras, marcas, talenta. *Nam & in hoc variatum. Vetus Autor de beneficiis §. 13.* Ibunt illuc & alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim a domino suo habuerat.

§. IIX.

Melchior Goldastus *in præfatione ad collectionem consuetudinum imperialium circa finem* & Freheri & libri hujus ex Frehero meminit: *Marquardus*, inquit, *Freherus, consiliarius Archipalatinus, amicus noster, in commentario ad constitutionem Caroli III. Imperatoris, de expeditione Romana subinde laudat, & adducit codicem juris feudalis, sub nomine vetustissimi autoris de beneficiis. Qui codex hic ipsissimus est, quem nunc tibi exhibemus, liber juris feudalis Saxonum. Omnia enim illa fragmenta, quæ ex suo MSC. codice Freherus refert, in hoc nostro libro ver-*

Post Freherum Goldastus ejus meminit.

Digitized by Google

batim extant, ut apparebit cuivis, ea cum nostro libro contendere volenti.

§. IX.

Joh. Schilteri sententia de eo.

Johannes Schilterus, *in præfatione ad compilationem juris feudalis Antonii Minuccii statim ab initio* pluribus mentem suam de hoc libro aperit. *Exhibuimus*, inquit, *jus feudale Alemannorum & Francorum a Carolo M. usque ad Ottonum imperatorum tempora compilatum, idque partim ex priscis consuetudinibus, partim ex rerum judicatarum autoritate, atque in lingua Alemannica antiqua. Quod ipsum tamen etiam in latino idiomate extitit, ejusque exemplar MSC. in bibliotheca Marq. Freheri, uti patescit ex commentario ipsius ad constitutionem imperialem de expeditione Romana, ubi eum librum feudalem* de Beneficiis *inscriptum refert, vetustissimumque prædicat, & Longobardicis consuetudinibus vetustiorem censet, eumque tum temporis, cum penes Saxones esset imperium, scriptum fuisse.* Tum Goldasti locum modo descriptum memorat ac sic pergit. *Verum enim vero, si quis fragmenta illa cum textu Alemannici juris feudalis conferat, eadem consonantia utrinque deprehendetur. Ut itaque fuisse primum atque communem Alem. atque Saxonibus ab Ottone IV. in comitiis Noricis promulgatum, uti in præfatione ad jus feudale Alemannicum fuit demonstratum. Sed cum Saxones ipsum ob αὐτονομίαν suam veterem a Carolo M. inde usque*

usque firmatam, non peræque ſuſcepiſſe videantur, inde factum, ut quandam mutationem inter utrumque interceſſiſſe videamus. Rem ita refert gloſſator germanicus juris feudalis Saxonici ad caput ultimum his verbis: Zu einer Beſchlieſſung dieſer gegenwärtigen Satzung, die Uſus feudorum heiſſen, und in das Teutſch aus dem Latein gebracht ſind. Darum hat Keyſer Friederich dis gegenwertige Buch gegeben der Ritterſchaft zu Sachſen-Land, und allen denen, die zur Ritterſchaft geboren ſind. *Intelligo autem Fridericum II. imperatorem, qui & Longobardici juris concinnandi autor fuit. Atque utinam Freherus, ſicut promiſerat, librum iſtum edidiſſet, aut adhuc ex ejus bibliothecæ reliquiis exquiri atque edi poſſet. Non enim tantum ad rem feudalem magis adhuc illuſtrandam multum conducet; ſed etiam apparebit, non eſſe eundem ipſum, quem Goldaſtus ibi edidit, quippe ex corpore juris Polonico-Cracovienſi, cujus interpres, quicunque fuerit, textum vernaculum exprimere volens, nec verba ſemper, nec ſenſum aſſequi potuit, uti in ſuperiore commentario, quoties ſeſe obtulit occaſio, notavimus.*

§. X.

Quomodo vero iſte libellus in meas manus pervenerit, ſatis indicatum eſt in præfatione. Fata ejus poſt mortem Freheri ignoro, cum eadem ignoraverit ipſe, qui me

Fata li belli.

me eo donavit illuſtris Eybenius. Ergo nil ea de re referre poſſum, quam pauca ex ejus literis Viennæ, menſe Septembre præcedentis anni ad me datis, ubi ſcribit, ſe non habere plura quæ de eo commemoret, quam, quod eum deprehenderit inter MSCta paterna. Unde vero pater (vir illuſtris & JCtus famigeratiſſimus Huldericus ab Eyben) opuſculum hoc acceperit, ſe non habere compertum. Equidem ſe non ignorare, quod libellus hic per plures annos magna cura & impenſis ab Hulderico patre fuerit quæſitus, imo ſe recordari, quod etiam Romæ de eo facta fuerit inquiſitio, an forte cum ſpoliis Heidelbergenſibus liber eo translatus fuerit. Sed reſpondiſſe illum, cui tum temporis cura bibliothecæ Vaticanæ commiſſa erat, quod ibi non reperiretur. Illo certe tempore, quo Electa juris feudalis Eybeniana publicata ſunt (ſcilicet anno 1669.) nondum fuiſſe in poteſtate editoris libellum noſtrum, argumento eſt, quod ejus nulla in electis iſtis appareat mentio.

§. XI.

Noſtrum libellum eſſe eundem cum Freheriano.

Nihilominus tamen libellum illum, quem jam publicamus, eundem eſſe, quem poſſederat Freherus, exinde conſtat, partim quod noſter libellus exacte conveniat cum verbis & numeris excerptorum, quæ dederat Freherus in ſupra adductis & deſcriptis locis, partim quod variantes lectiones

Digitized by Google

ctiones subinde a Frehero suo libello sint adscriptæ, quæ & in nostro reperiuntur, parenthesibus inclusæ, quale est illud *inquam* in excerptis Freherianis supra §. 2. quod & reperitur in nostro libello §. 9. Similes lectiones varias deprehendes in §. 78. 89. & de ordine placit. §. 12. 23. & 51. Video quidem in excerptis Freherianis supra §. 6. descriptis, eum qui est §. 131. in nostro libello, ibi esse §. 130. Sed cum reliqui numeri excerptorum conveniant cum numeris nostri libelli, facile conjectari licet §. 131. pro 130. in excerptis Freherianis esse sphalma vel typographicum, vel errorem describentis.

§. XII.

Quam relationem habeat libellus noster cum jure feud. Saxonico & Alem.

Cæterum uti jam in historia juris feudalis supra §. 42. 43. 44. docuimus, istum libellum Freherianum non eundem esse, vel cum jure feudali Saxonico, a Goldasto publicato, vel cum jure Alemannico, quod publici juris a Schiltero factum est, ita doctrina illa evidenter confirmatur, si quis conferat libellum nunc publicatum cum jure feudali Saxonico & Alemannico. Nam ita deprehendetur, quod, quicunque etiam sit compilator juris feudalis Saxonici, hunc librum vetustum transtulerit quidem in idioma Saxonicum, seu germanicum illius ævi, sed servata libertate, ubicunque ipsi libuerit, multa inserendi, quæ vel ad declarationem eorum, quæ in libello no-

Digitized by Google

ſtro continentur, faciunt, vel materias affines continent, aut mores notabiles ſubſequentium temporum. Eadem dicenda ſunt de compilatione juris feudalis Alemannici, niſi quod dubium ſit, an ille ſolum jus feudale Saxonicum præ oculis habuerit, an vero etiam libelli noſtri in latino idiomate copia ipſi fuerit. Qua de re forte infra plura dicendi ſe offeret occaſio.

§. XIII.

Autor libelli quis, incertum. Veroſimile tamen, eum non publica ſed privata autoritate fuiſſe collectum, adverſum doctrinam Schilteri.

Autorem libelli noſtri quod attinet, quis fuerit nulla conjectura aſſequi poſſum, cum tam pauca de hoc libro apud ſcriptores reperiantur. Interim quisquis fuerit, veroſimilius eſſe arbitror, eum privato inſtinctu, certe ſine juſſu publico collegiſſe mores germanicos feudales. Nam quod Schilterus putat, hunc libellum fuiſſe primum, & Alemannis ac Saxonibus communem, codicem feudalem, ab Ottone IV. in comitiis Noricis promulgatum, (ſupra §. 9.) id gratis aſſeritur, & absque ulla probabili ratione. Attulimus contra hanc aſſertionem Schilteri reſponſiones noſtras jam in hiſtoria juris feudalis §. 51. (*vide ſupra p. 74.*) Unde facile judicare licebit, parum roboris ineſſe etiam aſſertioni Schilteri ſtatim ſequenti, de facta mutatione ſubſequentibus temporibus ac inde exorta differentia inter codicem Saxonicum & Alemannicum, ideo quod Saxones publicationem Ottonis IV. tanquam autonomiæ ſuæ parum

Digitized by Google

rum convenientem ſuſcipere noluerint. Nam primo & hæc aſſertio non probatur ulla conjectura veroſimili. Etenim verba gloſſæ juris feudalis Saxonici partim parum fidei merentur, dum aſſerunt, Fridericum Imperatorem jus iſtud feudale dediſſe ordini nobilium Saxonico, partim, etiamſi vera eſſent, parum tamen probarent, mutationem inter jus feudale Saxonicum & Alemannicum factam eſſe, & quidem in odium publicationis ab Ottone factæ. Si enim Saxones odio habuiſſent legem ab Ottone IV. publicatam, ut libertati contrariam, æquali etiam odio habuiſſent legumlationem a Friderico factam, tanquam æque contrariam libertati. Deinde inſpicienti utrumque jus feudale & Saxonicum & Alemannicum, patebit, in plerisque convenire inter ſe jus utrumque tanquam ex communibus Germaniæ moribus collectum. Ubi vero in paucis diſſenſio eſt, illa vel ortum debet diverſæ interpretationi & intellectui libelli noſtri, quem unus collector hoc modo, alter alio expoſuit, vel etiam, quod collector juris feudalis Suevici ſenſum collectionis Saxonicæ non fuerit aſſecutus, vel quod collector Suevicus tanquam tempore multo poſterior multa immiſcuerit ex juribus peregrinis, Juſtinianeo, Canonico & Longobardico.

§. XIV.

Uti vero autor libelli noſtri incertus eſt, Tempus ita

Digitized by Google

libelli noſtri. Indubie conſcriptum fuiſſe intra ann. 800. & 1250.

ita etiam tempus collectionis æquali fere incertitudine laborat. Sed cum tamen in quæſtione de tempore plures circumſtantiæ ex ipſo libello deſumi poſſint, quæ conjecturas ſuppeditent, probabiliter aliquid aſſerendi, non injucundum erit de illis circumſtantiis paulo diſtinctius quid proponere. Ubi illud ab initio tanquam minime dubium, eſt ſupponendum, quod libellus hic poſt tempora Caroli M. ſit collectus, cum expeditionis Romanæ mentionem faciat, & quod collectio hæc ſit antiquior, compilatione juris ſeu ſpeculi Saxonici, quia hic compilator juris Saxonici feudalis, ut oſtendimus, libello noſtro uſus eſt. Ergo collectio noſtri libelli facta eſt intra annum 800. & 1250. ſeu intra ſeculum nonum & dimidium decimi tertii. Quare videndum nunc erit, annon ex aliis circumſtantiis propior determinatio temporis elici queat.

Conjecturam ulteriorem de tempore facere, quod vox feudi non occurrat in libello. Quando vox feudi in uſu eſſe cœperit. Fluctuans aſſertio Freheri.

§. XV.

Ubi in genere obſervatio Freheri ulteriorem meretur conſiderationem, quod nimirum in toto libello nusquam *feudi* aut *feudalis* fiat mentio, ſed ſemper *beneficii*, *beneficialis*, *inbeneficiati* voces occurrant, & quod *feudi* vel *phœdi* vox demum in uſu eſſe cœperit ſub Henrico IV. (vide ſupra §. 3.) Regnavit autem Henricus IV. poſt dimidium ſeculi undecimi ad initium ſeculi duodecimi. Etſi vero addat Freherus, quod

Digitized by Google

quod vetuſtiorem uſum vocis *feudi* eſſe ſibi perſuadeat, eo quod in illa conſtitutione de expeditione Romana, quam Caroli III. ſeu Craſſi eſſe credit, vox feudi occurrat, cum tamen alibi oſtenſuri ſimus dubium eſſe annon conſtitutio illa alium autorem habeat, quam Carolum Craſſum, dubium iſtud jam quidem ſeponimus, præprimis cum illud non curaverint alii viri præclari, qui de uſu vocis feudi ſuas dixere ſententias.

§. XVI.

Ita enim de hac Freheri doctrina ſenſit illuſtr. Hulder. ab Eyben, *in Electis juris feudalis cap. 1. §. 8. Obſervatum quidem, verbum hoc (feudi) in diplomate Ludovici Imperatoris de ann. 866. a Beſoldo* Theſ. Pr. lit. P. n. 23. *ab aliis in ſupr. cit. Caroli III. conſtit. de ann. 891. al. 881. ſed Ludovici diploma, quod integrum producitur* in der Lindauiſchen Ausführung *p. 724. ſeqq. præterquam, quod in eo* feudi *mentio nulla, haud probatæ eſſe monetæ multis oſtendit autor* der Lindauiſchen Ausführung lit. zzzzzz. *Caroli III. conſtitutio, hoc ipſo nomine, quod in ea feudi extat nomen, tum ipſi olim Frehero, tum hodieque doctiſſimis viris ſuſpecta viſa eſt, ut alia taceamus, de quibus Dn. Conring.* de O. I. G. c. 17. *Bœcl.* de reb. ſecul. IX. in Carol. III. *Nobis enim properandum nunc eſt. Et quamvis Freherus non autographi tantum veritate, cujus ſolius eam in rem meminit*

Conſtantior Eybenii, ante a. 1000. eam non fuiſſe uſurpatam.

minit Conring. d. l. *ſed aliis quoque, ut videtur, cauſis, dubitatione omni ſe liberatum a M. Welſero profiteatur* in pr. Comm. in d. Conſt. *poſtea tamen* in notis lit. q. *tot. annales, tot diplomata, tot veteres memorias, Friderici ſcilicet ævo anteriores ſe perlegiſſe, aſt* feudum *nunquam,* beneficium *ſemper inveniſſe identidem affirmat. Nam quod ſubjungit, apud Albertum, abbatem Stadenſem (videlicet* p. 148. *Nam* p. 164. 197. & 210. *a Beſoldo.* d. l. *hactenus gratis indigitantur,) in vita Henrici IV. occurrere parum ad rem facere. Quippe quod Albertus ipſius Friderici II. tempore vixerit, imo ei ſupervixerit,* vid. ad ann. 1250. p. m. 221. *transmiſit vir ſummus. Nollemus tamen cum D. Bæclero* d. tr. p. 326. *in Friderici II. ætate ſubſiſtere, utut non liqueat ſatis, an ille ad ſolas* leges antiquas *hanc ſuam opinionem reſtrictam cupiat.* Præ cæteris *placet Seldenus, qui* ante annum 1000. in nullo monumento non ſuſpectæ fidei nomen feudi ſe reperiſſe memorat. Add. *Thom. Crag.* l. 1. de f. d. 7. *& ipſimet in libris inveſtituræ ab Archiepiſcopo Trevirenſi ann. 1152. datis Comiti Sayn* feudi *vocabulum offendimus, quamvis ſemel tantum,* beneficii *autem ſæpius, item in tabb. ann. 1198. ſcriptis ap. M. Mager.* c. 2. de advoc. armata n. 81.

§. XVII.

Cangius chartas ſe- Cangius *in gloſſario* obſcurius quidem ſententiam ſuam proponit, ſed tamen, niſi me

me omnia fallant, eo etiam inclinat, ut chartas ſeculi noni habeat pro ſuſpectis, ubi vox feudi occurrit. *Feudi*, inquit, *porro vocabulum, ſub Carolo Craſſo primum auditum, in ea ſcilicet conſtitutione quam edidit de expeditione Romana circa annum 884. a Frehero, Goldaſto, & aliis publicata. Verum etſi non deſint, qui chartam hanc falſi ſuſpectam putent, circa tamen ea tempora auditam, nempe Carolo ſimplice, Rudolpho & Lothario regibus regnantibus ex veteribus tabulis adſtruit Dominicus* de prærog. allod. c. 15. §. 1. *Charta quippe Pipini regis pro monaſterio Figiacenſi* in tom. 13. Spicilegii Acheriani, *in qua ea vox reperitur falſitatis notas præfert. Certe* feudi honorandi *meminit charta Lotharii I. Imper. an. 846.* in Bullario Caſinenſi tom. 1. p. 27. *ſed nemo eſt, qui fictitiam eſſe non facile perſpiciat. Neque nævo perinde caret charta alia Caroli M. deſcripta in* chronico S. Michaelis Vird. p. 403. *ubi* feudi *mentio fit.*

culi noni ubi vox feudi occurrit, pro ſuſpectis habet.

§. XVIII.

Pariter & Schilterus primum uſum vocis feudi ſeculo undecimo adſcribit *in comment. ad jus feudale Alemannicum ad rubr. §. 7. Feudi*, ait, *ſive* feodi *potius vocabulum nativum fuit, ac vernaculum, fori jam tum Majorum feudalis, ex quo receptum tandem etiam in civitatem latinam mediæ aut infimæ ætatis. Seculo XI. frequentatum conſtat ex iis, quæ du Freſne produxit, documentis,*

Schilterus primum uſum vocis feudi ſeculo XI. adſcribit.

Digitized by Google

mentis, charta Ottonis Comitis an. 1025. Tenebat aquam illam ex me loco beneficii, ſub nomine *feodi. Itemque Balduini Comitis Haunoniæ an. 1078.* Abbas vel ſucceſſor ſuus pro molendino ſuo unoquoque anno ſolvat militibus, quibus contigit beneficium, quod vulgo dicitur *feodum*, quinque modios annonæ. *Vetuſtiores quidem tabulæ & Caroli quoque Craſſi Imperatoris conſtitutio de expeditione Romana, quæ ad annum 881. refertur, meminerant feudi. Sed illæ aut ſubleſtæ ſunt fidei, aut ad iſtam ætatem usque non pertingunt. De conſtitutione autem Caroli infra ſuo loco dicemus.*

§. XIX.

Quid ſentiendum ſit de conſtitutione Ottonis I. a Goldaſto relata, ubi vox feudi occurrit.

Ex dictis vero patet, quid ſentiendum ſit de conſtitutione Ottonis I. imperatoris de an. 948. quam exhibet Goldaſtus *Tom. 3. Conſt. Imper. p. 303. tit. 5. §. 3. Qui alteri* FEUDALE *prædium confert, aut dimiſerit, per annum & diem illius varendator eſſe debet. Qui vero proprium aut res mobiles vendiderit, quousque vixerit, illorum varendator eſſe tenetur: res tamen illa pro qua litigatur, ad manus tradi debet venditoris, ad defendendum vel perdendum, quamdiu illud defendere tenetur.* Et *p. 304. tit. 6. §. 2. 3. 4. Vaſallus ſi interficit dominum ſuum, in vita, honore & bonis, cum quibus ab ipſo fuerit* INFEUDATUS, *condemnetur. Idem etiam de domino cenſendum eſt, ſi occidat vaſallum, & ſuperior dominus ſic occiſi vaſalli natos ad*

præ-

Digitized by Google

prædictum dominum, cum investitura dicti FEUDI, *dirigere non valebit, ut sibi servitio adstringantur. Qui occiderit patrem, matrem, fratrem, aut alium quemcunque, de cujus morte proprietatis, aut* FEUDI *successionem expectet, hanc se noscat perdidisse, nisi forte id ignoranter vel causa necessariæ defensionis accidisse, prout juris fuerit, super mortuum, comprobetur.* Occurrit in hac constitutione Ottonis I. ut vides, sæpius vox *feudi*, *feudalis* prædii, *infeudationis*. Unde videri posset, falsum esse, quod hactenus asseruere JCti celeberrimi, vocem feudi non usurpatam fuisse ante seculum undecimum. Si modo certo constaret, unde Goldastus eam constitutionem desumserit. Nam in illa parte III. constitutionum imperialium non subjunxit Goldastus rationarium, ut fecerat sub finem Tom. II. unde apparere posset, ex quibus fontibus illas constitutiones Tomi III. hauserit. Constitutionem Ottonis, quam immediate ante locum a nobis descriptum recensuerat *in Tit. 4. de successione nepotum ex filiis* hausit ex Sigeberto Gemblacensi, cujus verba, cum alio loco parallelo ex Witichindo refert Bœclerus *in seculo X. sub Ottone I. p. 319.* Unde vero hæc constitutio Ottonis I. desumpta sit, non constat. Nihil habet de ea Sigebertus. Nihil etiam ea de re invenio ap. Bœclerum, diligentem alias collectorem rerum memorabi-

Digitized by Google

lium, ſub Imperatoribus ſeculi noni & decimi geſtarum. Et notum eſt, quam varie impoſuerint ſcriptores ſubſequentium temporum, & ſibi & aliis, dum plurimas conſtitutiones Carolo Magno & Ottonibus affinxerunt vel plane falſas, vel ſubſequentibus temporibus ſuam debentes originem. Vide Gryphiandrum *de Weichbildis Saxonicis cap. 33. 36. 41.* Adde Conringium *de origine Juris Germanici cap. 18.* Ubi eleganter inter alia addit, quæ ad noſtrum ſcopum propius pertinent. *Nec enim eſt;* ait, p. 95. *cur meliora ſuſpicemur autoritate moti Goldaſti. --- Habet enim multa ſimilia alia: paſſus nonnunquam humani aliquid: præſertim in gratiam eorum, quibus operam mercede locaverat. --- Id certo ſcimus ab illo (Ottone) lata quædam de nepotum ſucceſſione in bona avorum vivis patruis.* Et poſtquam locum Wittekindi ea de re recenſuerat, ac Sigebertum etiam allegaverat, rurſus ſubjungit: *Goldaſtus leges illas refert, ſed quales ipſe conſcripſit, ex nullo autem veteri monumento acceptas. Habet idem & alias, cum omnium Ottonum, tum aliorum ejus ævi Imperatorum nominibus inſcriptas, ſed in univerſum omnes ſuſpectæ admodum fidei.*

§. XX.

Reſpondetur Andreæ Knichenio, aſſerenti

His ita præmiſſis non curamus objectionem Andreæ Knichenii *de ſuperioritate territoriali c. 1. n. 189. Feudi appellatio,* inquit, *quan-*

quando cœperit, indagationis ſatis putatur ambiguæ. Caroli tertii Craſſi dicti a Marquardo Frehero nuper edita diſerte facit mentionem privationis feudi, ut hæc vox antiquior videatur beneficii nomine. Jam enim ad eam ſufficienter reſpondit Bœclerus *d. l. ſub Ottone I. p. 326. Ipſum* feudi *nomen;* inquit, (*ſive* feodi) *an in antiquis legibus ante Neapolitanas ſive Siculas Friderici II. conſtitutiones reperiatur, quæſtio eſt, quam non expediunt, qui Caroli III. Craſſi conſtitutione de exceptione Romana, (in qua aliquoties* feodi *mentio fit) niti cupiunt. Eam enim non immerito in dubium revocari ſuo loco monuimus. Neque firmius ſtabiliunt ſententiam, qui de Lothario I. nulla demonſtratione hiſtorica pronunciant. Omnium minime audiendus eſt, qui* vocem feudi antiquiorem videri *dixit* beneficii nomine, *ſcilicet in hoc ſignificatu, de quo loquimur. Inſtar refutationis ſunt infiniti pene legum antiquarum, & formularum, ac hiſtoriarum loci, ex quibus apertiſſimum eſt, feudum ſucceſſiſſe beneficii appellationi.*

vocem feudi antiquiorem eſſe beneficii nomine.

§. XXI.

Quamvis autem ex hactenus dictis videatur, jam ſecure concludi poſſe, vocem *feudi*, ante ſeculum XI. non fuiſſe uſurpatam, nolumus tamen adhuc quicquam ea de re definire, ſed differimus quæſtionis hujus ulteriorem diſcuſſionem novæ editioni, quam meditamur conſtitutionis illius

Videri ex illa conjectura de non adhibita voce feudi poſſe inferri, libellum

noſtrum eſſe ſcriptū ante ſeculum undecimum.

lius Carolinæ cum notis Freheri & noſtris. Jam videamus ſaltem quid ex conjecturis iſtis de ortu vocis feudi pro antiquitate libri noſtri inferre valeamus. Forte dicendum, veroſimile eſſe, quod libellus noſter ſcriptus ſit antequam vox feudi uſurparetur, quia autor toties beneficii nusquam feudi termino utitur. Ergo, cum feudum demum ex hactenus recenſita hypotheſi poſt initium ſeculi XI. primitus uſurpatum legatur, veroſimile eſſe, quod libellus noſter ſit ſcriptus intra tempora ſeculi noni vel decimi: adeoque hac diſputatione id nos eſſe lucratos, ut, cum ſuperius §. XIV. tempus collectionis poſuerimus intra ſeculum nonum, & dimidium decimi tertii ſeculi, nunc arctiorem per duo ſecula cum dimidio terminum, quo tempore libellus noſter ſcriptus ſit, ponere queamus. Atque hoc pacto ulterius quis inferre poſſit, illuſtrari hanc aſſertionem ex loco Freheri ſupra §. 3. deſcripto, ubi Freherus clare poſuerat, ſcriptum eſſe librum hunc, dum apud Saxones eſſet imperium, id eſt ante ſeculum undecimum. Nam ſeculo undecimo imperium a Saxonibus ad Bavaros & Francos tranſiit. Sed tamen re accuratius penſitata conjecturæ illi duplici (etiamſi indubie vera eſſet aſſertio de uſu vocis feudi poſt ſeculum decimum) non multum roboris tribuere poſſumus, ſi eadem non fulciatur conjecturis aliis, ut patebit ex ſequentibus. §. XXII.

Digitized by Google

§. XXII.

Equidem si vox feudi in libello nostro occurreret, concludere possemus, eam esse seculo decimo posteriorem. Sed utrum etiam invertere liceat modum argumentandi: In libello nostro non invenitur vox feudi, ergo seculo decimo prior est: non parvæ subsunt rationes dubitandi. Nam ubi vox feudi nondum erat in usu, nemo etiam eam adhibere poterat. Sed ubi cœpit esse in usu, non sequitur, quod omnes autores statim ea fuerint usi, & vocem beneficii dereliquerint. Potuerunt multi esse tenaces in retinenda voce beneficii, vel quod tum notior esset, quam vox feudi, vel, quod terminum feudi pro barbara, beneficii pro latina haberent vel aliis de causis. Est quidam affectus eruditorum nostri temporis, ut nauseent omnes voces, quæ non extent in Cicerone, aut, ut contemnant doctrinas & utilissimas & solidissimas, si non verbis affectatis & cum cura quæsitis proponantur. Hic morbus non nostro seculo peculiaris est, sed omnibus seculis fuere homines gustu aliquo, suo modo, & quantum tempora ferebant, delicato præditi. Si liceret inferre; in constitutione aliqua Imperatoria non extat vox feudi sed beneficii, ergo constitutio illa fuit ante seculum undecimum edita; sequeretur etiam, quod & constitutio Conradi de beneficiis, quam Cujacius exhibet *V. F. 1.*

Sed re penitius inspecta id argumentum parum inferre.

ſit ante ſeculum undecimum edita, cum tamen vel ſeculo undecimo ſit publicata, ſi ea Conradi II. ſeu Salici eſt, ut putant Cujacius & Guillimannus, citati Goldaſto *Tom. 3. Conſtit. Imperial. p. 327.* vel ſeculo duodecimo ſi autor ejus eſt Conradus III. ſeu Suevus, ut putat Goldaſtus *d. l.* Et notum eſt, in conſtitutionibus imperatoriis, quæ libris feudorum inſertæ ſunt, etſi omnes ſint poſt ſeculum decimum conditæ, tamen in illis plerumque beneficii vocem occurrere. Nec multum juvabit, ſi dicere velis, majorem eſſe vim argumentandi intuitu libelli noſtri, quam in illis conſtitutionibus brevioribus, & ubi rarius occurrit vox beneficii. At in libello noſtro id pluribus vicibus & ſæpiſſime fit. Nam hæc conjectura tum forte aliquid probaret, ſi, ut modo dictum, autor libelli, non ex affectatione aliqua feudi vocem abhorruerit. At vero affectationem aliquam hic ſubfuiſſe, ſi conjectura contraria non aliis adjuvetur, exinde videtur reddi veroſimile, quia nec adhibuit vocem vaſalli, etſi vox vaſſorum & vaſallorum jam ſeculo nono & decimo eſſet in uſu. Docet Gloſſarium medii ævi a Cangio editum, jam in Carolinis capitularibus modo militum, modo vaſallorum, modo hominum, modo fidelium titulo vaſallos fuiſſe inſignitos. Sed libellus noſter ubi de vaſallis loquitur, perpetuo ſolum hominis vocabulo utitur. Reperio

perio & phraſin: *arguendi* ſententiam in §. 57. de ordine placitandi. Non habet hanc vocem Cangius in gloſſario ſuo, quod indicio eſt, *arguere* ſententiam, rariſſime fuiſſe antiquis illis temporibus uſurpatum. Solebant loco ejus dicere *blaſphemare* ſententias. Vide Cangium, voce *blaſphemare*. *Reprobare* dixit interpres Polonus juris feudalis Saxonici apud Goldaſtum. *Reprehendere* Schilterus in ſua verſione juris feudalis Alemannici.

§. XXIII.

Deinde quod Marquardum Freherum attinet, verum quidem eſt, quod ipſe ſententiam ſuam de ætate libri illius veteris ſatis perſpicue profeſſus fuerit, dum eum dicit eſſe ſcriptum ſub Imperatoribus Saxonibus. Sed quænam ſit ratio hujus aſſerti, propterea non conſtat. Sane Freherum in aſſerto illo non reſpexiſſe eo, quod vox feudi in libro noſtro non occurrat, vel exinde colligi poteſt, quia ipſe in verbis mox ſequentibus, etſi hanc obſervationem de ſilentio vocis feudi ſtatim addat, tamen expreſſe ſubjungit, quod propter conſtitutionem illam, quam putavit eſſe Caroli Craſſi, credat feudi vocem non fuiſſe ſeculo nono incognitam. Hoc enim præſuppoſito plane nulla vis ineſſet argumento: Libellus de beneficiis nunquam facit mentionem feudi, ergo fuit ſcriptus ante ſeculum decimum. Mallem igitur, ut Freherus

Dubium, cur Frehe-rus aſſeruerit, librum hunc ſcriptum eſſe, cum imperium eſſet penes Saxones.

rus saltem duobus verbis indicasset, unde ipsi constet, quod liber iste scriptus fuerit, cum penes Saxones esset imperium. Sed cum id ab eo non fuerit factum, age videamus, an ex aliis conjecturis opinio Freheri possit confirmari.

§. XXIV.

Ex stilo & usu vocum reliquo vix argumentum desumi posse pro determinanda antiquitate libelli.

Tentavi, an forte ex aliis vocibus nostro tempore obsoletis, qui in libello occurrunt, fortior conjectura de tempore scriptionis desumi possit. Sed irritus fuit conatus. In §. 12. APOSTOLICUS dicitur pro *papa Romana*. VOX TALENTI occurrit §. 53. *de ordine placitandi*, quod in jure Saxonico & alibi per *libram* & *marcam* explicatur. NATIONIS vox in §. *54. ib.* dicitur de statu vel *dignitate* personæ, DUCATUS in §. 17. *de urbano beneficio* ponitur pro *salvo conductu*. PLACITANDI & PLACITI VOX pro *conventione* vel etiam *judicio*, sæpius in libello legitur. Sed si Cangium consulas, deprehendes ex multis documentis, istas voces omnes satis antiquas & jam sub seculo nono vel decimo, vel etiam antea, aut circa illa tempora fuisse usurpatas. Ut adeo, quorsum te vertas in consideratione vocum & stili autoris, nullum quidem appareat argumentum, quod libellum nostrum ad seculum undecimum & ulteriora deprimat, sed & nullum tamen etiam nobis obvenit, unde probabilibus conjecturis libellum etiam potuissemus elevare ad tempora seculi noni vel decimi. §. XXV.

Digitized by Google

§. XXV.

Ergo videamus, annon ex factis vel ritibus, quorum in libello noſtro fit mentio fontes conjecturarum peti queant. Ab initio libelli autor *ſeptem clypeorum* facit mentionem in §. 2. & in §. 3. adjici, *quod in tertium deſcenderint clypeum laicales principes, cum epiſcoporum facti ſint homines & ſextum clypeum transtulerint in ſeptimum.* Hoc equidem noſtra intentio non eſt, prolixe demonſtrare naturam illorum ſeptem clypeorum, quæ ſubſequentibus temporibus compilator juris feudalis Alemannici *cap. 1.* quamvis obſcurius explicare voluit; & in eo etiam Schilterus aliique viri clariſſimi laborarunt ſtrenue, ſed ita tamen, ut multum adhuc reliquiſſe videantur, in quibus aliorum diligentia ſe exercere poſſit. Videndum potius, quo ſeculo inceperint principes laici bona ſua offerre epiſcopis, ut ea ab iis rurſus in feuda acceperint. De feudis enim oblatis, non datis ab epiſcopis loqui autorem libelli noſtri, ex eo conſtat, quod eccleſia non dare ſoleat quicquam laicis, ſed ab illis accipere, quaſi nimirum ad ſolos laicos pertineat regula, quæ inculcat dare beatius eſſe, quam accipere. vide omnino Goldaſt. *tom. 2. rer. Alem. part. 1. charta 77. 81. 83. 84. & paſſim.* Jam vero latius docuit Schilterus, *in commentario ad cap. 1. juris feud. Alem. §. 7. ſeq.* ante tempora Ottoniana epiſcopos non

Ex eo, quod libellus mentionem faciat, feudorū epiſcopis a principibus laicis oblatorū, ſaltem inferri, eum ſcriptum eſſe poſt ſeculum nonum.

fuiſſe in eo ſtatu, ut feuda imperialia principum acquirere potuerint. Unde id quidem ſequi videtur, autorem libelli noſtri poſt ſeculum nonum ſcripſiſſe. Sed utrum ſeculo decimo, an undecimo demum principes laici territoriorum ſuorum partem epiſcopis in feuda obtulerint, de eo nondum aliquid certi proferre valeo. Multa exempla feudorum oblatorum laudabili diligentia & multa cura congeſſit illuſtris Hertius *de feudis oblatis ſectione prima*, ex quibus tamen, quæ ad noſtrum ſcopum pertineant, antiquiora non deprehendo, quam, quæ de oblatione ſub Henrico ſancto epiſcopo Bambergenſi facta loquuntur *§. 7. d. ſect. 1.* Nam, quorum *§. 5. ejusd. ſectionis* ex Goldaſti rebus Alemannicis, de feudis ſeculo 9. & 10. jam oblatis, meminit, huc evidenter non pertinent, quia non loquuntur de principibus, ſed de perſonis plebejis & eorum bonis allodialibus.

§. XXVI.

Secundum libellum noſtr. ſoli filii ſuccedunt patri in beneficio. Agit libellus primario de feudis, quæ hodie nobilia dicuntur.

Porro conſtat ex libelli noſtri *§. 5. 20. 24. 25. 44. & 76.* quod eo tempore, quo ſcriptus eſt libellus, filii jam ſucceſſerint in feudis parentum, & quidem filii ſoli, non nepotes, nec fratres *d. §. 20. 24. 25.* Videamus jam, annon ex hac juris diſpoſitione poſſimus elicere tempus, quo libellus noſter compoſitus ſit. Ubi præmitto, quod libellus noſter etſi quædam, ſed obiter ſaltem immiſceat de feudis majoribus, quæ hodie

Digitized by Google

die vocantur regalia, primario tamen ut ex integro contextu patet, agat de feudis minoribus, sed tamen stilo hodierno nobilibus. Adeoque abstinere possumus a quæstione multum agitata, an, & quo tempore feuda principum cœperint esse hereditaria? de qua vide quæ erudite collegit illustris Hertius *de feudis oblatis sect. 1. §. 15.* cui adde Schilterum ad *jus feud. Alem. c. 43. §. 2. p. 266.*

§. XXVII.

Conradus imperator primum admisit nepotes & fratres in feudo paterno

Hoc præsuppositio ulterius notandum est, quod collectores consuetudinum Longobardicarum de origine & progressu successionis feudalis id observaverint *l. F. 1. §. 1. & 2. Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat. Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo herede defuncto (vel filius) in beneficio, quod eorum patris fuerit, succedat.*

§. XXVIII.

Scilicet Conradus

Per Conradum Imperatorem hoc loco intelligitur

Salicus, quod probatur.

ligitur Conradus II. ſeu Salicus. Et quamvis aliqui putaverint, ante Conradum II. hoc jus quod hoc loco Conrado tribuitur, jam a Lothario I. fuiſſe introductum, propter textum *l. F. 19.* verius tamen eſt, per Lotharium ibi intelligi Lotharium II. Saxonem. Vide latius Bitſchium ad *d. l. Feud. 1. §. 2. & ad d. l. F. 19.* Et valde illuſtrat aſſertum feudiſtæ inſignis locus Wipponis *in vita Conradi, capite de itinere regis per regna f. 429. ſqq. Collecto regali comitatu rex Chonradus per regionem Ribuariorum, usque locum, qui dicitur Aquisgrani palatium pervenit, ubi publicus thronus regalis ab antiquis regibus & a Carolo præcipue locatus, totius regni archiſolium habetur. Quo ſedens excellentiſſime rempublicam ordinavit, idque publice placito, & generali concilio habito divina & humana jura utiliter diſtribuebat. — MILITUM vero animos in hoc multum attraxit, quod ANTIQUA beneficia parentum, NEMINI POSTERORUM auferri ſuſtinuit.* &c. Simul vero locus hic Wipponis & ejus ſenſus illuſtratur ex loco feudiſtæ. Neque enim hoc vult Wippo, quaſi Conradus imperator *ſaltem ex gratia permiſerit, ut feuda parentum liberis relinquerentur ſaltem illo tempore & initio ſui regiminis*, ut primo intuitu alicui videri poſſet, ſi quis verſiculum iſtum: *Militum vero* &c. ſeparando ab antecedentibus ſeorſim conſideret. Sed ſenſus eſt, quod in comitiis illis, quæ imperator habuit, antequam Romam proficiſce-

Digitized by Google

ciſceretur, inter alias leges, quibus rempublicam ordinaret, etiam legem de ſucceſſione feudorum illorum inferiorum (quod innuit vox *militum*) tulerit, ut etiam nepotes (per verba *nemini poſterorum*) & fratres in feudo paterno, (non novo, per verbum *eadem*, & per vocem *antiqua*) ſuccedere deberent.

§. XXIX.

Extat illa conſtitutio Conradi *in Legib. Longobard. lib. 3. tit. 8. leg. 4.* Sed & ad hoc prodeſt locus Wipponis, ut probetur, conſtitutionem illam non ſolum latam eſſe Longobardis, ut alias quis concludere poſſet ex illo loco legum Longobardicarum, ſed quod legem in comitiis imperii germanici univerſalibus promulgatam, ubi totam rempublicam ordinavit, adeoque & univerſa feuda regni germanici pertinentem, poſtea etiam in Italia in gratiam vaſallorum Longobardicorum renovaverit, & in ſcripturam redigi curaverit. Tam in feudis germanicis, quam in Longobardicis.

§. XXX.

Porro videndum, quid novi hac lege Conradus intuitu *nepotum* diſpoſuerit. Scilicet, cum ante illam conſtitutionem ſoli filii ſuccederent in feudis, id non eum ſenſum habet, quaſi nepotes antea plane non ſucceſſerint, ſed feuda ſaltem a primo acquirente ad filium transmiſſa mortuo hoc ſecundo poſſeſſore, reverterentur ad dominum, etiamſi hic ſecundus poſſeſſor relinque- Quid novi hac lege Conradi conſtitutum fuerit intuitu nepotum.

queret iterum filium, primi acquirentis nepotem. Verum cum in libello noſtro dicitur §. 25. quod *homo carens filio hereditet in dominum poſſeſſionem beneficii, ſicut & beneficium*, intelligitur, quod feuda tum temporis fuerint quidem transmiſſa ad poſteros primi acquirentis cujuscunque gradus, modo hi fuerint filii ultimorum poſſeſſorum, ita ut nepotes fuerint excluſi filiorum ante patrem defunctorum. At Conradus expreſſe in eo mutavit mores præcedentes, quod nepotes etiam prædefunctorum filiorum ad ſucceſſionem admiſerit, *d. lib. 3. leg. Longob. t. 8. l. 4. Præcipimus etiam, ut ſi aliquis miles, ſive de majoribus, ſive de minoribus de hoc ſeculo migraverit, filios ejus beneficium tenere. Si vero filios non habuerit, & aviaticum ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat.* &c. Quod enim per aviaticum hic intelligatur nepos jam ſupra notavimus *p. 26. lit. b.*

§. XXXI.

Doctrinæ noſtræ non obſtare ea quæ Schilterus tradidit de ſucceſſione nepotum.

Video quidem Schilterum in Comment. ad *cap. 43. juris feud. Alemannici §. 3.* docere, dum jus feudale Alemannicum *cap. 43.* ex principiis libelli noſtri repetat: Es erbet niemand Lehn wenne der Vater uff den Sun: id intelligendum eſſe ut non excludantur nepotes filiorum prædefunctorum, idque colligit ex *cap. 65. §. 3. J. F. Alem. verbis:* Stirbet ihr einer, ſo tretten ſine Kind an ihres Vaters ſtatt. Sed ſalva res eſt: Tempore com-

Digitized by Google

compilationis feudalis Alemannicæ, quia hæc diu poſt tempora Conradi Salici facta fuit, haud dubie nepotes ſucceſſerunt prædefunctorum liberorum. Ergo non mirum foret ſi compilator phraſin libelli noſtri: quod in feudis nonniſi filii parentibus ſuccedant, in alio ſenſu uſurpaſſet: quanquam ille quidem textus, quem Schilterus vocat in ſubſidium, aſſertionem ejus, ex noſtra doctrina melius probatam, plane non probet. Omiſit enim Schilterus verba antecedentia: **Wenn ſie (vil Brudere) das Gut unter ſich geteyllent, ſo het ir keinere nutzit an des andern Gute. Und ſtirbt ir einer ohne Lehens-Erben, ſo iſt ſin Teil dem Herrn ledig. Die wyle ſie aber das Gut ungeteyllet hant, ſtirbet ir einer, ſo treten ſine Kind an ires Vaters ſtat.** Ubi vides, non ſimpliciter aſſeri, quod nepotes ſuccedant in locum filiorum prædefunctorum, ſed quod ſuccedant ſaltem filii in locum patris eo caſu, ubi pater eorum bona feudalia cum fratribus in communione poſſedit. Unde ego quidem aſſertionem Schilteri, ſi ex dicto textu probare vellem, probarem argumento verborum præcedentium: **Stirbt Ir einer ohne Lehens-Erben.** Nam vox heredum feudalium eſt demum inventum poſt conſtitutionem Conradinam uſurpatum, inde in libello noſtro non occurrit, ſed ſemper vox *filiorum* adhibetur.

§. XXXII.

Digitized by Google

§. XXXII.

Qua ratione factum fuerit ut ante Conradum nepotes in feudis non admitterentur.

Neque mirandum eſt, qui fieri potuerit, ut Germani ante Conradum in feudis non admitterent nepotes defunctorum filiorum, cum tamen jus repræſentationis in linea recta videatur eſſe juris naturalis & immutabilis. Nam multa hactenus nobis perſvaſimus in doctrina de ſucceſſionibus eſſe juris naturalis, (inprimis, ſi communem errorem non jam correxerit Grotius aut Pufendorffius,) quæ nunc tandem incipimus agnoſcere eſſe juris arbitrarii & variabilis. Vide notata ad Huberi de jure civit. *lib. 1. Sect. 7. c. 6. & 7. & lib. 2. ſect. 6. c. 6. & 7.* Apud Germanos, quod nepotes tardius ſucceſſerint in feudis, ideo factum, quod tardius etiam ſucceſſerint in allodiis, cum ante tempora Ottonum fuerint a ſucceſſione avorum excluſi, & mores contrarii Romanorum nonniſi modo plane extraordinario & invitis plane Germanis, potuerint introduci. Ita enim Witechindus *Annal. lib. 2. f. 645. De legum quoque varietate facta eſt contentio, fuereque, qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditatemque legitime cum filiis ſortiri, ſi forte patres eorum obiiſſent avis ſuperſtitibus. Unde exiit edictum a rege, ut univerſalis conventio populi fieret apud villam, quæ dicitur Stela, factumque eſt, ut cauſa inter arbitros judicaretur debere examinari. Rex autem meliori conſilio uſus noluit viros nobiles ac ſenes populi inhoneſte tractari, ſed magis*

Digitized by Google

magis rem inter gladiatores discerni jussit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios: & firmatum est, ut æqualiter cum patruis hereditatem dividerent, pacto sempiterno.

§. XXXIII.

Locus Witechindi de successione nepotum per gladiatores stabilita explicatur.

Nunquam Germani ita stupidi fuerunt, ut jura quæcunque dubia per duella definirent. Adhibebantur duella, pro more illorum temporum, regulariter in probationibus dubiis, & ubi facta sic occulta essent, ut probari non possent. In quæstionibus juris ea fuisse adhibita, credo nullum exemplum, hoc excepto, extabit. Ergo necesse est, subfuisse in hoc casu causas peculiares. Quid enim hic sibi volunt verba: *rex meliore consilio usus*; item: *noluit nobiles ac senes populi inhoneste tractari?* Scilicet apud Germanos hactenus nepotes non successerant cum patruis in bonis ab avo relictis. Episcopi ægre ferentes, quod mores Romani non obtinerent in Germania, ac, pro ignorantia doctrinæ morum, in illis seculis dominante, sibi persuadentes, quod juris Romani constitutiones deberent esse regulæ totius orbis, urgebant abrogari illud jus in Germania, ac in partes trahebant pro more omnium seculorum, proceres quosdam, cleri sputa lingentes. Magna pars cordatiorum, tenax juris patrii & perspicax magis ac penetrans, quid clerus arcanis ejusmodi & legum correctionibus quæreret, repugnabat. Fiebant factiones, ut opus

Digitized by Google

esset conventu populi. Metuebat Rex, probe gnarus, quanta dissidia ex clandestinis pariter & apertis cleri artificiis & collisionibus procerum oriri potuissent, si res per vota fuisset disceptata. Ergo metuens, ne proceres & seniores populi eam ob rem se mutuo parum honeste tractarent, ut rixæ illæ & turbæ evitarentur, proposuit, ut controversia per pugnam paucorum capitum dirimatur. &c. Fateor, me non paucas circumstantias addidisse, quæ in textu non extant. Credo tamen, eas tales esse, ut non solum per eas mens Witichindi alias involuta, explicetur, sed etiam, ut nec sine iis forte clarus & perspicuus conceptus de re tota formari queat.

§. XXXIV.

Ut & locus parallelus Sigeberti.

Credo etiam, multum adjuvari conjecturas nostras ex Sigeberti chronico, simul vero ex loco Witechindi lumen accedendi ipsi Sigeberto. Hic enim ad an. 942. his circumstantiis rem gestam describit: *Orta dissensione inter principes de varietate legis*, cum episcopi videlicet in judiciis ecclesiasticis pronunciarent pro admissione nepotum, eosque aliqui Comites imitarentur; alii vero Comites & scabini contra mores patrios in pronunciando observarent) *utrum deberent avis superstitibus filii filiorum post parentes defunctos hereditare*; (Hic sensum turbant voces *avis superstitibus* incuria scribentis eo in loco non positæ, ubi debebant. Scilicet debebant collocari

locari post vocem *parentes) an exheredatis* (i.e. exclusis ab hereditate) *fratruelibus* (fratrum defunctorum liberis) *deberet hereditas* (avi tota) *ad patruos redire.* (manere apud filios avi, nepotum ex fratribus defunctis patruos.) *Ex regis Ottonis omniumque principum sententia cognitio veritatis commissa est gladiatorio judicio, cessitque victoria his, qui censebant, fratrum filios debere cum patribus* (patruis) *hereditare.*

§. XXXV.

Ergo scriptus est libellus noster ante tempora Conradi Salici, scilicet illo tempore, ubi successio feudorum secundum locum feudistæ supra §. 27. descriptum *deveniret ad filios*, non omnes tamen, sed, *in quem dominus vellet beneficium confirmare.* Confirmatur hæc feudistæ assertio, & simul debita limitatione adjecta declaratur in libello nostro §. 76. *Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum, in arbitrio sit eorum, quis inbeneficietur a domino. Unanimiter vero si unum non transmiserint ad dominum, dominus inbeneficiet, quem illorum velit, qui beneficium intra suum terminum secundum jus petierit. Si secundum libitum & non secundum jus inbeneficiat dominus unum ex filiis, nil noceat aliis.* Vides feudista regulam proponit: *illo tempore erat in arbitrio domini, quem ex duobus vel pluribus filiis vellet investire.* In libello nostro continetur limitatio, *nisi unanimiter filii plures unum domino repræsentent.* At hoc raro contingebat, cum

Ex dictis patet, libellum scriptū esse ante tempora Conradi Salici.

Digitized by Google

ille qui inveſtitus eſſet a domino, ſolus feudum poſſideret, reliquis etiam a ſpe ſuccedendi excluſis. Ergo tum temporis nec jus primogenituræ, nec feudorum diviſio, nec communio obtinebat.

§. XXXVI.

Unde demonſtrata fere eſt aſſertio Freheri, quod liber ſcriptus ſit ſub Imperatoribus Saxonicis. Fontes aliarum conjecturarum omittuntur.

Cum igitur ſupra §. 25. docuerimus; quod liber hic vetuſtus ſcriptus ſit poſt ſeculum nonum, & hactenus diſputata monſtrent, eum fuiſſe confectum ante tempora Conr. Salici, valde veroſimile eſt, Freherum ex his obſervationibus conjeciſſe, quod autor ejus vixerit eo tempore, cum imperium eſſet penes Saxones, hoc eſt ſeculo decimo. Forte fuerunt etiam alia indicia Frehero, unde iſtam aſſertionem deduceret. Et nos etiam de aliis fuimus ſolliciti; v. g. quod §. 10. dicitur in libello noſtro: *Trans-ſalanos ſervire debere in parte orientali in Poloniam, Slaviam, & Bohemiam;* quod *ſex principes, qui primi ſunt in regis electione jubeantur de jure cum eo ire Romam* in §. 12. quod utraque purgatio & vulgaris per *judicium aquaticum*, & canonica per *juramentum* in libello noſtro admittantur & præcipiantur §. 99. & 100. quod mentio fiat ſatis diſtincte *quatuor officiorum aulicorum* in §. 130. 131. de generibus *veſtimentorum*, cappa, pallio, pileo, &c. quæ recenſentur in §. 36. 37. *de ordine placitandi*: de *urbario beneficio*, de quo quaſi per modum novæ additionis aut partis tractatur in libello noſtro; de *bello privato* inter dominum & vaſallum,

de

Digitized by Google

de quo tanquam suo modo concesso videtur loqui §. 16. de urbano beneficio. &c. Proposueram de singulis hisce fusius paulo differere & inquirere, utrum non etiam ex illis circumstantiis possit aliquid afferri ad ulterius confirmandum aut arctius determinandum tempus, quo autor scripserit. Sed cum typographus urgeat, & hæ conjecturæ quas hactenus dedimus, videantur jam satis probabilem reddidisse assertionem de seculo, sub cujus lapsu libellus fuit compositus, & de antiquitate ejus; malumus hæc omnia jam seponere, & vel secundis curis vel alienæ diligentiæ ea relinquere.

§. XXXVII.

Et ne temere hæc a nobis dici, aut nos copia meditationum fuisse destitutos quis putet, vel ut aliis, quibus plus temporis est, hæc studia & jucundissima & utilissima cum diligentia & judicio continuandi, per indicem quasi hic saltem monstremus, quam viam in tractando hoc argumento calcare voluerimus, ista subjungemus. Dicere proposueramus de prima origine feudorum in Germania trans-Rhenana i.e. Francia Orientali, Alemannia, Thuringia, Saxonia &c. annon liberi & ingenui homines jam sub linea Merovinga & Carolinga feuda in Germania plurima possederint, & jure feudali fuerint usi, non scripto quidem, sed consuetudinario? Quinam hic sint transsalani, & quando hi feuda possidere cœperint:

Partim ob magnam dicendorū copiam.

rint: de initio item & progressu belli diuturni regni germanici cum Venedis & Slavis, & an hi populi unquam in comitiis regni germanici jus votandi & eligendi habuerint? &c. Annon & trans-salani regem sequi debuerint Romam euntem? Quinam sint *sex* illi principes, qui præ cæteris debuerint regem sequi Romam? Cur non *septem* principum fiat mentio, cum tamen ab antiquissimis temporibus, certe jam seculo decimo & undecimo septem officia aulica fuerint in usu? De origine purgationis canonicæ. Purgationum vulgarium genera quænam sint? An omnia debeantur paganismo? Annon sola duella fuerint in usu tempore gentilismi? Cur post receptam religionem christianam, a Francis & Saxonibus tamen per aliquot secula continuaverint definitiones causarum probatu difficilium per duella connivente clero? Cur in libello nostro nulla mentio fiat probationis per duella? De origine probationum reliquarum vulgarium per aquam ferventem, aut frigidam, per portationem ferri candentis, aut per incessum super vomeres candentes, item per casibrodium, ab ipso clero, piis fraudibus probationem per duella pedetentim abrogare intendente, in rempublicam christianam introductarum: De probatione innocentiæ vulgari, quam imperatrix Cunigunda, Henrici sancti conjux sustinuit. De origine probationis canonicæ; de

de pluribus ac ſæpe duodecim ſacramentalibus ſeu conjuratoribus, cur hi introducti fuerint? &c. An judicium aquaticum ſeculo 9. ab Eugenio papa II. inventum fuerit? ut Arnoldus *in hiſtoria eccleſ. minore p. 359.* memorat. Cur compilator juris feudalis Saxonici cap. 40. textum libelli noſtri correxerit, & loco judicii aquatici ſortem poſuerit? &c. De origine quatuor officiorum aulicorum: An plures officiales, quos Hincmarus memorat, primi fuerint in electione imperatorum, & potiſſimum ſeculo decimo & ſequentibus? de veſtimentis ſeculo nono, decimo & undecimo uſitatis: De urbano beneficio quo ſeculo cœperit? An idem ſit cum feudo caſtrenſi, aut quomodo ab eo differat? An ædificia in urbibus, antiquis temporibus pertinuerint ad beneficia an ad allodia? Quis ſit ſenſus aſſertionis in jure feudali Saxonico & Alemannico, quod ſeptimus clypeus careat jure feudali? De ruderibus & reliquiis morum hodiernorum, indicantibus, quod olim ædificia urbana non pertinuerint ad allodia. Cur in urbibus quibusdam adhuc hodie cives inveſtiantur pileo? &c. De origine & cauſis bellorum civilium in regno Germaniæ; tum an ſeculo decimo frequentia fuerint talia bella privata? &c. Vides, quam vaſtus aperiretur differendi campus, & quam curam ac quantum tempus, imo quantum chartæ ſpacium requirant explicationes materiarum

Digitized by Google

rum & quæſtionum hic ſaltem in genere propoſitarum, quæ omnia ſcopum diſſertationis præſentis excedunt.

§. XXXVIII.

Quod exemplo *ſex* principum, qui jubentur, Regem noviter electum Romam comitari, probatur.

Etenim quæſtiones in paragrapho præcedente ita fœcundæ ſunt, ut ſub earum ſingulis plures aliæ lateant, integra capita aut libellos poſtulantes ad genuinam & perſpicuam evolutionem. Saltem unico mentem noſtram exemplo declaremus. Quæſivimus: quinam ſint illi *ſex* principes, qui in libello noſtro præ cæteris jubentur Regem noviter electum Romam euntem comitari? Ubi dubium oritur: an per ſex illos principes intelligantur certi duces aut officiales regis, an promiſcue ex ordine principum ad minimum principes *ſex* quicunque? Pro poſteriore ſententia videntur facere verba §. 12. in libello noſtro: *ut pateat apoſtolico Regis juſta electio*, quod ſcilicet ad fidem electionis faciendam, minimum *ſex* ex primoribus ſint adhibendi. Sed pro priore ſententia eadem verba etiam militare, junctis præcedentibus *ſex principes, qui primi* ſunt. Tales autem a viris celeberrimis hodie habentur officiales, quorum tamen, cum quatuor officia aulica Ducum & tria Archiepiſcoporum fuerint, novæ difficultates hic ſe offerunt. Etenim initio reſpondendum eſſet Bœclero, nonnulla adverſus hanc hypotheſin *in Ottone I. p. 283.* opponenti, præcipue, quod Sifridus Saxo ap. Wittechindum a rege

Digitized by Google

ge ſecundus appelletur, cum tamen non fuerit in numero eorum, qui quatuor officiis aulicis funguntur. Deinde poſt demonſtrationem officiorum aulicorum, antiquiſſimis temporibus coævorum, inquirendum eſſet, quis ex *ſeptem* illis archi-officialibus ſit eximendus, ut non neceſſe habuerit Regem Romam euntem comitari? An forte Comes Palatinus vel Dux Lotharingiæ, tanquam regni germanici Vicarius? At vero hic obſtabunt, quod in diligentiſſima recenſione a Tolnero facta, quoties ſinguli Comites Palatii illorum temporum, ſeculi nimirum decimi, vicariatum exercuerint, nulla mentio fiat, quod unus eorum in regno Germaniæ vicarius fuerit tum, cum rex Romam ierit, ut coronaretur a Papa. An forte Archi-Cancellarius per regnum Arelatenſe, ut qui tempore ſeculi noni plane non extiterit? Quam in rem multa ſuppeditabunt Conringius de finibus imperii, & Mallincrot de Archi-Cancellariis. An forte *ſex* principes denotabunt *ſex* duces populorum, qui temporibus antiquis regem Germaniæ elegerunt? Et quinam tum fuerunt illi duces? An duces Lotharingiæ, Saxoniæ, Thuringiæ, Bavariæ, Alemanniæ, Franciæ, de quibus plurima collegit Pfeffingerus ad Vitriarium? Multa hic ſuppeditabit Sagittarius in antiquitatibus Thuringiacis. Sed vereor ut illa multum profutura ſint, cum ſaltem antiquita-

tes illas deducat usque ad initium ſeculi decimi, & ex collectaneis Pfeffingeri *p. 391.* conſtet, ducatus Thuringiæ titulum evanuiſſe ſub Henrico Aucupe. Adde quod apud Witekindum & Wipponem Thuringorum tanquam ſeparati populi NB. in comitiis, non amplius fiat mentio.

§. XXXIX.

Partim, quod illæ conjecturæ rem ſaltem illuſtraturæ ſint; atque hactenus ſatis conſtet, libellum eſſe ſcriptum inter regna Ottonis & ConradiI.

Potiſſimum vero ideo non opus videbatur, ut in iſtis disquiſitionibus nos detineremus, quia intentio noſtra jam eſt, inquirere in ætatem libelli noſtri. Jam cum ex primis ſaltem 5. paragraphis autoris monſtraverimus, eum non nono ſeculo, (quia mentionem facit feudorum a principibus oblatorum epiſcopis,) ſed decimo fuiſſe conſcriptum, quia diſponit de ſola filiorum ſucceſſione in feudis; non opus eſt ulteriore probatione, niſi clarior ſit & evidentior. Sed doctrinae de Trans-ſalanorum ſervitiis intuitu populorum Slavorum, de ſex principibus, qui primi ſunt in regis electione, de judicio aquatico & probatione reliqua vulgari & canonica, de officiis aulicis; de veſtimentis vaſallorum, de urbano beneficio, de tumultibus & bellis civilibus in germanico regno, ita quidem ſunt comparatæ, ut illuſtrare poſſint aſſertionem noſtram de ætate libri, nulla vero earum, ſi rem paulo exactius mediteris, apta eſt ut adjuvet inquiſitionem noſtram, ut ad propiora ſeculi decimi tempora, quæ per duas illas priores con-

Digitized by Google

conjecturas inveniri nequeant, accedamus; quin potius nonnulla capita earum meditationum illustrationem multam accipient ex præsupposita jam demonstratione de tempore, quo autor noster scripserit, ut ex iis, quæ de *sex* principibus modo summatim notavimus, facile apparet. Ergo contenti simus, quod hactenus, ut puto, invenerimus; libellum nostrum ante Ottonem, (qui Ottonismo suo episcopos in illum statum posuit, ut apti fuerint, etiam a principibus Laicis feuda oblata accipere,) scriptum non fuisse, scriptum tamen esse ante tempora Conradi II. qui primus introduxit in feudis successionem nepotum & fratrum. Utrum sub tribus Ottonibus & sub quo, aut sub Henrico sancto scriptus sit, id quidem nondum nobis constat.

§. XL.

De variis lectionibus libelli, ac emendationibus textus, aut explicationibus marginiadjectis.

Antequam hanc dissertationem finiam, lector adhuc de aliquibus monendus est. Jam supra §. XI. monuimus, subinde in libello nostro varias lectiones textui per modum parentheseos esse insertas. Idque verosimiliter autore Frehero. Interim & hoc verosimile est, Freherum istas varias lectiones non ex suo cerebro excogitasse, sed ex collatione cum alio exemplari adscripsisse. Nam alias sæpius opus fuisset, si ex conjecturis suis Freherus opus emendare voluisset, ut tales parentheses adderentur, vel propter obscuritatem textus, vel propter

voces

voces obſoletas, uti ſpecimina quædam ejus rei dedimus in illis, quæ ad marginem textus addidimus. Non melius conſtare poterit de Freheri religioſitate, ut ita loquar, in hoc negotio, quam ſi quis textum inſpiciat §. 130. ubi haud dubie ſphalma deſcribentis extat in voce *Secretarius*, quod & Freherus ipſe ſenſit in loco ſupra §. 6. deſcripto; ubi addidit, quod malit legere *Pincerna:* & tamen ipſum textum libelli ſui corrigere noluit. Nihil enim magis detrahit de pretio documentorum antiquorum, quam ſi quilibet criticus pro ſua phantaſia textum corrigat. Quod tamen ego in notis marginalibus in re ipſa quidem cum Frehero conſenſerim, ſed tamen vocem mutaverim, & dixerim, extitiſſe in exemplari *Butellarius*, vel *Buticularius*, quæ unum idemque, i. e. Pincernam ſignificant, jam paucis etiam danda erit ratio, cum hæc res ex antiquitatibus germanicis ſit repetenda, & adeo rationes emendationis non ita facile in oculos mentis incurrant, ut forte reliquæ.

§. XLI.

In ſpecie cur in §. 130 Freherus vocem *Secretarii* expungendā.

Ac primo quidem rationes afferam, quæ Freherum moverunt, ut vocem *Secretarii* expungeret, quæ mihi cum eo communis eſt, ſcilicet apertum eſt, agi hic de officiis aulicis ac curialibus, quæ illis antiquis temporibus data ſunt militibus. Sed Secretarii officium illo tempore penes ſolum clerum erat, & clerici illis antiquis temporibus nondum militabant. Imo

Secre-

Digitized by Google

Secretarii erant ſub inſpectione Cancellarii. Pertinet huc inſignis locus Hincmari, Frehero quidem, ut ex dicendis videtur, non inſpectus, *Epiſt. 3. c. 16.* Deſcribit ibi Hincmarus officia palatii regii, qualia fuerunt temporibus Carolingorum. Poſtquam igitur præmiſiſſet cap. 13. quod illa miniſteria ſpectaverint vel *ſpiritualia*, vel *ſecularia*, vel *corporalia*, primum inter officiales nominat *apocriſiarium*, id eſt *reſponſalem negotiorum eccleſiaſticorum* (habes officialem in *ſpiritualibus*) & tum *c. 16.* ſic continuat: APOCRISIARIUS, *quem noſtrates Capellanum vel palatii cuſtodem appellant, omnem clerum palatii ſub cura & diſpoſitione ſua regebat. Cui ſociabatur* SUMMUS CANCELLARIUS, *qui a Secretis olim appellabatur, erantque illi ſubjecti prudentes & intelligentes & fideles viri, qui præcepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent.* Habes hic officialem in *ſecularibus*. De officialibus in *corporalibus* mox ex Hincmaro continuabimus.

§. XLII.

Et loco ejus *Pincernæ* ſcribendum eſſe putaverit.

Pergo ad rationem cur Freherus putaverit loco *Secretarii* ponendum eſſe *Pincernam*, in qua & ipſe cum Frehero quoad rem ipſam conſentio, etſi diſſentiam quoad *Pincernæ* vocem. Nimirum, vidit Freherus, quod textus agat de officiis, quæ *corporalia* vocat Hincmarus. At ea antiquioribus temporibus (etſi non antiquiſſimis, ut ex mox dicendis ſimiliter apparebit) in aula regia non ſolum,

Digitized by Google

ſolum, ſed & in aulis principum tantum illa quatuor fuiſſe præcipua, Camerariatum, Dapiferatum, Mareſchallatum & Pincernatum, docebat Freherum locus, qui ipſi dum iſta ſcriberet, verſabatur ante oculos, ſcilicet ex conſtitutione illa Caroli Craſſi de expeditione Romana: *Singuli principes ſuos habeant officionarios ſpeciales*, MARESCALCUM, DAPIFERUM, PINCERNAM & CAMERARIUM. *Qui, quæ quanto plus ſunt laboraturi, tanto plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu præ cæteris ſunt honorandi. Scilicet & unicuique iſtorum decem libræ cum tribus equis tribuentur, quartus* MARESCALCO *addatur, quorum unum ad præcurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad ſpatiandum, quartum ad loricam portandum.* Docent inſuper alia ſcriptorum loca. Ita Witechindus Annal. lib. 2. in princ. *Duces* (Ottoni I.) *miniſtrabant; Lothariorum Ilux Giſelbertus, ad cujus poteſtatem locus ille pertinebat, omnia* PROCURABAT. *Eberhardus* MENSÆ *præerat: Hermannus Francus* PINCERNIS: *Arnulphus* EQUESTRI *ordini, & eligendis locandisque caſtris præerat.* Ita de Ottone III. Ditmarus *Chron. lib. 4. poſt pr. Quatuor miniſtrabant Duces. Henricus ad* MENSAM, *Conradus ad* CAMERAM, *Hezil ad* CELLARIAM, *Bernhardus* EQUIS *præfuit.* Ergo Freherus cum videret, etiam ab autore libri de beneficiis in illo loco agi de quatuor iſtis officiis aulicis, una eademque ratio ſuadebat, *Secretarii* vocem expungendam eſſe, & loco ejus ſubſtituendum eſſe officium

Digitized by Google

cium *Pincernæ*, ut quatuor videlicet officia aulica conformiter cum moribus illorum temporum recenſerentur.

§. XLIII.

Res ipſa clara eſt, ſed illud tamen dubium, qui factum fuerit, ut is qui libellum de beneficiis deſcriberet tam inſigniter aberraret, ut loco *Pincernæ* ſcriberet *Secretarius*, cum nulla ſit convenientia vel literarum vel ſoni, ſi forte dictante alio libellus fuerit deſcriptus, inter Secretarium & Pincernam. Sed ad iſtud dubium facillime reſolvendum, reſponſionem ſuppeditabit textus Hincmari; qui locum §. 41. deſcribi inceptum ſic continuat; recenſendo etiam poſt officia *ſpiritualia* & *ſecularia*, ſequentia *corporalia: Poſt eos vero*, (APOCRISIARIUM, & Summum CANCELLARIUM) *ſacrum palatium, per hos miniſtros diſponebatur, per* CAMERARIUM *videlicet, & Comitem palatii*, (i. e. qui ſimul erat comes palatii) SENESCALCUM (qui poſtea eſt Dapifer) BUTICULARIUM (i. e. Pincernam) COMITEM STABULI (i. e. Mareſcallum) MANSIONARIUM, (cujus officium conſiſtebat in conſtituendis manſionibus: Quartiermeiſter: quod officium poſtea cum officio Mareſcalli coaluit) VENATORES *principales quatuor*, FALCONARIUM *unum*. Ergo putavi etiam autorem de beneficiis in illo loco ſcripſiſſe loco Pincernæ *Buticularium*, quod vocabulum vel male pictum legere non valens, aut non intelligens, qui deſcri-

Magis verosimile eſſe, quod ſcribendū ſit *Buticularius*, vel *Cellarius*.

Digitized by Google

descripsit, ejus loco substituit *Secretarium*: Quod si quis motus loco Ditmari, putaverit, in libello nostro primum extitisse *Cellarius*, nec hic refragabor. Hic saltem paucis explicandum est, cur in loco Hincmari *Buticularium* explicaverim per Pincernam. (Nam de reliquis notis parenthesi inclusis alibi erit dicendi locus commodior.) Pincerna illo tempore Buticularius dictus fuit, tanquam buttarum, vel butticularum præpositus: Gallis *Bouteiller*. Vide pluribus Spelmannum & Cangium *in Glossariis*, *hac voce*. Confirmatus insuper sum in emendatione mea per literas perillustris Eybenii *d. 11. Sept. 1706. Viennæ scriptas*, ubi me certiorem fecit, quod illustris parens ejus margini codicis sui sequentia adscripserit: *leg. forte* Butillarius, *i. e. Pincerna. Sic in lit. Ludovici Regis Franc. de an. 1228. subscriptum: Dapifero nullo, S. Roberti* Butillarii, *S. Barthol. Camerarii &c. ap. Boxhorn. p. 728. Fresne h. voce. Mabill. de re diplom. An inde Butigal? Vid. Besold. in thesaur. pract.*

§. XLIV.

Non videri in libello nostro aliquid ab eo, qui illum descripsit, mutatum esse aut emendatū.

De cætero uti propter dicta credo, quod in exemplari, unde libellus noster descriptus & impressus est, nihil a descriptore correctum sit; ita nemini scrupulum oriri vellem ex eo, quod tamen in §. 21. & 23. ea phrasis, quæ extat in §. præcedente 20. habere in *Warandia* videtur a descriptore emendata & correcta esse aut explicata per τὸ ha-

habere in *possessione*. Si enim Autor ipse libelli in §. 21. & 22. *possessionem* usurpavit, cur non etiam usurpauit in §. 20. sed obscuram vocem *warandiæ* adhibuit. Sed ad istud facile regeri potest, iterum quærendo, si describens *warandiæ* vocem expunxit, in §. 21. & 23. cur non etiam expunxit in §. 20. Quod si dicas eum vocem warandiæ in §. 20. prætervidisse, urgebo §. 93. & ejus ductu potius dicam autorem libelli utroque termino & *Warandiæ*, & *possessioni* simul esse usum. Accedit, quod & in scriptis aliorum autorum similis usus simultaneus utriusque vocis deprehendatur. *Vide Goldastum Tom. 3. Constit. p. 303. n. 5.*

§. XLV.

Sed & illud notandum, distinctionem paragraphorum, eorumque numeros non videri adjectos fuisse ab ipso autore libri hujus de beneficiis, sed deberi manui recentiori. Utrum vero is ubique rem acu tetigerit hac paragraphorum distinctione, alia quæstio est, quam prolixe hoc loco definire nostra intentio haud permittit, sed reservamus eam alii occasioni. Saltem hic quædam adnotabimus, quæ primo intuitu nobis monenda occurrerunt. Ita ad marginem §. 70. jam adnotavimus, & quilibet deprehendet, hunc paragraphum,

Monita circa interpunctiones & numeros paragraphorum. In specie circa §. 70. & 71.

Digitized by Google

uti in textu extat, non referre ſenſum perfectum. Imo ſi dicendum, quod res eſt, videntur paucæ quædam voces vel literæ in illo *70.* & ſequente *§. 71.* eſſe corrigendæ & emendandæ in hunc modum: *Filius poſt obitum patris domino* (pro: *ſi* domino) *ad inbeneficiandum producatur;* (pro: *producitur*) *at non inbeneficietur, niſi* (pro: *ſi*) *tutor illius pro eo ſecundum beneficiale jus beneficia a domino petat,* (pro: *petit*) *& fidejuſſorem ponat,* (pro: *ponit*) *ſi plures ſint filii, quod dominum jure beneficiali non impetent,* (pro: *impetrent,* ut jam ibi ad marginem notavimus) *pro hoc beneficio accepto ab illo* (pupillo) *ſolo.* Adjuvat hanc correctionem textus, quod compilator juris feudalis Saxonici, (quem in compilatione præ oculis habuiſſe libellum noſtrum, jam ſupra *§. 12.* notavimus) ita ſententiam verſiculi illius efferat, ut nos hic emendavimus. Adde jus feudale latinum Goldaſti *c. 19. n. 2.* Conſentit etiam compilator juris feudalis Alemannici *cap. 52. §. 3. ſec. edit.* Schilteri. Quamvis gloſſa, quam idem compilator ſtatim ſubjungit, non ſit ad mentem autoris noſtri, ſed in ea magis reſpexerit iſte compilator ad ſua tempora. Addit enim ex verſione Schilteri: *quod ideo receptum, quod hoc ipſo dominum rogant* (tutor & puer ad dominum adductus) *ne alii ex liberis, quam natu maximo idem feu-*

Digitized by Google

dum concedat, quamdiu hic in vivis eſt; ſic enim, (ſatisdatione præſtita) non cogi poteſt, ut duobus ſimul feudum concedat, niſi lubens velit. Defuncto vero primo tunc inveſtiat eum, qui poſt illum natu maximus. Quod enim hæc additio & explicatio non quadret ad mentem autoris libelli noſtri, ſed plane aliena ſit ab eadem, exinde demonſtratur, quia ſupra perſpicue oſtendimus, quod illo tempore, quo libellus noſter fuit conſcriptus, jus primogenituræ non habuerit locum, ſed ab electione domini dependerit, quem ex pluribus filiis inveſtire vellet, imo quod eo tempore nec frater fratri ſucceſſerit. Vide dicta §. *30. 31. & 35.*

§. XLVI.

Pari ratione in paragraphis *105. 106. 107. 108. 109.* is qui libellum noſtrum deſcripſit, variis modis videtur erraſſe vel interpungendo, vel etiam in ipſa ſeparatione aut inchoatione novorum paragraphorum. Equidem in margine ad *d.* §. *105.* emendavi textum, ut in verbis finalibus pro *quod ſi* legendum ſit *quod ſic*, (vel, ſi malles, *quod hi*) interim tamen re accuratius expenſa, forte commodius eſſet, ſi paragraphus *105.* finiatur poſt verbum *teſtificari*, & §. *106.* ita inchoetur: *Quodſi* (filii vaſalli) *ſuum neglexerint terminum, merito abjudicabitur* Item circa §§. 105. 106. 107. 108. & 109.

cabitur omne jus (eis) *in beneficio.* Hic igitur punctum ponatur, & ſequentia etiam aliter interpungenda erunt hoc modo. *Poſtea ſeptimum hujus* (domini) *teſtimonium filiorum juramentum non admittit, cum dominus ſic egerit.* (convincendo vaſallum per ſeptem teſtes) *Ipſo* (i. e. hactenus dicto) *modo,* (ſeptem teſtes adhibendo) *faciat dominus, cum homini abjudicaverit* (beneficium) *jure beneficiali.* (h. e. ſecundum diſpoſitionem juris beneficialis) Tum §. *107.* ſic videtur collocandus: *Si ille* (homo) *in ſuo termino non excuſaverit* (ſe) *juramento, ſeptem hominum ſuorum teſtimonio dominus eget, ut hominem beneficio privet.* Jam incipiet §. *108. In tribus tantummodo cauſis dominus hominem convincit duobus teſtibus potius, quam ut incuſationem domini homo evadat juramento.* Tum in §. *109.* collocentur illæ tres cauſæ, quarum *prima* incipit in verbis: *Quicquid dominus acquirit* &c. *ſecunda* continetur in verſiculo: *Regis etiam* &c. *tertia* in verſiculo (qui in libello noſtro eſt §. *109.*) *Item ſi dominus* &c. usque ad verba: *ſi homo negaverit.* Confer jam cum noſtra emendatione jus feudale Saxonicum *cap. 42. & 46.* in quorum poſteriore tres illæ cauſæ ita memoratæ ſic perſpicue explicantur. In eo tamen aberravit compilator juris feud. Saxon. quod in capitulo *42.* loco *ſeptem* teſtium poſuerit

ſal-

saltem *sex* testes; & quod in capitulo *46.* ea, quæ noster autor de *duobus testibus* memorat plane omiserit, & sic quoad sensum dicti capituli *46.* & ejus conciliationem cum capitulo *42.* crucem fixerit interpretibus.

§. XLVII.

Addamus adhuc unicum exemplum. Vel contextus ostendit sub titulo *de urbano beneficio §. 6. & 7.* plane inconvenienter fuisse dispunctos, cum verba initialia §. *7.* siat omnino adjicienda §. *6.* ut ita in hunc modum evadat §. *6. Pro duabus tantummodo causis urbano domino licet habere placitum: si urbanus contra eum perfide egerit, aut urbem in necessitate non protegerit.* In his enim verbis ultimis recensentur illæ duæ causæ ob quas urbano domino liceat habere placitum; quæ si separentur a præcedentibus & novum paragraphum incipiant, uti in textu nostri libelli factum est, nullum sensum habent, sed videtur aliquid deesse ad complendum sensum. Conferantur cum observatione hac nostra textus paralleli ex jure feudali Saxonico & Suevico *ad d. §. 6. & 7.* allegati; ubi additur tertia causa, si alius quis urbanum de feudo urbano conveniat; quæ uti evidens est, ita mirandum, cur eam omiserit autor libelli nostri. Sed videtur dicendum, quod autor noster intellexerit illas

Denique circa §. 6. & 7. de urbano beneficio.

Digitized by Google

ſaltem cauſas, ubi dominus actor eſt, & querelam movet contra vaſallum, quod oſtendit contextus antecedentium & conſequentium, quæ agunt de abjudicatione urbani beneficii ob delictum vaſalli. Hic vero inconveniens erat his cauſis immiſcere cauſam ſi beneficiarius conveniatur a tertio. Unde parum congrue compilator juris feudalis Alemannici, cum legeret in jure feudali Saxonico: Nicht mehr, denn mit dreyfachen mag der Herr ſeinen Bürger tagdingen, (ubi tagdingen ſignificat *citare* uti etiam extat in verſione latina Goldaſti) putavit tagdingen ibi ſignificare *facere citari* ſeu *convenire*, beſchuldigen. Nam hoc modo non potuit non ſenſus inconveniens oriri. Quid enim hoc eſt dicere: *Nonniſi de tribus cauſis dominus poteſt vaſallum accuſare, primo ſi ſit ipſi infidelis; aut ſi caſtrum non fuit cuſtoditum: aut ſi caſtrenſis contra caſtrenſem agit.* Ubi enim caſtrenſis contra caſtrenſem agit, ſane dominus non accuſat caſtrenſem. Magis mirandum, quod celeberrimus Schilterus iſtam inconvenientiam non obſervaverit, ſed auxerit, dum in commentario *ad §. 143. J. Alem. p. 452.* rem ita περιφέρεται: *Hic tres admittantur cauſæ ex quibus dominus feudi caſtrenſis poteſt agere contra vaſallum ad privationem feudi: primo ob fidem quovismodo violatam, ſpeciatim ob caſtrum non cuſtodi-*

ſtoditum, denique ob injuriam, pari de feudo caſtrenſi illatam. Unde enim Schilterus probabit, injuriam convaſallo illatam moribus Germaniæ fuiſſe cauſam privandi feudi?

§. XLVIII.

Vides adeo, parum id nocere libello noſtro quod auctor interpunctionum & numerorum paragraphis adjectorum, aliquando aberraverit, cum defectus facile ex connexione poſſit ſuppleri. Quodſi forte difficultas aliqua oriatur, quæ rem dubiam faciat, illud tamen dubium facile ſuperari poterit, ſi conferas Jus feudale Saxonicum, utpote cujus compilator ex libello noſtro fundamenta compilationis ſuæ jecit, ut ſæpius dictum & monſtratum fuit.

Errores interpunctionum & paragraphorum facile emendari poſſe ex J. F. Saxonico.

§. XLIX.

Quare & in hunc finem adjeci ſingulis paragraphis libelli loca parallela ex jure feudali tam Saxonico, quam Alemannico, quamvis illa adjectio primario facta fuerit, ut difficultates in explicatione Juris feudalis Saxonici & Alemannici (potiſſimum ex contradictionibus utriusque compilationis,) ortæ, ex libello noſtro, tanquam fonte utriusque compilationis, tolli queant, & ut libellus noſter ſimul indicet, ubi utraque compilatio pro moribus temporum ſubſequentium aliquid addiderit vel

Cur loca parallela ex Jure feudali tam Saxonico quam Alemannico ad ſingulos paragraphos ſint indicata.

mutaverit, ubi reliquendo incaute veſtigia aliqua juris veteris & obſoleti occaſionem dederit contradictionibus; denique ut ex libello noſtro fontes conjecturarum deſumantur, dijudicandi, quænam ex contradictionibus ſive unius compilationis, ſive utriusque inter ſe prævalere debeat &c. Igitur etſi plerumque in locis parallelis ſupra paragraphos libelli noſtri ſingulos notatis contineantur quaſi verſiones & periphraſes libelli noſtri; id tamen non eſt univerſale. Aliquando enim, (quamvis id rarius factum fuerit) loci ſupra ſcripti exhibebunt mutationem libelli noſtri, vel etiam locum communem, ubi tractari debebat de contentis illius paragraphi, & tamen ea plane omiſſa ſunt.

§. L.

Monitum de variis lectionibus, ac emendationibus marginalibus.

Circa emendationes & varias lectiones marginales id indicandum erit, meum propoſitum nequaquam fuiſſe, ut omnia loca obſcura voluerim explicare. Id enim requirit ſecundas curas, & otia poſtulat majora inquirendi in antiquitates germanicas & diligenter conferendi libellum noſtrum cum compilatione utraque & ejus gloſſatoribus ac commentatoribus. Quare reſervavimus etiam pleniorem vocum obſcuriorum margini adjiciendam explicationem ſecundæ Deo dante, editioni libelli noſtri, cum ſolida ejus commentatione, quam meditamur conjungendæ.

Hic

Digitized by Google

Hic ſolum ea, quæ absque prolixiore meditatione ſe obtulerunt, ſpeciminis quaſi loco adjicere volui quomodo ipſe deſiderarem, ut & in reliquis hæc expoſitio, & emendatio textus in compendio ſtatim primo adſpectui lectoris objiciatur, cujus rationes poſtea ex principiis antiquitatum germanicarum deductas in commentario conquirendas habeat. Tu igitur benevole lector iis interim utere & fruere.

§. LI.

Repetitio quæſtionis, an libellus noſter jam extet impreſſus alibi.

Poſtquam hæc ſcripſeram & ita finem diſſertationi huic me impoſuiſſe putaveram, offertur mihi a collega quodam honoratiſſimo epiſtola a celeberrimo Hertio ad ipſum d. 21. Febr. currentis anni ſcripta, in qua ſequentia lego: *Sum autem jam in eo, ut tomos novos tres prælo parem, in quibus etiam comparebit libellus ille pervetuſtus de beneficiis, cujus non tantum exemplar Anno 1570. Coloniæ impreſſum, ſed & antiquum codicem membranaceum poſſideo. Ut propterea novam videre editionem, (deſiderem) quam in literis præterito anno ad me datis ſcripſiſti, moliri virum longe eruditiſſimum D. Thomaſium. Credo enim licuiſſe utrique occupare locum vacuum. Et jam dudum commentarium in libellum illum, ex patriæ noſtræ jure ac hiſtoria adornavi, illis quoque tomis inſerendum cum argumentis aliis feudalibus, inprimis de pœdia illius juris & de feudis, ex illis, quæ data & oblata*

dicuntur, mixtis. Gratulor reipublicæ literariæ, quod vir JCtiſſimus eruditiſſimas ſuas diſſertationes, ex quibus multum me didiciſſe, etiam, ubi & quando diſſentimus, ingenue fateor, augere velit, earumque editionem avide expecto. Inprimis autem non dubito, quin ea, quæ in ſpecie de doctrinis feudalibus hic promiſit, multum illuſtratura ſint antiquitates germanicas feudales, ita ut vel commentatione noſtra ad libellum hunc de beneficiis non amplius ſit opus, vel certe ut illi ejus eruditiſſimi commentarii multum adjumenti in iſto labore nobis ſint allaturi, ac multam occaſionem ſuppediturari, ejus, quod & alias frequenter facimus, honoratiſſimam mentionem faciendi, & lectorem ad ejus prudentiſſimas lucubrationes remittendi. Interim ignoſcet vir egregiis ſuis ſcriptis illuſtris, ſi publice profitear me valde dubitare, utrum iſte liber pervetuſtus de beneficiis, quem promiſit ſit idem cum noſtro, quem nunc edimus, libello, aut eo æqualis vel vetuſtior, nec ægre feret, ut ea de re rationes dubitandi noſtras publice proponamus, cum ratio editi hujus opuſculi id omnino poſtulet.

§. LII.

Quam negandum eſſe credimus.

Et initio quidem abſit, ut de viri de orbe erudito tam inſigniter meriti fide dubitemus, aut ut tam audaces ſimus, ut ea, quæ ſenſibus ſe percipere vir celeberri-

mus

mus asserit, negare velimus. Damus, possideri ab ipso codicem membranaceum vetustum de beneficiis; possideri etiam ejus exemplar anno 1570. Coloniæ impressum. Valde tamen dubito, eum libellum esse vetustate & pretio huic nostro comparandum, aut eundem cum nostro esse, i.e. cum illo, de quo Freherus spem editionis fecit, & quem hactenus multi alii viri egregii desiderarunt. Sed ne ex pertinacia aut præjudicio aut gloriolæ captandæ causa dubitasse videar, dicam rationes meas, non paucas & inanes, sed plures easque gravissimas.

§. LIII.

Cautiones a nobis ea propter ante editionem libri adhibitæ.

Anno 1706. mense Junio prima hujus libelli folia a perillustri Eybenio manu ipsius propria descripta accepi, atque ex literis ejusdem Viennæ mense Novembre ejusdem anni scriptis, quæ simul ultima libellia folia attulerunt, intellexi, caute in editione libelli procedendum esse, cum vir quidam clarissimus ipsum certiorem fecerit, quod libellus noster jam antea publicis typis impressus extet. Rescripsi eodem mense, me ea de re valde dubitare, inquirendum tamen esse de loco & anno editionis illius, item, de initio & fine ejusdem, an cum nostro libello conveniat. Postquam vero mense Decembre præfati anni iterum scripsisset, se nondum ea de re certiorem esse redditum, opem viri summi nominis G. G. Leibnitii imploravi. Apponam sal-

tem

tem verba epiſtolæ meæ, quæ ad negotium præſens pertinent. *Refert Marquardus Freherus, in notis ad conſtitutionem quandam (ut credidit) Caroli III. de expeditione Romana, quod poſſideat librum vetuſtum de beneficiis, conſuetudinibus vulgatis antiquiorem, in quo nunquam vox feudi occurrat, ſed ſemper beneficii mentio injiciatur. Ibidem etiam nonnulla loca ex illo libro ad illuſtrationem dictæ conſtitutionis Carolinæ appoſuit, ejusque editionem promiſit. Sed fruſtra hactenus ipſe liber ab eruditis & expectatus fuit & quæſitus. Goldaſtius erronee putavit, codicem juris feudalis Cracovienſem eſſe hunc ipſum tractatum Freheri. Nec magis vere arbitratus eſt Schilterus, jure feudali Alemannico, ſeu Suevico eundem tractatum contineri. Non ita pridem, dum nihil minus expectabam, vir quidam illuſtris Halam noſtram tranſiens, libri illius Freheriani de beneficiis copiam mihi dedit. Sed dum ejus editionem paro, idem mihi memorat, rem caute tractandam eſſe, cum vir quidam in hiſtoria & antiquitatibus germanicis verſatiſſimus ipſum admonuerit, librum hunc Freherianum jam editum eſſe, neque tamen dictum eſſe, a quo, & quando. Ego vero multis ex cauſis ſuſpicatus ſum, monitum illud datum eſſe a decepto. Ne tamen temere hic quicquam ſuſcipiam, cum alias de autoris illius moniti ſingulari eruditione ſim perſuaſus, ad te vir perilluſtris & excellentiſſime confugio. Si liber iſte antiquus de bene-*

ficiis

Digitized by Google

ſciis jam editus eſt, certus ſum, te, qui viva bibliotheca es rerum ad ſtudia elegantiora & antiquitates germanicas pertinentium, ejus rei notitiam habere. Contra ſi iſtam editionem ignoras, ne minima cauſa reſtabit, differendi ulterius, quam meditor, ejus editionem, tum videlicet ſecuriſſimus, libros in hoc ſtudiorum genere, quos tu ignoras, non extare. &c. Reſpondit eodem menſe pro ea qua prædirus eſt propenſione ad promovenda & adjuvanda bona ſtudia, vir perilluſtris. *Inventum tibi gratulor, nobis gaudeo, quem Freherus olim laudaverat de beneficiis veterem librum: & hortor, ut quamprimum edas, neque enim unquam uſpiam prodiiſſe puto. Et qui potuit ille liber extare typis, & fugere tot egregios viros, qui talia venati ſunt? Nam de mea quidem notitia nihil ſpondeo, etſi non fuerim talium incurioſus. Te certe video uſum libris optimis rariſſimisque, ut alio Nomenclatore vix opus habeas. Cæterum ex ipſo opere indicia aliqua eruptura puto, unde de tempore & patria ſcriptoris judicetur. Utrum ſcilicet ſcriptus ſit ſtante Carolingorum ſtirpe, & in Franciæ Orientalis, an in Galliæ regno. Operæ etiam pretium erit, videre, an aliquid, & quidnam de beneficiorum conſervatione in familia conſtituatur, quam jam longe ante Carolum M. receptam conſtat, ut non niſi magna ratione interrumperetur. &c.* Ego igitur nihil cunctatus amplius, libellum imprimi cura-

curavi, ſperans fore, ut ſi non nundinis vernis Lipſienſibus, ſaltem autumnalibus abſolveretur. Sed variis negotiis academicis, potiſſimum autem conficiendis notis ad novam editionem operis Huberiani de jure civitatis impeditus, non potui meditationibus antiquitatum germanicarum ad perficiendam hanc diſſertationem, ante incumbere, quam notæ illæ modo memoratæ fuerint abſolutæ, quod demum ante paucas ſeptimanas & circa finem menſis Februarii currentis anni factum fuit.

§. LIV.

Librum Coloniæ an. 1570. impreſſum non videri eundem eſſe cum noſtro.

Fuere iſta paulo prolixius commemoranda, ut doceam, me haud temere properaſſe ad editionem hanc, ſed conſilio tali uſum eſſe, quale poſtulare videbantur regulæ prudentiæ civilis dicam ne, an literariæ. Nunc cauſæ aperiendæ ſunt, cur nondum credam neque MSCtum Hertianum, neque librum Coloniæ impreſſum anno 1570. eſſe hunc librum Freherianum. De poſteriore incipiam. Natus eſt Marquardus Freherus anno 1595. denatus anno 1614. Quo anno ediderit conſtitutionem illam Caroli Craſſi, neſcio. Utor enim editione, qua Ulricus Obrechtus eam adjecit noviori editioni notitiæ imperii Bœclerianæ. Neque in catalogo ſcriptorum Freheri eam commemoratam video. Interim quocunque demum anno prodierit, non credo libellum anno 1570. Coloniæ impreſ-

Digitized by Google

impreſſum Marquardo Frehero per totam vitam potuiſſe latere. Non credo, ſi unquam Freherus dum viveret, eum cognoviſſet, & de errore ſuo, quod putaverit in commentario ad conſtitutionem Caroli Craſſi, eum non extare, fuiſſet convictus, illum id committere vel voluiſſe vel potuiſſe, quin ea de re in aliquo ſuorum tractatuum ſaltem duobus verbis moneret lectorem. Et quomodo fieri potuiſſet, ut Goldaſti, qui anno 1613. Conſuetudines imperiales edidit, isque Jus Saxonicum feudale eſſe illum ipſum librum Freherianum credidit, diligentiam effugere potuiſſet liber Coloniæ 1570. impreſſus. Ut taceam curas & inquiſitiones Schilteri & Eybenii patris, etiam Romæ, ut ſupra commemoravimus, librum hunc quærentis. Imo qui fieri potuit, ut hactenus per integri ſeculi cum altero dimidio ſpatium nullus eruditorum libellum anno 1570. typis impreſſum, cujus adeo neceſſe eſt, plurima exemplaria eſſe diſtracta, detexerit, & Frehervm ac reliquos viros celeberrimos ac laudatiſſimos de errore convicerit, quod ſi vero libellus Coloniæ 1570. impreſſus alius, ut hactenus monſtrata perſuadent, eſt a libro Freheriano, neceſſe etiam erit, ut MSCtum Hertianum, quod haud dubie a libro Coloniæ impreſſo non diſcrepat, etiam ſit plane diverſum a libro noſtro.

§. LV.

Digitized by Google

§. LV.

Niſi contraria aſſertio probetur evidentius.

Sed inquis, quid fruſtra diſputas de poſſibilitate exiſtentiæ, ubi ſenſus te convincere poſſunt quod revera exiſtat liber. Bene, inquam, ſi convincar. Tum vero publice declarabo, me inſigniter in incredulitate mea deceptum eſſe. Neque id arbitror mihi fore dedecori. Ignoraſſe videlicet ea, quæ ignorarunt Freherus, Goldaſtus, Eybenius, Schilterus, Leibnitius. At quanti viri! Quod ſi convinci nequeam, neque ex altera parte opus erit celeberrimo Hertio, ut eum ſuæ credulitatis pudeat, quam & ipſe videlicet iterum communem habet cum Goldaſto & Schiltero. Nimirum vel error, vel ignorantia facti obſcuri vel dubii nunquam dedecori eſſe poterit JCto aut erudito cujuscunque generis. Quinimo publice oramus virum famigeratiſſimum ut iſtum ſuum librum ſive idem ſit cum noſtro, ſive ab eo diverſus, una cum commentariis haud dubie eruditiſſimis non diutius invideat reipublicæ literariæ, cujus intereſt, ut inpoſterum eruditi coadunatis viribus theſauros antiquitatum germanicarum, quorum plurimi hinc inde in bibliothecis latent, ex tenebris in lucem protrahant, & quisque adeo bono publico pro viribus inſerviat.

FINIS.

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
USU
LIBRI VETERIS
DE
BENEFICIIS.

Digitized by Google

DISSERTATIO
De Usu Libri Veteris de Beneficiis.

SUMMARIA.

Quatuor periodi præcipuæ regni Germanici. §. I. *Status regni Germanici in duabus mediis periodis cur sit valde obscurus.* §. II. *Ignorantia statim seculo decimo per subsequentia tempora magis magisque aucta.* §. III. *Remedia ad dissipandas tenebras illorum temporum hodie quæsita, sed caute usurpanda.* §. IV. *Nævi & defectus historicorum Germanorum.* §. V. *Declarantur exemplo Wipponis, ejusque vitæ Conradi Salici.* §. VI. *Excerpta ex capite de conventu principum.* §. VII. *Varia annotata ad illud caput.* §. VIII. *Quinque populi regni Germanici, penes quos illo tempore erat electio Regum, probati ex Wippone.* §. IX. *Annotata ad Wipponis caput de itinere regis per regna.* §. X. *Excerpta ex capite de dispositione curiali.* §. XI. *Varia monita ex illo loco de sex vel septem clypeis militaribus.* §. XII. *Item de beneficiis aulicis.* §. XIII. *Monita circa diplomata & chartas antiquitatum Germanicarum earumque usum.* §. XIV. *Exemplum utilitatis horum monitorum ex doctrina Schilteri de feudo castrensi.* §. XV. *Monita circa speculum Saxonicum & Suevicum*

Digitized by Google

vicium & prioris gloſſas. §. XVI. *His non obſtantibus hiſtoricos antiquitatum Germanicarum, diplomata, & collectiones conſuetudinum eſſe res magni ac neceſſarii uſus.* §. XVII. *Varia genera neglectarum hactenus antiquitatum Germanicarum a JCtis.* §. XIIX. *Hujus neglectus exempla in definiendo Reip. Germanicæ ſtatu ſub Conrado primo.* §. XIX. (*Digreſſio de cavenda adulatione & Imperatoris & ſtatuum Imperii.* §. XX.) *Item in definienda advocatia urbium Germanicarum.* §. XXI. *Porro in quæſtione de perpetuitate debitorum pecuniariorum.* §. XXII. *Denique in quæſtione antiqua de ſucceſſione ſolorum maſculorum in hereditate allodiorum.* §. XXIII. *Inconveniens allegatio juris feudalis Longobardici & ejus gloſſatorum in controverſiis feudorum Germaniæ.* §. XXIV. *Non obſtantibus encomiis & titulis, quibus gloſſatores a ſui ſimilibus inſigniri ſolent.* §. XXV. *Neque eorum magnus uſus eſt hodie in expoſitione juris Longobardici, cum præſtent labores Vulteii, Schraderi, Roſenthalii.* §. XXVI. *Aliorumque virorum celeberrimorum.* §. XXVII. *Nec fontes juris feudalis præbent gloſſatores, ſed latuna.* §. XXIIX. *Ergo dolendum, quod JCti Germani negligant fontes legum feudalium Germanicarum.* §. XXIX. *Uti ſimile quid etiam factum fuit a JCtis aliarum gentium.* §. XXX. *Commendantur tractatus ſpeciales*

les de variis feudis Germaniæ. §. XXXI. *Ad fontes præcipuos juris feudalis in Germania ſpectat liber vetus de beneficiis.* §. XXXII. *Cujus uſus aliquot exemplis monſtrandus.* §. XXXIII. *I. In reſolvenda quæſtione: an dominus mortuo vaſallo poſſit adimere feuda ſubvaſallis.* §. XXXIV. *Oſtenditur diſtinctio neglecta inter ſubfeuda propria & impropria.* §. XXXV. *Reſpondetur rationibus Schilteri (1) explicando cap. 33. J. F. Alem.* §. XXXVI. *(2) ad chartam a Schiltero adductam de anno 1342.* §. XXXVII. *(3) docendo defectus alios doctrinæ Schilteri.* §. XXXVIII. *II. In quæſtione utrum domino, ſi vaſallus moriatur, competat electio unius ex pluribus liberis, an vero liberis?* §. XXXIX. *Schilteri reſolutio hujus quæſtionis.* §. XL. *Quæ iterum oſtenditur minus recte ſe habere.* §. XLI. *Alia adnotatio ad quæſtionem præſentem.* §. XLII. *III. In quæſtione, utrum in probatione domini an vaſalli partes meliores ſint?* §. XLIII. *IV. In quæſtione quomodo differat feudum caſtrenſe & urbanum?* §. XLIV. *Coronidis loco dubia proponuntur circa intellectum cap. 1. libelli noſtri de urbano beneficio.* §. XLV. *Eaque perſpicua ejus periphraſi tolluntur.* §. XLVI.

Digitized by Google

§. I.

Cujuslibet reipublicæ ordinatio potissimum in tribus consistit, in *legibus*, *magistratibus & judiciis*, reipublicæ vero germanicæ cum variæ sint periodi, quas pro diversitate intentionis diversimode etiam solent scriptores enunciare; nobis etiam licebit a temporibus Caroli Magni ad nostra usque, quatuor periodos constituere. Primam a Carolo Magno ad extinctionem lineæ Carolinæ in regno Germaniæ; Secundam a Conrado I. ad tempora interregni; tertiam ab interregno ad tempora Maximiliani I. & quartam denique a Maximiliano I. ad nostra tempora. Rationem hujus divisionis prolixe exponere scopus dissertationis præsentis non patitur; Sed facile eam capient quibus notitia imperii germanici & inde deductæ mutationes imperii ac alterationes principiorum juris publici, cordi esse solent.

Quatuor periodi præcipuæ regni germanici.

§. II.

Jam quod primam & ultimam periodum attinet, de legibus, magistratibus & judiciis Germanorum, in ultima periodo ex libris historicis & corpore recessuum imperii sufficienter, in prima ex capitularibus Carolinorum aliisque scriptoribus illorum temporum & documentis utcunque constat. At vero intuitu duarum periodorum mediarum, & maxime intuitu secundæ notitia reipublicæ germanicæ in densissimis

Status regni germanici in duabus mediis periodis cur sit valde obscurus.

mis adhuc verſatur tenebris. Inter varias ejus rei rationes, barbaries ſeculorum, diſſidia perpetua inter regem, epiſcopos, ſtatus regni, a papis diſſeminata, per clerum & epiſcoporum artes adulta, & per æmulationem mutuam regum & procerum in bellis civilibus tantum non perpetuo continuatis ſuſtentata, potiſſimas ejus ignorantiæ cauſas eſſe nemo diffitebitur: Leges illorum temporum & conſuetudines vel latent, vel incertæ ſunt, vel exigui momenti particulas ex toto juris vel ſcripti, vel conſuetudinarii corpore ſiſtunt. Magiſtratuum in his turbis mirum in modum variantium officia, cum communiter ex legibus peti debeant, ſive ſcriptis, ſive jure conſuetudinario, iſtis & earum notitia deficientibus, pariter ignorari neceſſe eſt. Judiciorum & proceſſus judiciarii eadem eſt ratio.

§. III.

Ignorantia in ſeculo decimo, per ſubſequentia tempora magis magisque aucta.

Scriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ communiter ſeculum decimum vocant obſcurum & indoctum, ſubſequens ſeculum undecimum ferreum dicitur. Utriusque denominationis cauſa partim animia ignorantia, & ſuperſtitione, partim ab impudentia & impietate cleri petenda eſt. Sequentia ſecula usque ad ultimam periodum & reformationis tempora non meliora, ſed ſingulis ſingula deteriora fuere, ita ut duodecimum plumbeum, decimum ter-

tertium plumbeo vilius denominari mereantur, reliqua, quæ sequuntur ne quidem nomen inveniant, si a metallis denominationem continuare velis, quo character crescentis quotidie ignorantiæ & malitiæ satis digne possit exprimi.

§. IV.

Peperit ista ignorantia cleri contemtum studiorum, contemtus negligentiam artis historicæ pariter, aliorumque studiorum humaniorum; negligentia denique effecit, ut nec bonos historicos habeamus, qui statum illorum temporum ex merito describant, nec JCtos, qui mores & consuetudines vel in formam artis redegerint, vel alio modo decente ac sufficiente de iis posteritatem sufficienter instruxerint. Ergo necesse erat, ut ista ignorantia voluntaria & moralis, qua homines illorum seculorum, & potissimum clerus, utpote apud quos sedes eruditionis esse putabatur, erant infecti, pareret apud homines in ultima periodo viventes, etiam eruditissimos, ignorantiam involuntariam, & ut ita loquar, naturalem, de statu & jure qua publico qua privato illorum temporum. Unde eruditi, ignorantiæ hujus impatientes, dum tenebras illas repellere & lucem accendere voluerunt, qua tenebras istas dissiparent, instituerunt, optima quæque ex historicis illorum temporum, partim etiam ex collectoribus consuetudinum,

Remedia ad dissipandas tenebras illorum temporum, hodie quæsita, sed caute usurpanda.

dinum, partim denique ex variis diplomatibus colligere, poſtquam jam a tempore reformationis & potiſſimum in ſeculo præcedente viri quidam celeberrimi plurima ſcripta huic uſui inſervientia honeſtiſſima æmulatione ex tenebris in lucem protraxerunt. Sed interim tamen non eſt diffitendum, rem ita facilem non eſſe, ſed varias cautelas adhibendas eſſe, ſi quis propoſitum iſtum ſcopum lucem accendendi ex mediis tenebris, cum ſucceſſu attingere velit; quæ an ab omnibus, qui laudabili quidem illi inſtituto dederunt operam, & adhuc dare ſolent, obſervatæ fuerint, aliis dijudicandum relinquimus.

§. V.

Nævi & defectus hiſtoricorum Germanorum.

Etenim, quod hiſtoricos attinet, in confeſſo eſt, non ſolum illos omnes qui in ſeculis iſtis tenebrarum hiſtorias ſcripſerunt, ex vitio magis temporum, quam proprio principia artis hiſtoricæ haud quaquam calluiſſe; ſed & tantum non omnes fuiſſe clericos, magis ſollicitos de deſcribendis illis rebus, quæ ad honorem & augmentum ſolius cleri pertinent, quam quæ inſerviunt ad lucem accendendam ſtatui politico; ſæpe etiam in recenſione miraculorum, item in defendendis juribus eccleſiæ contra poteſtatem politicam de nimia vel credulitate vel mala fide, de jure eſſe ſuſpectos. Unde multa non

Digitized by Google

non ſolum diligentia ſed & prudentia hic eſt opus, ſi quis ex talibus ſcriptoribus ſolida fundamenta parandæ notitiæ ſtatus publici colligere velit, cum etiam optimi ex illis iſtis modo memoratis defectibus ſi non omnibus, ſaltem plerisque laborare ſoleant.

§. VI.

Declarantur exemplo Wipponis, ejusque vitæ Conradi Salici.

Ita ut rem exemplo unico declaremus, magni æſtimari ſolet, & merito vita Conradi Salici Imperatoris a Wippone Presbytero deſcripta. Sed paucis tamen oſtendam, partim, quid in eo ſcriptore deſiderari jure quis poſſit; partim, quam caute legendus ſit, partim etiam, ubi vel ex paucis & obiter quaſi memoratis circumſtantiis res notatu digniſſimæ excerpi cum fructu queant. Sed ſummatim ſaltim & quaſi per indicem.

§. VII.

Excerpta ex capite de conventu principum.

In primo capite *de conventu principum p. 423. ſeq.* ita loquitur: *Res petit, ut dicam ſummorum nomina quædam ſeu pontificum* (i. e. Archiepiſcoporum & Epiſcoporum.) *ſive ſecularium principum, qui tunc in regnis vigebant, QUORUM CONSILIIS COEPIT FRANCIA REGES ELIGERE.* Tum ſingulos cum ſuis encomiis nominat & recenſet *Archiepiſcopos Moguntinenſem, Colonienſem, Trevirenſem: Epiſcopos, Metenſem, Argentinenſem, Wurceburgenſem, Pabenbergenſem, Conſtantienſem, Auguſtanum,*

Juvanenſem, Radesbonenſem, Friſingenſem. Tum ſubjungit. *Cum iſtis multi alii pontifices & abbates ex iisdem regionibus aderant, quos ſingulos nominare operis faſtidium generat. SAXONIÆ PRÆSULES, quoniam me latuit, quid de vita eorum nominibus addicere conveniret, MEMORARE VITAVI, quanquam &, eos ſummis rebus adeſſe, conſulere, ſuccurrere procul dubio perceperim. ITALIAM tranſeo, cujus principes in brevi CONVENIRE AD REGIAM ELECTIONEM NEQUIVERUNT, qui poſtmodum in urbe Conſtantienſi cum Archiepiſcopo Mediolanenſi & reliquis principibus occurrentes Regi, ſui effecti ſunt, & ei fidelitatem libenti animo juraverunt. Duces autem ſupradictis viris contemporanei hi fuerant. Benno Dux Saxoniæ; Adelberto Dux HISTRIÆ; Hetzilo Dux Bojoariæ: Erneſtus Dux Alemanniæ: LOTHARINGORUM Dux Fridericus: RIBUARIORUM Dux Gozelo: Cuno Wormatienſis Dux Francorum: Udalricus Dux BOEMIÆ. BURGUNDIA ENIM NONDUM ROMANO IMPERIO, ITA UT NUNC, ACCLIVIS FUERAT. Quod autem ſubjecta eſt modo, trium regum gloriæ adſcribitur.* &c. Denique concludit: *Supra memorati EPISCOPI ET DUCES cæterique potentes-ſumma-induſtria nitebantur, ne respublica diutius ſine regente nutaret. Privata conſilia & animos ſingulorum--epiſtolarum & legatorum commodi-*

Digitized by Google

tas conferebat; Neque id vacuum. Nam providentiæ eſt interius PRÆPARARE, quæ foris indiges &c.

§. VIII.

Vides hic initio tres *Archiepiſcopos* commemorari quorum & hodie, ut *Archicancellariorum* primaria in electione regis functio eſt, *Moguntinenſem*, *Colonienſem*, *Trevirenſem*, ſed cave ne putes, iſtos Archiepiſcopos illo tempore eodem Archiofficiorum intuitu hic a Wippone memorari. Nam de Trevirenſi tanquam Archicancellario per regnum Arelatenſe certum eſt, Archicancellariatus officium iſto tempore exulaſſe, cum regnum Arelatenſe illo tempore non fuerit ſub poteſtate regum Germaniæ, & poſteaquam ſubſequentibus temporibus eo pertinere incepit, Trevirenſis tamen Archiepiſcopi Archicancellariatus per illud regnum multo recentius eſt. Utrumque latius probarunt Conringius & Mallinkrotus. Unde maximopere notandum eſt, quod Wippo hic quaſi obiter inſeruit: *Burgundia enim nondum Romano imperio, ut nunc, acclivis fuerat.* Deinde vides ingenium clericale Wipponis, qui maluit *Epiſcopos Saxonicos* non nominare, quia ſcilicet ignorabat, *quænam illis encomia dare* deberet; cum tamen *Duces ſine omni encomio* ſtatim nominaret. Annon ergo ſatius erat, & in uſum poſteritatis magis proficuum, ſi

Varia annotata ad illud caput.

&

& Epiſcopos Saxoniæ eodem modo nominaſſet. Porro *Italorum* Epiſcoporum & Principum abſentiam excuſat, *quaſi non potuerint tam brevi tempore in comitiis electioni deſtinatis comparere.* Quæ verba ſi quis crude accipere & a contrario ſenſu inde concludere vellet, ac ſi Principes Italiæ alias in electione regis Germaniæ comparere debuiſſent, aut ſoliti fuerint, ne ille magnam principiorum juris publici Germaniæ ignorantiam profiteretur! Interim vides, Wipponem parum convenienter hoc loco de abſentia eorum loqui. Inter Duces Wippo poſt Ducem Saxoniæ memorat etiam *Adelbertum, Ducem Iſtriæ.* Hic 1.) vix aliquis divinare poſſet, per Iſtriam hic intelligi Carinthiam, niſi ipſe Wippo explicationem hanc docuiſſet. 2.) Ipſum Adelbertum inter Duces Carinthiæ non commemorant alii; interim tamen cum nullum ſit dubium, pauca ea quæ Wippo de ipſo narrat, vere illo tempore contigiſſe, forte & eadem breviſſima narratio inſervire poterit ad conciliandum Valvaſorem cum Megiſero, aut ad utriusque correctionem, qua occaſione, & quando Ducatus Carinthiæ poſt Henricum Sanctum ad Conradum pervenerit. 3.) Etſi Wippo in verbis ſequentibus indicet in genere, & indefinite quod per hos Epiſcopos & Duces quaſi prædeliberatio de eligendo rege fuerit inſtituta; Dux tamen

Iſtriæ

Istriæ ad hos prætaxatores, ut alii scriptores loquuntur, referri non poterit, quia Carinthii erant sclavi, sclavi vero nunquam habuerunt jus civitatis Germanicæ, multo minus jus eligendi regem Germanorum. Ulterius duos diversos *Duces Lotharingorum & Ribuariorum* nominat Wippo, unde videri etiam poterat prima fronte, quasi Ribuarii & Lotharingi pro diversis populis in electione regis separatum jus habentibus haberi debeant, & tamen dicenda paragrapho sequente ostendent, in electione regum Germaniæ rem plane aliter se habuisse. De Duce *Bohemiæ* tanquam sclavo, eadem monenda sunt, quæ modo monuimus de Duce *Istriæ*. Et videntur adeo adfuisse hi duo Duces, Istriæ & Bohemiæ, reverentiæ causa tanquam tributarii, aut vasalli regni Germanici.

§. IX.

Quinque populi regni Germanici penes quos illo tempore erat electio Regum, probati ex Wippone.

Si igitur ex Ducibus, quorum meminit Wippo, demas Duces Istriæ & Bohemiæ, & Lotharingos & Ribuarios conjungas, remanent quinque saltem populi, jus eligendi regem Germaniæ habentes, Saxones, Bojoarii, Alemanni, Lotharingi, Franci. Confirmatur autem egregie observatio ilia ex aliis locis ejusdem Wipponis. Ita statim in cap. sequente *de electione regis: Dum convenissent cuncti primates & ut ita dicam, vires & viscera regni, cis & circa Rhenum castra locabant. Qui, dum Galliam a*

Ger-

Germania dirimat, ex parte Germaniæ SAXONES cum ſibi adjacentibus ſclavis: FRANCI Orientales, Norici, (i. e. *BOJOARII*) *ALEMANNI convenere. De Gallia vero Franci, qui ſupra Rhenum habitant, Ribuarii, LOTHARINGI coadunati ſunt.* Et ne dubites, adhuc de præconſultatione loqui Wipponem, ſtatim ſubjicit. *Quæritur de re ſumma, dubitatur de electione incerta: inter ſpem & metum ſuſpenſi alterna deſideria cum invicem cognati, tum inter ſe familiares diutiſſime explorabant;* & quæ in hunc ſcopum ibi ſequuntur, plura. Vides nullos populos *Iſtriæ*, nullos *Boemos* memorari. Et quamvis Saxoniæ adjacentium *Sclavorum* faciat mentionem, aliunde tamen conſtat, Sclavos non habuiſſe jus eligendi: & ex aliis locis ejusdem Wipponis apparet. Sic in eodem capite Conradus Rex ad cognatum ſuum inter alia: *Vota, ſtudia, conſenſus FRANCORUM, LOTHARINGORUM, SAXONUM, NORICORUM, ALEMANNICORUM &c. ad nos conferebant.* Et iterum in capite, *de itinere regis per regna: Collecto regali comitatu, Rex Conradus primum per regionem* RIBUARIORUM, *usque locum, qui dicitur* AQUISGRANI *palatium, pervenit, ubi publicus thronus regalis totius regni archiſolivum habetur. Quo ſedens, excellentiſſime* REMPUBLICAM ORDINAVIT, *ibique publice placito & generali concilio habito, divina & humana jura uti-*

utiliter distribuebat. Quanquam enim literas ignoraret, tamen omnem clerum cum amabiliter & liberaliter palam, tum convenienti disciplina secreto prudenter instituit. MILITUM *vero animos in hoc multum attrahit, quod antiqua beneficia parentum* NEMINI POSTERORUM AUFERRI SUSTINUIT — *Reversus rex de* RIBUARIIS *ad* SAXONIAM *venit, ibi* LEGEM CRUDELISSIMAM SAXONUM *secundum voluntatem eorum constanti autoritate roboravit. Deinde a* BARBARIS, QUI SAXONIAM ATTINGUNT, *tributa exigens, omne debitum fiscale recepit. Inde* BOJOARIAM, *& Orientalem* FRANCIAM *pertransiens ad* ALEMANNIAM *pervenit. Quo transitu regna pacis fœdere & regia tuitione firmissime cingebat.* Vides hic iterum recenseri *5. populos* ex quibus regnum consistebat: *Ribuarios* seu *Francos supra Rhenum, Saxones, Bojos, Francos Orientales, Alemannos. Barbari qui Saxoniam attingunt*, hoc loco iidem sunt, quos in loco antea descripto vocaverat *Sclavos Saxonibus adjacentes*, qui adeo ut ad illum locum modo notavimus, tanquam *barbari & tributarii* inter cives & subditos regni Germanici non sunt numerandi.

§. X.

Sunt & alia in loco ultimo observanda. Dicitur ibi, quod rex Conradus in comitiis Aquisgrani habitis *rempublicam ordinaverit.* Sed dum alia quædam in encomium

Annotata ad Wippo-nis caput de itinere Regis per regna.

mium ejus admiſcendo, poſtmodum addit, quod *non permiſerit, beneficia militaria auferri poſteris*, quilibet contextum verborum adſpiciens putabit, ac ſi Conradus ex gratia permiſerit ſaltem in illis comitiis, ut beneficia parentum tranſirent ad liberos, cum alias illis temporibus beneficia nequidem ad filios tranſiiſſent, neque adeo ſuſpicabitur, ac ſi hic Wippo de lege feudali lata loquatur, multo minus, quod iſte fuerit legis illius feudalis ſenſus, ut, cum antea ſoli filii ſuccederent, non nepotes, nec fratres etiam ultimorum poſſeſſorum, jam per hanc legem & nepotes & fratres debeant admitti. Et tamen Wipponem hunc ſenſum in mente habuiſſe probavimus *diſſert. præced. §. 27. & 28.* Sed boni hiſtorici & imo omnis eruditi prudentis artificium eſt, ut non ſolum verba ejus hunc ſenſum quem in mente habuit, admittant, ſed etiam, ut non admittant alium, tantum abeſt, ut alium magis admittant primo intuitu, & ut opus ſit conjecturis aliunde quæſitis ad verum ſenſum eliciendum. Similiter Wippo dum mentionem facit *legis crudeliſſimæ Saxonum*, quam Conradus confirmaverit, ſaltem pauciſſimis verbis potuiſſet diſtinctius exponere, quid per legem illam crudeliſſimam Saxonum intelligat. Nunc cum id non fecerit, occaſionem dedit interpretibus litigandi, ut alii capitularia

Digitized by Google

antiqua Saxonum, quæ Carolus M. confirmavit, alii judicia occulta in Weſtphalia, alii ni fallor ſpeculum Saxonicum, quaſi id jam tempore Conradi Salici extiterit, vel quid ſimile, per illam legem crudeliſſimam interpretati fuerint, ac in ipſa etiam crudelitatis nota exponenda diſſenſerint.

§. XI.

Idem Wippo *in capite de diſpoſitione curiali* his verbis caput incipit: *De fidelitate facta regni minus neceſſarium dicere puto, frequenti uſu teſte, quod omnes* EPISCOPI, DUCES, *& reliqui* PRINCIPES, MILITES PRIMI, MILITES GREGARII, *quin* INGENUI *omnes, ſi alicujus momenti ſint, regibus fidem faciant. Huic tamen ſincerius & libentius jurando omnes ſubjiciebantur, ſimiliter in diſpoſitione* CURIALI, *quem Rex* MAJOREM DOMUS *ſtatueret,* QUOS CUBICULARIORUM MAGISTROS, *quos* INFERTORES, *&* PINCERNAS *&* RELIQUOS OFFICIARIOS *ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum, cum illud breviter dicere poſſim, quod nullius anteceſſoris ſui miniſteria aptius & honorificentius proviſa memini vel legi.*

Excerpta ex capite de diſpoſitione curiali.

§. XII.

Habes hic iterum exemplum inſigne quam ſuperficiarie clerici ſoliti fuerint in hiſtoriis ſuis ea recenſere, quæ ad noſcendum ſtatum politicum ſuorum temporum faciunt, non recordati videlicet,

Varia monita ex illo loco de ſex vel ſeptem clypeis militaribus.

O quod

quod hiſtoriæ ſcribantur in uſum poſteritatis, adeoque hiſtoricus non debeat omittere recenſionem circumſtantiarum, etſi ſuo tempore notoriarum, quia ex deſinunt eſſe notoriæ in ſeculis ſubſequentibus. Unde non ſufficit, ſi lectorem remittant ad, *uſum conſuetum* ſuorum temporum, aut ſi commendent *ordinationem curiæ regiæ* in genere a prudentia, & ſplendore ut Wippo hic fecit. Si Wippo pauciſſimis verbis explicuiſſet, quid intelligeret per *reliquos principes*, tum per *milites primos*, item per *milites gregarios*, haberemus in hoc loco explicationem illorum ſex clypeorum, quorum fit mentio in libro noſtro vetuſto, & in jure feudali Saxonico & Alemannico: Nam ut conſtat, *primum* clypeum eſſe regis, ita ad *ſecundum* pertinent epiſcopi, ad *tertium* Duces, ad *quartum* reliqui principes, ad *quintum* milites primi, ad *ſextum* milites gregarii. Sed cum explicatio debita memoratorum terminorum fuerit omiſſa, iſta applicatio parum illuſtrabit illam doctrinam ſex clypeorum, quæ tamen videtur ad fundamenta notitiæ ſtatus publici illorum temporum pertinere. Interim tamen, uti ex hoc loco ſufficienter probatur in Germania inferiore beneficia feudalia jam his temporibus, & adeo diu ante Friderici I. tempora fuiſſe cognita, ita, quod diſerte Wippo *ingenuorum* meminit,

Digitized by Google

minit, illustrat differentiam militiæ selectæ veteris a militia hodierna, & docet simul, quod nec *rustici* tanquam servi vel *homines proprii*, nec *cives urbani* tanquam *liberti*, jus militandi habuerint, unde in jure feudali Saxonico & Alemannico dubitatur, an *septimus* clypeus, qui videtur fuisse eorum, qui *urbana beneficia* possederunt, utantur jure beneficiario, ut infra distinctius explicabitur.

§. XIII.

Similiter, quod *beneficia aulica* attinet, & officiales aulæ, magnam lucem notitiæ regni accendisset Wippo, si verbis pauciss*i*mis, *& reliqua officia* nominasset, & Principum etiam nomina, quibus officia illa a Conrado rege data fuerint apposuisset. Jam vero obscuritatem parit, dum *majorem domus* ut *unam* personam memorat, de reliquis vero in *plurali* loquitur, figurato, ut credo, magis sermone, quam historico. Uti enim arbitror & in Conradi Salici aula *unum* fuisse *cubiculariorum magistrum*, ita eadem est ratio *infertorum*, *pincernarum* &c. Et cum habeamus hic quidem *majorem domus*, (seu stilo subsequentium temporum *palatii comitem*) *cubicularium*, sive *camerarium*, *infertorem*, seu *dapiferum*, *pincernam* item, omisit tamen nominare *marscalcum* item *mansionarium*, *venatorem*, *falconarium* (*vide præced. dissert.* §. *43.*) ita ut nescias quinam

Item de beneficiis aulicis.

ex hiſce ſub voce *reliquorum officialium* comprehendantur. Similiter ſi nomina Principum appoſuiſſet, magna lux fuiſſet accenſa reſolvendæ quæſtioni, quæ hodienum agitatur inter viros celeberrimos: Utrum jam illis temporibus officia illa aulica fuerint hereditaria, ita ut ex quinque ſupra memoratorum populorum ducibus, cum unus ex illis quinque in regem fuerit electus, quatuor reliqui officia aulica camerariatus, dapiferatus, pincernatus, & Mareſchallatus conſtanter ſuſtinuerint, donec regnum ad alterius populi Ducem transferretur; an vero quatuor illa officia a regibus novis pro lubitu inter quatuor illos duces fuerint diſtributa.

§. XIV.

Monita circa diplomata & chartas antiquitatum Germanicarum, earumque uſum.

Pergo ad diplomata. (*vid. ſupra §. IV.*) Etiam circa hæc dolendum, quod plurima quidem habeamus, quæ pertinent ad eccleſiaſticum ſtatum cognoſcendum, (vide e. g. *libros tres antiquitatum Fuldenſium*) ſed pauciſſima de iis, quæ ſpectant ad ſtatum politicum. Unde vix poſſibile eſt, ut ex tam paucis diplomatibus poſſint formari regulæ perſpicuæ, quarum magnus ſit uſus in diſtincte concipienda notitia ſtatus publici, inprimis cum ipſa contenta diplomatum ſæpius ſint ambigua, & obſcura, ut ad genuinam earum mentem eruendam jam præſupponatur perfectior notitia ſtatus illorum temporum; quam

ut

ut lux ad comparandam talem notitiam ex ejusmodi diplomatibus possit accendi. Unde cum sæpe videamus viros, antiquitatum Germaniæ peritissimos fuisse lapsos, facile prævideri potest, quid sperandum sit de illis, qui illotis, quod ajunt manibus diplomata ejusmodi tractant, & anilium fabularum præjudicia, & præconceptos errores gravissimos per diplomata probare satagunt, similes illis, qui, dum vix per mensem linguæ peregrinæ addiscendæ operam dederunt, autores difficillimos exponere conantur; vel comparandi etiam cum glossatoribus speculi Saxonici, qui legum romanarum aut juris canonici tradita ubique putant se invenire in moribus patriæ, adeoque commentationibus suis magis eosdem corrumpunt, & obscuriores reddunt, quam ut genuino modo explicent.

§. XV.

Uti vero istud hominum genus hoc præcedentium temporum, sive nostri seculi, fato suo relinquimus, ita ea quæ de hallucinationibus virorum celeberrimorum diximus, unico saltem exemplo illustrabimus. Si quisquam nostris temporibus de juris germanici prudentia immortaliter meritus est, certe is Schilterus fuit. Hic vero *in commentario ad jus Alemannicum ejusque capit. 136.* explicare vult naturam feudi castrensis, de quo loquitur *d. cap. 136.*

Exemplum utilitatis horum monitorum ex doctrina Schilteri de feudo castrensi.

Digitized by Google

Ubi poſtquam recte quidem aſſeruerat, feudum caſtri differre a feudo caſtrenſi, in definiendo tamen feudo caſtrenſi ejusque proprietatibus ac differentiis a feudo recto exponendis multa poſuit, & ex diplomatibus & chartis antiquiſſimis probare conatus eſt, quæ tamen re penitius inſpecta valde dubia ſunt & parum cohærere cum aliis doctrinis videntur. Ita obſcurius eſt, dum definit *feudum caſtrenſe, quo quis non de ipſo caſtro cuſtodiendo inveſtitur, ſed de re alia aliqua vel immobili, vel quantitate & annua præſtatione, ut caſtrum certum defendat.* Videtur equidem id intendere, ut ubi aliquis de ipſo caſtro inveſtitur, quod defendi debet contra hoſtes, id ſit feudum caſtri, ubi vero de re immobili alia vel ſalario, ut caſtrum defendat, id ſit feudum caſtrenſe. Sed initio hic officium vaſalli, cui caſtrum in feudum datur nimis arctaſſe videtur. Neque enim id in ſola caſtri cuſtodia aut defenſione contra hoſtes caſtrum oppugnantes conſiſtit, ſed ſi feudum rectum eſt ut Schilterus dicit, etiam tenentur regi ad ſervitia militaria in caſtris vel campis, zu Feld- und Heer-Zügen. Feudum vero caſtrenſe datur ſaltem ad defendendum caſtrum in caſtro: quia burgarii, ſeu cives urbani non poterant militare extra caſtrum, in Feld-Zügen, tanquam liberti vel orti ex libertis. Ad militiam enim in

in exercitu requirebantur ſoli ingenui. (*vide in §. 12. in fine.*) Deinde videtur miſcuiſſe feudum ſoldatæ cum feudo caſtrenſi ſeu urbano, ein Soldlehen, und Burglehn oder Bürgerlehen, cum tamen hæc tria valde videantur differre. Ita feudum urbanum primis temporibus regulariter videtur conſtitiſſe ſaltem in re immobili. Ubi vero annua penſio data, ibi videtur eſſe ſpecies feudi ſoldatæ. Porro recte quidem notat ex textu juris feudalis, quoad feudum urbanum, quod ſubinfeudatio in eo non habeat locum: ſed rationem non addit, quæ veroſimillime in eo conſiſtit, quod ſubinfeudatio regulariter facta fuerit olim in inferiorem clypeum. At clypeus urbanus erat clypeus *ſeptimus* & ultimus, qui ſub ſe non habebat alium. Tum deceptus videtur fuiſſe etiam Schilterus, dum ex chartis quibusdam antiquiſſimis vult doctrinam de feudo urbano illuſtrare, cum tamen ex loquantur de feudo Caſtellaniæ, quod tamen vel ſpecies eſt feudi ſoldatæ ſecundum ſtilum juris Longobardici, vel certe a feudo urbano diverſiſſimum. Ulterius ex alia charta, quæ loquitur de feudo urbano cum conſenſu domini alii conceſſo ſub cenſu perpetuo, (das fürbas verliehen worden um einen ewigen Zinß,) probare vult Schilterus quod ſubinfeudari poſſint feu-

da urbana interveniente oppignoratione. Sed hic triplex error videtur latere. 1.) ista charta nihil amplius probat, quam quod feuda urbana, cum consensu domini, possint alii in censum (vel stilo juris Romani, emphyteusin) dari, ita tamen, ut is, qui bonum hoc censuale accipit, id recognoscat ab ipso domino primo. 2.) Charta non loquitur de oppignoratione sed de censu perpetuo. Oppignorationis enim Germanicæ natura in eo consistit, in quo consistebat venditio Romanorum cum pacto de retrovendendo, ut non ita pridem *peculiari dissertatione* probavimus. 3.) Etiam ut ex communibus doctrinis feudalibus notum est, insignis est differentia inter feudi oppignorationem & subinfeudationem, nec credo dari posse speciem ex utraque mixtam &c.

§. XVI.

Monita circa speculum Saxonicum & Suevicum & prioris glossas.

Collectiones consuetudinum & morum Germanicorum a seculo 10. ad tempora Maximiliani hactenus nullas habuimus, quam quæ communiter sub nomine speculi Saxonici & Suevici citari solent, de quibus actum fuit superius *in selectis capitibus Historiæ Juris Feudalis* §. 41. *seq. p.* 56. *seq. & in Historia Juris Romani & Germanici* §. 101. *seq.* ubi & de earum nævis dictum. Quamvis difficultas intelligendi collectiones illas aucta fuerit magnopere, per glossæ tam latinæ, quam Germanicæ diffi-

difficiles nugas, & ineptias enormes, quibus omnem plane sensum & interpretationem consuetudinum illarum corrupit, dum contortissimis explicationibus mores Germanicos ex jure Romano & ejus glossatoribus (jam intuitu juris Romani satis ineptientibus) exponere voluit. Ut adeo non opus sit prolixe monere, quod collectiones hæ non possint intelligi, sine notitia antiquitatum Germanicarum, quodque hanc notitiam ipsarum collectionum lectio non pariat, sed saltem adjuvet, & præsupponat. Multo minus opus erit, exemplum damni ex neglecto hoc monito orti dare, cum glossæ speculi Saxonici in singulis paginis talia infinita suppeditent.

§. XVII.

His non obstantibus, Historicos antiquitatum Germanicarum, item diplomata & collectiones consuetudinum esse res magni & necessarii usus.

Quamvis autem ea, quæ hactenus de exiguo usu historicorum Germanicorum, diplomatum & chartarum, & collectionum jurium & consuetudinum Germaniæ in comparanda notitia status a seculo 10. ad 16. usque, disseruimus, revera ita se habeant; ex altera tamen parte cavendum est, ne propterea studium hujus notitiæ plane negligamus, aut subsidia illa contemnamus & abjiciamus. Non confundendæ sunt res usus exigui cum inutilibus rebus. Sæpe quidem usus exiguus prædicatur de rebus non magni momenti, sed sæpe etiam in rebus magni momenti media ad res illas comparandas ita comparata sunt,

ut ſola exiguam utilitatem afferant, maximam vero ſi induſtria iis accedat, adeoque ſimul ſunt uſus valde neceſſarii, quatenus ſine iis ſola induſtria nihil vel parum producere poteſt. Ita pyrites, chalybs, fomes exiguum quidem uſum præbent ad illuminandum conclave, ſi deſit copia rerum ad accendendum lumen neceſſarium. Sed permagnum utique & quo carere non poſſis, ubi copia rerum adſit. Ita quoque hiſtorici Germanici, diplomata, collectiones conſuetudinum exigui uſus ſunt, ſi ea uſurpare velit ingenium vagabundum, judicio carens, præcipitanter laborans, pertinax, impudens; At ſi accedat ingenium conſiſtens, judicio præditum, circumſpectum, rationibus flexile, & modeſtum; maximopere ob uſum æſtimandæ, & pro theſauris habendæ ſunt, cum ſine illis nullo modo ex tenebris illorum temporum evadere poſſimus.

§. XVIII.

Varia genera neglectarum hactenus antiquitatum Germanicarū a JCtis.

Unde merito dolendum eſt, quod jurisprudentia Germanica qua publica, qua privata, hactenus etiam poſt reformationem & poſt tam diuturnam culturam ingeniorum per ſtudia humaniora, eo morbo adhuc laboret, ut JCti plerique nauſeent antiquitates patriæ, & toti quantiquanti ſint, Juri Romano & Canonico aut feudali Longobardico, ejusque gloſſatoribus, aut illi qui ultra ſapere volunt, ſolis anti-

Digitized by Google

antiquitatibus Romanis ſint immerſi, ac ita hiſtorias Germaniæ, diplomata ac chartas, & collectiones conſuetudinum & jurium alto ſupercilio deſpiciant. Sed uti omnium morborum in corpore humano, ita & hujus morbi jurisprudentiæ vel potius JCtorum ſunt plurimæ cauſæ hic tamen non expediendæ. Sunt & plura morborum genera. Alii enim, ut diximus omnem antiquitatem Germanicam fugiunt. Alii hiſtoriis & diplomatibus Germanicis nimis dediti ſunt, ſed ex nimio amore juris quod in academiis didicerunt, collectiones ſpeculi Suevici & Saxonici inſulſe vident, & ratiunculis, quarum imbecillitatem vel tonſores caperent, impugnant; vel certe, ſi non aperte contemnant aut calumnientur, ſaltem ipſo facto teſtantur quod eas ſecure negligant, tanquam res plane inutiles, & majorem putent eſſe uſum juris civilis, canonici & feudalis, etiam in illis controverſiis, quæ tamen ſine ſubſidiis puris patriis nullo modo definiri poſſunt, aut ſi etiam utcunque definiantur, definitiones tamen ita ſint aptæ, ut nemini cordatiorum perſuadeant, ſed principiis lubricis, aut evidenter falſis nixæ ſint. Ut taceam controverſias quæ nonniſi ex hiſtoria vel moribus definiri poſſunt, ita ut leges vel Juſtinianeæ, vel Papales, vel Longobardicæ evidenter nihil ſubſidii afferant ad reſolutionem quæſtionum. §. XIX.

Digitized by Google

§. XIX.

Hujus neglectus exempla in definiendo ſtatu Reip. Germaniæ ſub Conrado primo.

Ita Monzambanus, etſi vir ex primis & præcipuis, qui antiquitates Germanicas excoluerant, dum in originem ſuperioritatis territorialis inquirit, eam poſt extinctam familiam Carolinam a feudis novo electo Regi a reliquis Ducibus, oblatis derivat. Inſinuavit ſe illa hypotheſis multis modis docentium animis, eamque ipſi adverſus objectiones commentatorum in diſſertatione Lipſienſi de feudis oblatis defendere ſuſtinuimus, quam doctrinam repetiimus in notis ad Monzambanum. Hic conſtat, ad examinandam hanc ſententiam jus Juſtinianeum, Canonicum, Longobardicum ne umbram quidem rationum afferre poſſe: ſed ſolum ex hiſtoricis Germaniæ & notitia ſtatus in ſeculo decimo rem definiri debere. Hos autem, quam primum non amplius alienis ſed propriis oculis inſpeximus, veritas rerum geſtarum nos coëgit, ut evidentiſſime convicti fuerimus, fabulas eſſe, quæ de abſoluta Ducum poteſtate, & feudis oblatis ſub Conrado I. & ſucceſſoribus, antea crediderimus. Neque enim ſufficit, extincta familia Carolina quinque illos Germaniæ populos, quos ſupra §. 9. commemoravimus, fuiſſe in eo ſtatu poſitos, ut potuerint Regi noviter electo leges imperandi præſcribere, ejusque poteſtatem pactis minuere, ſed quærendum eſt quid factum

factum fuerit. Si enim in quadam republica rege primitus electo, censetur in dubio summa & absoluta potestas esse translata, si populus eligens pactis adjectis reliquias quasdam pristinæ potestatis non conservet, multo magis id præsumendum est, si familia regia extincta alius Rex iterum eligatur, cum omnis societas censeatur manere in pristino statu, nisi mutatio probetur. Eorum enim opinio, qui differentiam inter absolutam & restrictam Regis potestatem in differentia regni successivi & electivi quærunt, jam diu a cordatioribus politicis est refutata. At factum illud & quod post extinctam familiam Carolinam principes imperii Conradum I. aut Henricum Aucupem eligentes pactis adjectis, potestatem Regum noviter electorum limitaverint, aut superioritatis cujusdam territorialis regalia quædam sibi expresse reservaverint, de eo omnes historici tacent. Nec sufficit per dicta, eam reservationem quod facta fuerit, sibi imaginari, quia fieri potuerit, sed quamdiu eadem non probatur, probabitur autem ad calendas græcas, merito de illa assertione jure optimo maximo, nemo nisi totus mundus, dubitabit. Scio equidem in electione Conradi I. Henrici Aucupis, Ottonis I. &c. non omnes populorum quinque duces fuisse unanimes, sed opus habuisse istos reges Germaniæ noviter electos, refracta-

fractarios quosdam Principes armis ſubigere, ac Bavaros præcipue colla novis regibus ſubjicere noluiſſe. Non etiam examinandi hic locus eſt juſtitiam bellorum ex parte Regum, jura priſtina ſibi vindicantium, quamvis non deſtituamur rationibus utique pluribus, & ut molliter loquar, ſaltem æqualis ponderis, quam quæ pro defendendis principibus reſiſtentibus adduci poſſunt. Sufficit, quod id negari nequeat, victos fuiſſe principes refractarios a regibus Germaniæ, eosque partim eo adactos, ut renunciatione expreſſa prætenſæ libertatis colla ſubmitterent, partim ut majeſtatem Regum tacita ſubjectione venerarentur. Uti enim omnis belli, etiam civilis finis pax eſt, a ſtatu vero belli ad ſtatum pacificum per pacta pacis fit tranſitus, ita videant illi, qui poſt illa pacis inſtrumenta, tamen Reges iſtos Germaniæ de vi injuſta ac tantum non tyrannide accuſant, ne vim & efficaciam omnem tollant inſtrumento pacis Weſtphalico, & ſic fundamenta præcipua ſtatus hodierni omnino labefactent. Si enim ſtatibus liceret ſe ab obligatione pactorum cum Cæſare liberare, ſub prætextu, quod victoria aut vis bellica pactis ejusmodi occaſionem dederit; ſane Cæſaris conditio non poteſt eſſe deterior ſtatibus, cum paciſcentium jura ſint æqualia. Sed demus etiam, Conradi I, Henrici Auçupis & ejus poſterorum

Digitized by Google

rorum electionem non fuisse unanimem, atque etiam Henrici Claudi electionem iisdem dubiis subjectam fuisse; demus etiam illum quorundam principum dissensum sub hisce imperatoribus ansam quandam suppeditare dubitandi de jure potestatis absolutæ regum Germaniæ in seculo decimo; cujus tamen contrarium hactenus sufficienter fuit demonstratum, Wippo tamen & ea quæ ex Wippone supra excerpsimus omnia talia dubia tollit, & firmiter persuadet, omnem potestatem regiam unanimi quinque populorum regni Germanici consensu absque ulla reservatione liberrima fuisse in Conradum II. translatam.

§. XX.

Quæ hactenus paulo fusius adduximus non eum in finem allata sunt, ut cum quoquam de re luce meridiana clariore & a Dn. Gundlingio nostro *in doctissima dissertatione de statu reipublicæ germanicæ sub Conrado I.* plus quam mathematice demonstrata litigare, aut in arenam descendere velimus. Facile enim pati possumus, ut quilibet sensu suo abundet, & vel ex philosophia rationali jamdiu didicimus, de gustibus non esse disputandum. Voluimus saltem rationem reddere, cur a sententia pristina recesserimus meliora edocti. Non possumus tamen non hac occasione monere, quod duo potis-

(Digressio de cavenda adulatione & Imperatoris & statuum imperii.)

Digitized by Google

potiſſimum extrema vitanda ſint ingenuo juris publici germanici doctori, unum, ne in perpetua & proh dolor! nondum extincta æmulatione inter caput reipubl. germanicæ & membrum, vel imperatori vel ſtatibus aduletur. Non permittere facile ſolet imperator, ut doctores academiarum in ſuis territoriis quicquam doceant, quod vel tantillum prærogativæ & eminentiæ capitis præ membris, detrahere poſſit. Sed principum imperii tanta eſt benignitas & clementia, ut in ſinu ſuo ſæpe foveant, & ſalariis publicis ſuſtentent doctores, qui gratiæ cæſareæ auram doctrinis abjecto omni pudore adulantibus captant, & de principibus imperii, ac nutriciis ſuis ſe egregie eſſe meritos arbitrentur, ſi neſcio quam & cujus LIBERTATIS umbram, loco ſuperioritatis territorialis, tot imperii legibus ſtabilitæ quaſi ex gratia ex bene placito relinquant. Sed his quidem adulatoribus audacia illa non eſt vertenda vitio, cum licentiam decipiendi principes ſuos variis artibus & occaſionibus ipſi obtinuerint, & cum adulationis ejusmodi etſi craſſioris, & pudorem cuilibet etiam minime modeſto excutientis, præmium iſtud propoſitum eſſe agnoſcant, quod imperator Juſtinianus cupidæ legum juventuti propoſuit, ut ſcilicet *ſpes ipſos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto poſſe etiam*

Digitized by Google

iam rempublicam in partibus ejus ipsis credendis, gubernari. Sed propterea tamen doctores, qui sub principibus imperii vivunt, non habent opus, ut ad defendendam superioritatem statuum adversus ejusmodi viros, par pari referant, & ex paradoxis ac nunquam probandis hypothesibus jura statuum defendant, præprimis cum propiora & indubia fundamenta adsint, quibus uno quasi impetu adulationes illorum hominum destrui & in pulverem redigi possunt, ut siculneis & stramineis argumentis plane non indigeamus. Sed jam ex diverticulo in viam recedamus, continuaturi exempla controversiarum, absque subsidio antiquitatum germanicarum nequaquam definiendarum.

§. XXI.

Item in definienda advocatia urbium Germanicarum.

Ita plus una vice in ipsis rerum argumentis quæstio ventilata fuit de advocatia urbium a principibus oppignorata civibus urbicis, & postea restituto pretio redempta, an jurisdictio omnis tam criminalis quam civilis, seu potius superior & inferior sub advocatia comprehendatur, & pro qua parte stet præsumtio, aut quæ onus probandi assertionem suam in se suscipere debeat. Hic sane constat, quæstionem hanc minime vel ex jure Longobardico vel ex Justinianeo & Canonico definiri posse. At si mores & consuetudines Germaniæ, si speculum Saxonicum & Suevi-

cum consulas, res plana est, præsumtionem esse pro principibus redimentibus. Non opus est, ut hoc loco assertum prolixius demonstretur, cum id alibi abunde factum fuerit, *in dissertatione, de jurisdictionis & magistratuum differentia secundum mores Germanorum.*

§. XXII.

Porro in quæstione de perpetuitate debitorum pecuniariorum.

Similiter quæsitum esse memini, an princeps imperii debitum pecuniarium, cujus chirographus extat, ante aliquot secula ab alio statu imperii contractum repetere possit, non obstante præscriptionis exceptione. Hic si Jus Justinianeum consulas, aut canonicum, possunt equidem pro affirmativa sententia adduci varia fundamenta, sed lubrica valde & maxime imbecillia. At si principia juris germanici consulas, sive per ea intelligas principia juris naturæ & gentium, ut ex quibus controversiæ principum inter se etiam hodie magis, quam ex utroque jure, cujus doctores in academiis creamus, definiendæ sunt, aut etiam principia consuetudinum germanicarum in utroque speculo contentarum, res iterum evidens est, perpetua esse ejusmodi debita, nec ullam præscriptionis exceptionem metuendam esse, quod iterum peculiari dissertatione *de perpetuitate debitorum pecuniariorum*, ad oculum demonstravimus.

§. XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII.

Denique dubium occasione quæstionis præcedentis ortum esse recordor: qualis fuerit ante receptum jus Justinianeum in Germania successio in rebus allodialibus, utrum nimirum jus succedendi etiam fœminis competierit, an vero ad solos masculos pertinuerit? Sane & hæc quæstio nec ex jure Longobardico nec Canonico, nec Justinianeo definiri poterit. Sed consultus ea de re respondi, non solum jure gentium successionem masculis competere præ fœminis: ut jam alii observarunt, Rodinus *de rep. lib. 5. c. 2. p. m. 835. seq.* Dn. Strykius *de succes. ab intest. dissert. 8. c. 11. §. 14. seq.* Consil. Marpurg. *Vol. 2. cons. 29. n. 36.* Dn. Schilter. *exerc. ad Pand. 41. th. 55. seq.* & præ reliquis Jacobus Orloshausen *in illustri responso juris: An fœminæ ab eisque descendentes in successionibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Comitatuum &c. ab intestato provenientium extantibus masculis jure excludantur, & masculi soli, eorumque descendentes admittantur*, quod Spiræ prodiit anno 1606. *in præludio n. 29. seq.* sed & idem obtinuisse antiquissimis moribus Germaniæ perpetuo continuatis, ut docent lex Salica *tit. 62. de alodibus*, lex Ripuariorum *tit. 56. de alodibus*, lex antiqua Saxonum *tit. 7. de heredibus & viduis*, lex Angliorum & Werinorum *tit. 6. de alodibus.* Spec. Saxon. *lib. 1.*

Deniq; in quæstione de successione antiqua solorum masculorum in hereditate allodiorum.

art. 17. Adeoque olim jure germanico ea fuit in ſucceſſionibus rerum allodialium & feudalium differentia, ut regulariter in allodialibus ſuccederent fœminæ deficientibus maſculis, a ſucceſſione beneficiorum vero plane excluderentur, niſi ubi moribus & conſuetudinibus ſpecialibus & in feudis harum ſucceſſio fuerit recepta, quæ tamen & tum communiter variis limitationibus fuit reſtricta. Quare ad vigilantium ſuavia ſomnia referendum eſſet, ſi quis ſibi & aliis perſuadere vellet, ac ſi antiquiſſimis etiam temporibus in Germania, feuda regulariter fœminea fuiſſent.

§. XXIV.

Inconvenies allegatio juris feudalis Longobardici & ejus gloſſatorum in controverſiis feudorum Germaniæ.

Id tamen nullum eſt dubium, feudorum Germanicorum & Longobardicorum tantam eſſe differentiam, ut, etiamſi, ut in hiſtoria juris feudalis demonſtravimus, a Francis beneficiale jus ſit in Longobardiam translatum, inconvenienter tamen conſuetudines Longobardicæ feudales in definiendis controverſiis feudalibus allegentur, quamdiu quæſtiones controverſæ ex jure feudali Germanico definiri poſſunt. Et cum Schilterus id argumentum in toto commentario ad Jus feudale Alemannicum pleniſſime tractaverit, non opus eſt, ut nos diutius in ejus probatione detineamus. Quod ſi vero ipſum jus feudale Longobardicum a definitione controverſiarum feudalium ſit alienum, faci-

Digitized by Google

facile patet, quid sentiendum sit de glossatoribus & commentatoribus feudalibus, & quam bene horum autoritas in ejusmodi quæstionibus definiendis tantum non sola adhiberi soleat, neglecto omni studio antiquitatum feudalium germanicarum.

§. XXV.

Unde frustra pro defendendo errore communi provocabis ad encomia insignia, quibus ipsi feudistæ se invicem insignire solent. Sit ita: Audiant Matthæus de Afflictis, Jacobus Alvarottus, Jacobus ab Andizone, Jacobinus de S. Georgio, Gabriel de Bellis, Jacobus de Belviso, Petrus de Bella Pertica, Johannes Baptista Caccialupus, Martinus de Cratis, Nicolaus Intrigliolus, aliique plures, illustrissimi, & magnifici, & incomparabiles, & juris utriusque, imo & feudalis monarchæ; imo audiat Andreas de Isernia, quem primo loco nominare debebamus, magnus feudista, pater feudorum, audiat plane auriga feudistarum: comparet cum Jason cum Pythagora, & illud ἀυτὸς ἔφα ad hunc Andream applicet, (*vide* Panciroll. *de claris legum interpretibus* Mauritium *in nomenclatore scriptorum in jura feudalia*) quis invidebit? Convertant hos omnes in succum & sanguinem, qui ejusmodi ferculis delectantur, per nos licebit. Similes quærunt

Non obstantibus encomiis & titulis, quibus glossatores a sui similibus insigniri solent.

Digitized by Google

labra lactucas. Fuerunt omnes hi viri boni, diligentissimi in jure Longobardico explicando; attulerunt etiam ad hoc studium tria primaria requisita JCtorum perfectorum, puta auream crumenam, plumbeos nates, & quod præcipuum est, ferreum omnino caput. Nec ipsis vitio vertendum est, quod non melius scripserint, & cum majore judicio. Hoc vitium non ipsorum est, sed barbariei temporum adscribendum, quod laboraverint ignorantia historiarum, doctrinæ moralis, & prudentiæ civilis, sine quarum subsidio jurisprudentia omnis larvata est; & cum in usum Italiæ scripserint, quis curam antiquitatum Germanicarum ab ipsis requireret, etiamsi hodienum scriberent.

§. XXVI.

Neque eorũ magnus usus est hodie in expositione juris Longobardici, cum præstent labores Vultejî, Schraderi, Rosenthalii.

Non tamen est nostra intentio, quod velimus consuetudines Longobardicas earumque studium, & evolutionem etiam commentariorum in jus Longobardicum negligi a studiosis juris. Nam probe scimus ex antiquis academiarum etiam in Germania fundationibus injunctum esse professoribus juris, ut etiam consuetudines feudales Longobardicas explicent. Sed propterea tamen non necessarium est ad intelligendos libros feudorum evolvere glossatores antiquos, Italos & morum Germanicorum plane ignaros, aut eorum lucubrationibus & voluminibus magna biblio-

bibliothecarum ſpatia replere, quæ melioribus autoribus locum dare poterant. Quicquid boni ab iis dictum fuit, imo etiam quicquid erronei fuerit allatum, id jam a duobus vel tribus JCtis Germanis in compendio partim, partim etiam fuſius exhibetur. Ipſe doctiſſimus Mauritius *in Nomenclatore ſcriptorum in jura feudalia*, ex autoribus ſyſtematum tres potiſſimum commendat *Hermannum Vultejum*, *Ludolphum Schraderum*, & *Henricum a Roſenthal*, eosque inter ſe ita comparat, ut primas partes Vultejo, ſecundas Schradero, tertias Roſenthalio tribuat, quanquam de rationibus comparationis forte quædam moveri poſſent dubia. Etſi enim in Camera præcipua Vulteji in cauſis feudalibus ſoleat haberi ratio, etſi Vultejus pariter ac Schraderus in academiis diu jura profeſſi fuerint, cum Roſenthalius nullam unquam cathedram nactus fuerit, neſcio tamen an hæ rationes ſolæ perſuaſuræ ſint cordatioribus, Roſenthalii judicium & eruditionem propterea non æqualem eſſe reliquorum duorum eruditioni, aut Vultejum eo intuitu etiam Schraderum ſuperare. Sed cum ea de materia prolixius diſſerere ſit res parum amœna & vix expers periculi, de ea merito abſtrahimus, & curioſos lectores, qui divinare velint, quæ ſint de hac comparatione cogitationes noſtræ, remittimus ad diſcurſus affines in diſſerta-

tionibus noſtris *de quaſi emancipatione Germanorum, & de juris dictionis & magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanorum*, item in *delineatione hiſtoriæ juris Romani & Germanici §. 164. ſeq.*

§. XXVII.

Aliorumq; virorum celeberrimorum.

Quod ſi commentarium in ſingula juris feudalis Longobardici capitula deſideres, vel unius *Caſparis Bitſchii* eruditiſſimum opus ita lectorem ſatiabit, ut facile carere poſſit commentariis gloſſatorum, aut ſi aliquid ei deeſſe forte videatur, defectum hunc ſupplebit viri dum viveret, perilluſtris *Joh. Friderici Rhetii* tractatus, etſi non abſolutus, ubique tamen judicium ac eruditionem tam intuitu theoriæ, quam praxeos abunde ſpirans, ut taceam compendia *Ludwelli, Struvii, Strykii, Coceeji, Schilteri*, virorum de jurisprudentia feudali immortaliter meritorum, & laudes noſtras ſuperantium, quæ hactenus cum magno fructu in academiis ad notitiam juris feudalis Longobardici juventuti fuere expoſita.

§. XXVIII.

Nec fontes juris feudalis præbent gloſſatores, ſed lacunas.

Sed, ais, dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ. Rivos hic video, ſapientiæ feudalis, ex fontibus illorum antiquorum juris feudalis monarcharum, evangeliſtarum, ac aurigarum derivatos. Imo inquam ego, abſit, ut illuſtribus illis nominibus hanc faciamus injuriam, ut eorum doctrinam

Digitized by Google

nam pro rivulis habeamus hauſtam ex lacunis gloſſatorum. Lacunæ enim ſunt ſcripta gloſſatorum, non fontes, quamvis ut jam ſupra dixi vitio magis ſeculi, quam proprio. Leges ipſæ feudales fontes ſunt, has dum accuratius longe explicant commentatores Germani hodierni, & ad fontes viam monſtrant, utrobique limpida jurisprudentiæ feudalis aqua haurienda exhibetur cupidæ legum juventuti.

§. XXIX.

Cæterum ipſæ conſuetudines Longobardicæ fontium quidem inſtar habentur, ſed intuitu juris Longobardici ſaltem. Habet Germania alios & magis primarios fontes, poſtquam in hiſtoria juris feudalis demonſtratum eſt, feuda Germaniæ longe antiquiora eſſe feudis Longobardicis, & collectiones juris feudalis germanici etiam antiquiores eſſe collectionibus Longobardicis. Ergo hoc dolemus, quod JCti Germani aliarumque gentium Europæarum jus feudale patrium tantum non ex ſolo jure feudali Longobardico in controverſiis forenſibus definire intendant, & jura patria vel plane negligant, vel ſaltem ut concluſiones juris Longobardici conſiderent, ex communi videlicet perſuaſione, quaſi jus Longobardicum vel & jus Romanum ſit fons juris feudalis reliquarum gentium omnium, qui feudis utuntur. Unde de hoc neglectu graviter conqueri-

Ergo dolendum, quod JCti Germani negligant fontes legum feudalium Germanicarum.

tur Johannes Cowellus *in præfatione ad inſtitutiones juris Anglicani*, quamvis & ipſe ab hoc præjudicio non plane ſit immunis. *Hoc unum*, inquit, *in nobis, qui apud Anglos juris civilis* (adde: & feudalis) *ſtudioſi ſumus, maxime jam diu putavi reprehendendum, quod, poſtquam apicem hujus ſtudii per multos labores, multasque difficultates attigiſſe, & integram illam rerum divinarum notitiam pectoribus noſtris incluſam tenere videmur, in noſtra tamen republica, non dico hoſpites & peregrini, ſed plane infantes maneamus. Patrias enim leges, ſi paucas ad forum eccleſiaſticum pertinentes exceperimus, plerique noſtrum non magis aut ſapimus, aut curamus, quam vulgus imperitum ſed de quibuscunque vel leviſſimis rebus conſulturi, ab alieno limine hanc, quam præ nobis ferimus, juſti atque injuſti ſcientiam percontari cogimur.*

§. XXX.

Uti ſimile quid etiam factum fuit a JCtis aliarum Gentium.

In *Germania* hoc nævo laboravit gloſſa juris feudalis Saxonici, in *Gallia* Carolus Molinæus ad conſuetudines Pariſienſes, in *Burgundia* Chaſſanæus ad conſuetudines Burgundicas, in *Anglia* Johannes Cowellus in inſtitutionibus juris Anglicani, in *Scotia* Thomas Cragius in libris tribus feudorum, & Johannes Skenæus in notis ad jus Scoticum, in *Hiſpania* Petrus Albertus in commentariis ad feudorum conſuetudines Cataloniæ principatus, aliique plu-

Digitized by Google

plures. Singuli tamen ſua non privandi laude, quatenus ipſas conſuetudines aut leges ſingulorum regnorum vel conſuetudines referunt, easque in latinum idioma transtulerunt, & voces feudales ſingulis regnis uſitatas explicant, vel res in ſupremis regnorum judiciis judicatas adjiciunt. Soli fere *Sueci* & *Dani*, utpote apud quos tantus amor juris Romani & Longobardici non eſt, hic puriores eſſe ſolent, ut vel ex Stiernhœkii libello *de jure Sueonum vetuſto* apparet.

§. XXXI.

Commendandi adeo ſunt vel maxime JCti Germanici celeberrimi, qui feudorum Germaniæ differentiam a feudis Longobardicis paulo diſtinctius in lucem ponere conati ſunt, ſive id ſecundum varia feudorum genera, ſive ſecundum varias Germaniæ provincias factum fuerit. Huc pertinent diſſertationes de feudis *oblatis* Hertii & Schilteri, de feudis *Clivenſium* & *Zutphanienſium* Rhetii, de feudis *Pomeranicis* & *Sileſiacis* Strykii, de feudis *Fuldenſibus* Cocceji, de feudis *juris Francici*, Schilteri. Allegatur etiam Thummermuthi tractatus de feudis *Colonienſibus* ſub titulo: Krumbſtab ſchleußt niemand aus. Sed rarior eſt hic liber & vix apparet, etſi demum 1643. fuerit editus. Oppoſitus huic tractatui fuit pro parte capituli & epiſcopi

Commendantur tractatus ſpeciales de variis feudis Germaniæ.

alius

alius sub titulo: Cöllnscher Krumbstab schleußt die Weiber aus, & cum alius posteriorem hunc tractatum refutare fuerit aggressus, renovata fuit Hildesheimii anno 1696. illius editio cum responsione adversus refutatorem. Quid sentiendum sit de re ipsa, facile patebit ex principiis ab illustri Coccejo *c. 1. de feudis Fuldensibus*, de quæstione generali circa naturam feudorum ecclesiasticorum, positis. Sed modum tractandi quod attinet, videtur judicium quod in *museo* Bœclerus de Salmasio & Miltono dedit, ad autorem scripti pro capitulo Colonienſi & Thummermuthum applicari posse, & qui vindicias pro episcopo Hildesienſi adversus status evangelicos, cum horum notis legit, facile autorem divinare poterit, ita ovum ovo simile, & in utroque scripto idem artificium disputandi, idem character, quem vivis coloribus status evangelici in notis allegatis pinxerunt. Meretur præterea valde comendari Friderici a Sande comentarius in consuetudines feudales *Geldriæ* non solum, quod ea quæ de feudis Geldricis memoravit, magnam habeant convenientiam cum feudis Germanorum, sed & quod multa attulerit, quæ faciunt ad cognoscendam naturam, feudorum *ecclesiasticorum*, Clivensium, Brabanticorum, Mechlinensium, Flandricorum, Hollandicorum, Valckenburgensium, aliorumque plurium feudorum generum.

De-

Digitized by Google

Denique de feudis *Sileſiacis* quædam peculiaria annotavit Schickfuſius in chronico Sileſiaco, ex quibus facile apparet, cur ejus tractatus MSC. de feudis Sileſiacis ſuppreſſus fuerit a nobilitate, ne typis publicis imprimeretur: quanquam forte melius eſſet, ſi una cum editione hujus tractatus adderentur adnotationes, hypotheſes ejus, quæ nobilibus minus ſunt favorabiles, refutantes, quod absque magna difficultate fieri poſſe credo, cum ea quæ jam in chronico pro fundamento aſſertionum ſuarum poſuit, tanti roboris non eſſe videantur, ut metuenda ſit nobilitati Sileſiacæ earum plenior expoſitio. Hactenus enim ſola raritas operi pretium fecit.

§. XXXII.

Cæterum cum illa feuda populorum variorum in Germania, quam differentia etiam ſint inter ſe, ortum tamen ducant ex communibus principiis feudorum germanicorum, regulæ bonæ methodi videntur omnino poſtulare, ut tandem aliquando illi fontes hactenus communiter neglecti & ſic negligentia quaſi obſtructi, diligentius inquirantur, & obſtructiones iſtæ removeantur. Felix hujus rei initium fecit ſæpius laudatus Schilterus. Sed cum tamen hypotheſes quasdam admiſerit vir eruditiſſimus, quæ parum firmis fundamentis videntur eſſe ſuperſtructæ, ut in hiſtoria juris feudalis notavimus, & inſuper diſſenſus,

Ad fontes præcipuos Juris feudalis in Germania ſpectat liber vetus de beneficiis.

ſus, qui vel videtur ſubeſſe, vel etiam revera ſubeſt, inter jus feudale Alemannicum & Saxonicum, ſæpe difficultates peperit Schiltero, inde tam ab ipſo, quam ab aliis viris celebribus ut in diſſertatione præcedente oſtendimus, deſiderata valde fuit editio libri iſtius Freheriani veteris de beneficiis, utpote qui, ut ibidem oſtendimus, primus fons fuerit, unde rivuli Juris Alemannici & Saxonici fuere derivati.

§. XXXIII.

Cujus uſus aliquot exemplis monſtrandus.

Sed ut modo de Schickfuſio diximus, ſæpius raritas libro pretium auget, quod ceſſante raritate ſtatim ſolet decreſcere. Exemplum non ita pridem præbuit Hylas cujusdam *inſtructoris*. Aut, ut propius ad doctrinam feudalem accedens exemplum demus, cui non notum eſt, quam anxie deſideraverint eruditi editionem collectionis de feudis *Antonii Minuccii de Prato veteri*. Docent id elogia longe plura, quam quæ in diſſertatione præcedente de noſtro libello protulimus, quæ de Minuccio editioni ſuæ præmiſit Schilterus. Et tamen, poſtquam jam editus eſt, quis eſt, qui æſtimet, aut vel minimam utilitatem, antequam ederetur, certiſſime quaſi expectatam, ſibi inde promittere poſſit? Verendum, ni acceſſio facta fuiſſet operis Schilteriani, ut nullos plane, aut certe pauciſſimos inveniret emtores. Ergo paucis monſtrandum erit, quod nulla cauſa ſubſit, talia etiam metuendi de libello noſtro.

Digitized by Google

noſtro. Nam plenior demonſtratio reſervanda eſt commentario, quem Deo vires ſuppeditante meditamur in ipſum libellum. Jam ſaltem aliquot exemplis ejus rei ſpecimen dabimus.

§. XXXIV.

Sic nota eſt quæſtio valde agitata inter Dd. an reſoluto jure ſubinfeudantis dominus ſuperior teneatur ſubvaſallos inveſtire, quibus ſubfeuda antea data erant ſine adhibito conſenſu ſuperioris. *Vide* Kohl. *de ſubfeudis cap. ult. n. 50. ſeq.* Occaſionem controverſiæ dederunt textus juris feudalis, *ibidem* & a Schiltero *ad cap. 33. juris feud. Alemannici* allegati. Confer Bitſchium *ad II. F. 26. c. Beneficium p. 465. ſeq.* Ipſe Schilterus etiam *ad d. c. 38.* ſequitur communem ſententiam, quod dominus nequaquam teneatur ſubfeuda ſine conſenſu ſuo data a vaſallo, extincto hujus jure relinquere ſubvaſallis. Atque varias reſponſiones adhibet ad tollenda dubia ex textu juris feudalis Alemannici oriunda. Sed ſi reſpicias libellum noſtrum, nihil clarius eſt, quam quod dominus ſuperior teneatur inveſtire ſubvaſallos. Vide *§. 57. 58. 59. libelli noſtri.* Et confer cum eo textum *juris feudalis Saxonici c. 25.* & apud Goldaſtum *textum latinum c. 17. §. 12. 13.* Hos ſi inſpexiſſet Schilterus & non putaſſet, ſedem materiæ eſſe in *cap. 15. juris Saxonici*, (vid. Schilterum *pag. 212.*) forte aliter ſenſiſſet. Nunc cauſam erroris

I. In reſolvenda quæſtione: an dominus mortuo vaſallo poſſit adimere feuda ſubvaſallis.

ſi

si inquiras, eam etiam suppeditabunt loca parallela libello nostra adscripta. Ea enim si inspicias, deprehendes *cap. 15. juris Saxonici*, non extare in libello nostro, adeoque id adjectum esse ab Epkone, sed ibi obscurius loqui Epkonem, cum ibi non sit sedes primaria hujus doctrinæ, si vero consideres §. 57. 58. 59. libelli nostri, patebit, solum compilatorem juris Saxonici, retulisse illos paragraphos in suam compilationem, compilatorem vero juris Alemannici ea ex incuria omisisse, adeoque Schilterum putasse, ac si jus Alemannicum faciat cum illius glossatoribus juris feudalis Longobardici, contrariam sententiam defendentibus, cum tamen omnino non dissentiat, ut mox dicenda docebunt.

§. XXXV.

Ostenditur distinctio neglecta inter subfeuda propria & impropria.

Scire vero leges, est vim & potestatem earum intelligere. Ergo ostendamus rationem juris nostri veteris, & causam cur Dd. feudales contrariam sententiam putaverint esse ad minimũ praxi magis convenientem, cum tamen quotidiana experientia testetur praxin nostræ sententiæ. Causa fuit, quod Dd. de subfeudis agentes omiserint divisionem valde necessariam subfeudorum, etiam in aliis quæstionibus, v. g. an subinfeudatio sit species alienationis, & similibus usum habituram, & genus æquivocum aut certe analogum communi definitione comprehenderint. Nimirum subfeudum est vel regu-

Digitized by Google

regulare seu proprium, vel irregulare seu improprium. Prius voco, ubi partes feudorum majorum conceduntur subvasallis eum in finem, ut eo melius finis & scopus investiturae vasalli obtineatur, h. e. ut eo cum majori fructu servitia militaria a vasallo primo possint praestari domino. Hoc v. fit, si v. g. Dux vel Comes retento pro sustentatione dignitatis suae territorio, de particulis minoribus subinvestiat alios ingenuos. Hic sane tantum abest, ut id fiat in praejudicium domini superioris aut ut alius vasallus ipso invito substituatur, & sic subfeudatio fiat in fraudem prohibitae alienationis, ut potius domini conditio evidentissime reddatur melior. Alia vero ratio est subfeudationis irregularis & impropriae, ubi vasallus primus totum suum feudum concedat aliis, sive de toto feudo unum subinvestiat, sive etiam particulas omnes distribuat in plures subvasallos. Hoc enim modo alios plane vasallos substitui domino, & ita palliari veram feudi alienationem in confesso est, nisi vasallus primus habeat adhuc alia feuda ad id sufficientia, ut sua simul servitia domino primo exhibere possit. Primum genus subinfeudationis agnoverunt tempora antiqua quibus libellus noster scriptus fuit. Ibi enim non consuetum erat, ut v. g. unus Dux vel Comes plures Comitatus vel Ducatus possideret. Vel si casus ejusmodi contingerent, erant rariores, &

de quibus adeo cum semel aut bis fierent, non opus erat, ut de iis collectores consuetudinum essent solliciti. Subsequentibus vero temporibus, cum plura exempla talium feudorum & subfeudorum existerent, necesse etiam erat, ut de iis frequentius agerent Dd. juris feudalis. At vero nullum est dubium, sed æquitas & natura feudorum tum omnino postulat, ut talia subfeuda fierent cum consensu domini primi, aut, si id factum non fuisset, ut resoluto jure dantis resolveretur etiam jus accipientis. Hac distinctione si usi fuissent Dd., facillime potuissent conciliare dubia, quæ hinc inde se offerebant.

§. XXXVI.

Respondetur rationibus Schilteri (1) explicando cap. 33. J. F. Alem.

Igitur & nobis jam non erit difficile, respondere ad dubia, quæ a Schiltero afferuntur pro sententia contraria. 1. Provocat *ad cap. 33. juris feudalis Alemannici p. 210.* atque ex eo capite putat firmari regulam, quod dominus superior non teneatur subinfeudationem ratam habere, nisi sponte hoc faciat. Sed respondeo: Etsi videri possit, quod compilator juris feudalis Alemannici contrariam sententiam arripuerit, adeoque a jure Saxonico pariter & libello nostro recesserit, quia partim omisit plane §. *57. 58. 59.* libelli nostri & ei correspondentem textum parallelum *in jure Saxonico c. 25.* partim, quia hoc *c. 33. juris feudalis Alemannici*, quod diversam plane sententiam continet a *cap. 29. J. F. Saxonici*, neque in jure Saxonico, neque

in libello noſtro habet textum parallelum, ut iterum ex indice locorum parallelorum, quæ ſupra ſingulis paragraphis libelli noſtri adnotavimus, apparet. Sed ſalva res eſt. Ipſe Schilterus *ibid. §. 3. p. 212.* agnoſcit, nullum eſſe diſſenſum inter jus feudale Saxonicum & Alemannicum. Saltem de modo conciliandi dubium eſt, & ab eo graviter diſſentimus. Proferamus prius conciliationem noſtram. Textus juris Saxonici & libelli noſtri loquitur de caſibus qui in quæſtione præſupponuntur, ſi vaſallus ſubinveſtiens fuerit verus vaſallus, & amittat feudum ſuum per feloniam, aut per reſignationem, aut ſi ejus familia extinguatur *d. §. 57. libelli noſtri & d. c. 25. J. F. Saxonici.* Hic ergo dominus tenetur relinquere ſubfeuda vaſallis. Sed textus juris Alemannici loquitur de caſu, ubi vel bonæ vel malæ fidei poſſeſſor qui ſe vaſallum dicit, alium ſubinfeudet de re aliena, & iſte dominus ad quem res pertinet hanc rem vindicet a ſubvaſallo illo putatitio; Tum ait jus Alemannicum, ſubinfeudantem debere defendere ſubvaſallum in judicio illo rei vindicationis. Quod ſi vero amittat vaſallus cauſam, tum debere eum præſtare evictionem ſubvaſallo, niſi dominus velit ex beneplacito ſubvaſallo illi feudum relinquere, & eum de novo inveſtire. Nec obſtat quod huic ſenſui videantur repugnare verba initialia *d. cap. 33.* Leihet ein Herr einem Mann zu Lehen das er von einem andern hett: item verba ſequentia, ubi

tur Johannes Cowellus *in præfatione ad institutiones juris Anglicani*, quamvis & ipse ab hoc præjudicio non plane sit immunis. *Hoc unum*, inquit, *in nobis, qui apud Anglos juris civilis* (adde: & feudalis) *studiosi sumus, maxime jam diu putavi reprehendendum, quod, postquam apicem hujus studii per multos labores, multasque difficultates attigisse, & integram illam rerum divinarum notitiam pectoribus nostris inclusam tenere videmur, in nostra tamen republica, non dico hospites & peregrini, sed plane infantes maneamus. Patrias enim leges, si paucas ad forum ecclesiasticum pertinentes exceperimus, plerique nostrum non magis aut sapimus, aut curamus, quam vulgus imperitum sed de quibuscunque vel levissimis rebus consulturi, ab alieno limine hanc, quam præ nobis ferimus, justi atque injusti scientiam percontari cogimur.*

§. XXX.

Uti simile quid etiam factum fuit a JCtis aliarum Gentium.

In *Germania* hoc nævo laboravit glossa juris feudalis Saxonici, in *Gallia* Carolus Molinæus ad consuetudines Parisienses, in *Burgundia* Chassanæus ad consuetudines Burgundicas, in *Anglia* Johannes Cowellus in institutionibus juris Anglicani, in *Scotia* Thomas Cragius in libris tribus feudorum, & Johannes Skenæus in notis ad jus Scoticum, in *Hispania* Petrus Albertus in commentariis ad feudorum consuetudines Cataloniæ principatus, aliique plu-

Digitized by Google

plures. Singuli tamen ſua non privandi laude, quatenus ipſas conſuetudines aut leges ſingulorum regnorum vel conſuetudines referunt, easque in latinum idioma transtulerunt, & voces feudales ſingulis regnis uſitatas explicant, vel res in ſupremis regnorum judiciis judicatas adjiciunt. Soli fere *Sueci* & *Dani*, utpote apud quos tantus amor juris Romani & Longobardici non eſt, hic puriores eſſe ſolent, ut vel ex Stiernhœkii libello *de jure Sueonum vetuſto* apparet.

§. XXXI.

Commendandi adeo ſunt vel maxime JCti Germanici celeberrimi, qui feudorum Germaniæ differentiam a feudis Longobardicis paulo diſtinctius in lucem ponere conati ſunt, ſive id ſecundum varia feudorum genera, ſive ſecundum varias Germaniæ provincias factum fuerit. Huc pertinent diſſertationes de feudis *oblatis* Hertii & Schilteri, de feudis *Clivenſium* & *Zutphanienſium* Rhetii, de feudis *Pomeranicis* & *Sileſiacis* Strykii, de feudis *Fuldenſibus* Cocceji, de feudis *juris Francici*, Schilteri. Allegatur etiam Thummermuthi tractatus de feudis *Colonienſibus* ſub titulo: Krumbſtab ſchleußt niemand aus. Sed rarior eſt hic liber & vix apparet, etſi demum 1643. fuerit editus. Oppoſitus huic tractatui fuit pro parte capituli & epiſcopi alius

Commendantur tractatus ſpeciales de variis feudis Germaniæ.

Digitized by Google

alius sub titulo: Cöllnſcher Krumbſtab ſchleußt die Weiber aus, & cum alius posteriorem hunc tractatum refutare fuerit aggressus, renovata fuit Hildesheimii anno 1696. illius editio cum responsione adversus refutatorem. Quid sentiendum sit de re ipsa, facile patebit ex principiis ab illustri Coccejo *c. l. de feudis Fuldensibus*, de quæstione generali circa naturam feudorum ecclesiasticorum, positis. Sed modum tractandi quod attinet, videtur judicium quod in *museo* Bœclerus de Salmasio & Miltono dedit, ad autorem scripti pro capitulo Colonienſi & Thummermuthum applicari posse, & qui vindicias pro episcopo Hildesiensi adversus status evangelicos, cum horum notis legit, facile autorem divinare poterit, ita ovum ovo simile, & in utroque scripto idem artificium disputandi, idem character, quem vivis coloribus status evangelici in notis allegatis pinxerunt. Meretur præterea valde comendari Friderici a Sande comentarius in consuetudines feudales *Geldriæ* non solum, quod ea quæ de feudis Geldricis memoravit, magnam habeant convenientiam cum feudis Germanorum, sed & quod multa attulerit, quæ faciunt ad cognoscendam naturam, feudorum *ecclesiasticorum*, Clivensium, Brabanticorum, Mechlinensium, Flandricorum, Hollandicorum, Valckenburgensium, aliorumque plurium feudorum generum.

De-

Digitized by Google

Denique de feudis *Silesiacis* quædam peculiaria annotavit Schickfusius in chronico Silesiaco, ex quibus facile apparet, cur ejus tractatus MSC. de feudis Silesiacis suppressus fuerit a nobilitate, ne typis publicis imprimeretur: quanquam forte melius esset, si una cum editione hujus tractatus adderentur adnotationes, hypotheses ejus, quæ nobilibus minus sunt favorabiles, refutantes, quod absque magna difficultate fieri posse credo, cum ea quæ jam in chronico pro fundamento assertionum suarum posuit, tanti roboris non esse videantur, ut metuenda sit nobilitati Silesiacæ earum plenior expositio. Hactenus enim sola raritas operi pretium fecit.

§. XXXII.

Cæterum cum illa feuda populorum variorum in Germania, quam differentia etiam sint inter se, ortum tamen ducant ex communibus principiis feudorum germanicorum, regulæ bonæ methodi videntur omnino postulare, ut tandem aliquando illi fontes hactenus communiter neglecti & sic negligentia quasi obstructi, diligentius inquirantur, & obstructiones istæ removeantur. Felix hujus rei initium fecit sæpius laudatus Schilterus. Sed cum tamen hypotheses quasdam admiserit vir eruditissimus, quæ parum firmis fundamentis videntur esse superstructæ, ut in historia juris feudalis notavimus, & insuper dissensus,

Ad fontes præcipuos Juris feudalis in Germania spectat liber vetus de beneficiis.

ſus, qui vel videtur ſubeſſe, vel etiam revera ſubeſt, inter jus feudale Alemannicum & Saxonicum, ſæpe difficultates peperit Schiltero, inde tam ab ipſo, quam ab aliis viris celebribus ut in diſſertatione præcedente oſtendimus, deſiderata valde fuit editio libri iſtius Freheriani veteris de beneficiis, utpote qui, ut ibidem oſtendimus, primus fons fuerit, unde rivuli Juris Alemannici & Saxonici fuere derivati.

§. XXXIII.

Cujus uſus aliquot exemplis monſtrandus.

Sed ut modo de Schickfuſio diximus, ſæpius raritas libro pretium auget, quod ceſſante raritate ſtatim ſolet decreſcere. Exemplum non ita pridem præbuit Hylas cujusdam *inſtructoris*. Aut, ut propius ad doctrinam feudalem accedens exemplum demus, cui non notum eſt, quam anxie deſideraverint eruditi editionem collectionis de feudis *Antonii Minuccii de Prato veteri*. Docent id elogia longe plura, quam quæ in diſſertatione præcedente de noſtro libello protulimus, quæ de Minuccio editioni ſuæ præmiſit Schilterus. Et tamen, poſtquam jam editus eſt, quis eſt, qui æſtimet, aut vel minimam utilitatem, antequam ederetur, certiſſime quaſi expectatam, ſibi inde promittere poſſit? Verendum, ni acceſſio facta fuiſſet operis Schilteriani, ut nullos plane, aut certe pauciſſimos inveniret emtores. Ergo paucis monſtrandum erit, quod nulla cauſa ſubſit, talia etiam metuendi de libello noſtro.

Digitized by Google

noſtro. Nam plenior demonſtratio reſervanda eſt commentario, quem Deo vires ſuppeditante meditamur in ipſum libellum. Jam ſaltem aliquot exemplis ejus rei ſpecimen dabimus.

§. XXXIV.

Sic nota eſt quæſtio valde agitata inter Dd. an reſoluto jure ſubinfeudantis dominus ſuperior teneatur ſubvaſallos inveſtire, quibus ſubfeuda antea data erant ſine adhibito conſenſu ſuperioris. *Vide* Kohl. *de ſubfeudis cap. ult. n. 50. ſeq.* Occaſionem controverſiæ dederunt textus juris feudalis, *ibidem* & a Schiltero *ad cap. 33. juris feud. Alemannici* allegati. Confer Bitſchium *ad II. F. 26. c. Beneficium p. 465. ſeq.* Ipſe Schilterus etiam *ad d. c. 38.* ſequitur communem ſententiam, quod dominus nequaquam teneatur ſubfeuda ſine conſenſu ſuo data a vaſallo, extincto hujus jure relinquere ſubvaſallis. Atque varias reſponſiones adhibet ad tollenda dubia ex textu juris feudalis Alemannici oriunda. Sed ſi reſpicias libellum noſtrum, nihil clarius eſt, quam quod dominus ſuperior teneatur inveſtire ſubvaſallos. Vide §. 57. 58. 59. *libelli noſtri.* Et confer cum eo textum *juris feudalis Saxonici c. 25.* & apud Goldaſtum *textum latinum c. 17. §. 12. 13.* Hos ſi inſpexiſſet Schilterus & non putaſſet, ſedem materiæ eſſe in *cap. 15. juris Saxonici*, (vid. Schilterum *pag. 212.*) forte aliter ſenſiſſet. Nunc cauſam erroris

I. In reſolvenda quæſtione: an dominus mortuo vaſallo poſſit adimere feuda ſubvaſallis.

si inquiras, eam etiam suppeditabunt loca parallela libello nostra adscripta. Ea enim si inspicias, deprehendes *cap. 15. juris Saxonici*, non extare in libello nostro, adeoque id adjectum esse ab Epkone, sed ibi obscurius loqui Epkonem, cum ibi non sit sedes primaria hujus doctrinæ, si vero consideres §. 57. 58. 59. libelli nostri, patebit, solum compilatorem juris Saxonici, retulisse illos paragraphos in suam compilationem, compilatorem vero juris Alemannici ea ex incuria omisisse, adeoque Schilterum putasse, ac si jus Alemannicum faciat cum illius glossatoribus juris feudalis Longobardici, contrariam sententiam defendentibus, cum tamen omnino non dissentiat, ut mox dicenda docebunt.

§. XXXV.

Ostenditur distinctio neglecta inter subfeuda propria & impropria.

Scire vero leges, est vim & potestatem earum intelligere. Ergo ostendamus rationem juris nostri veteris, & causam cur Dd. feudales contrariam sententiam putaverint esse ad minimũ praxi magis convenientem, cum tamen quotidiana experientia testetur praxin nostræ sententiæ. Causa fuit, quod Dd. de subfeudis agentes omiserint divisionem valde necessariam subfeudorum, etiam in aliis quæstionibus, v. g. an subinfeudatio sit species alienationis, & similibus usum habituram, & genus æquivocum aut certe analogum communi definitione comprehenderint. Nimirum subfeudum est vel regu-

Digitized by Google

regulare seu proprium, vel irregulare seu improprium. Prius voco, ubi partes feudorum majorum conceduntur subvasallis eum in finem, ut eo melius finis & scopus investiturae vasalli obtineatur, h. e. ut eo cum majori fructu servitia militaria a vasallo primo possint praestari domino. Hoc v. fit, si v. g. Dux vel Comes retento pro sustentatione dignitatis suae territorio, de particulis minoribus subinvestiat alios ingenuos. Hic sane tantum abest, ut id fiat in praejudicium domini superioris aut ut alius vasallus ipso invito substituatur, & sic subfeudatio fiat in fraudem prohibitae alienationis, ut potius domini conditio evidentissime reddatur melior. Alia vero ratio est subfeudationis irregularis & impropriae, ubi vasallus primus totum suum feudum concedat aliis, sive de toto feudo unum subinvestiat, sive etiam particulas omnes distribuat in plures subvasallos. Hoc enim modo alios plane vasallos substitui domino, & ita palliari veram feudi alienationem in confesso est, nisi vasallus primus habeat adhuc alia feuda ad id sufficientia, ut sua simul servitia domino primo exhibere possit. Primum genus subinfeudationis agnoverunt tempora antiqua quibus libellus noster scriptus fuit. Ibi enim non consuetum erat, ut v. g. unus Dux vel Comes plures Comitatus vel Ducatus possideret. Vel si casus ejusmodi contingerent, erant rariores, &

de quibus adeo cum semel aut bis fierent, non opus erat, ut de iis collectores consuetudinum essent solliciti. Subsequentibus vero temporibus, cum plura exempla taliũ feudorum & subfeudorum existerent, necesse etiam erat, ut de iis frequentius agerent Dd. juris feudalis. At vero nullum est dubium, sed æquitas & natura feudorum tum omnino postulat, ut talia subfeuda fierent cum consensu domini primi, aut, si id factum non fuisset, ut resoluto jure dantis resolveretur etiam jus accipientis. Hac distinctione si usi fuissent Dd., faciliime potuissent conciliare dubia, quæ hinc inde se offerebant.

§. XXXVI.

Igitur & nobis jam non erit difficile, respondere ad dubia, quæ a Schiltero afferuntur pro sententia contraria. 1. Provocat *ad cap. 33. juris feudalis Alemannici p. 210.* atque ex eo capite putat firmari regulam, quod dominus superior non teneatur subinfeudationem ratam habere, nisi sponte hoc faciat. Sed respondeo: Etsi videri possit, quod compilator juris feudalis Alemannici contrariam sententiam arripuerit, adeoque a jure Saxonico pariter & libello nostro recesserit, quia partim omisit plane §. *57. 58. 59.* libelli nostri & ei correspondentem textum parallelum *in jure Saxonico c. 25.* partim, quia hoc *c. 33. juris feudalis Alemannici*, quod diversam plane sententiam continet a *cap. 25. J. F. Saxonici*, neque in jure Saxonico, neque

Respondetur rationib9 Schilteri (1) explicando cap. 33. J. F. Alem.

in libello noſtro habet textum parallelum, ut iterum ex indice locorum parallelorum, quæ ſupra ſingulis paragraphis libelli noſtri adnotavimus, apparet. Sed ſalva res eſt. Ipſe Schilterus *ibid. §. 3. p. 212.* agnoſcit, nullum eſſe diſſenſum inter jus feudale Saxonicum & Alemannicum. Saltem de modo conciliandi dubium eſt, & ab eo graviter diſſentimus. Proferamus prius conciliationem noſtram. Textus juris Saxonici & libelli noſtri loquitur de caſibus qui in quæſtione præſupponuntur, ſi vaſallus ſubinveſtiens fuerit verus vaſallus, & amittat feudum ſuum per feloniam, aut per reſignationem, aut ſi ejus familia extinguatur *d. §. 57. libelli noſtri & d. c. 25. J. F. Saxonici.* Hic ergo dominus tenetur relinquere ſubfeuda vaſallis. Sed textus juris Alemannici loquitur de caſu, ubi vel bonæ vel malæ fidei poſſeſſor qui ſe vaſallum dicit, alium ſubinfeudet de re aliena, & iſte dominus ad quem res pertinet hanc rem vindicet a ſubvaſallo illo putatitio; Tum ait jus Alemannicum, ſubinfeudantem debere defendere ſubvaſallum in judicio illo rei vindicationis. Quod ſi vero amittat vaſallus cauſam, tum debere eum præſtare evictionem ſubvaſallo, niſi dominus velit ex beneplacito ſubvaſallo illi feudum relinquere, & eum de novo inveſtire. Nec obſtat quod huic ſenſui videantur repugnare verba initialia *d. cap. 33.* Leihet ein Herr einem Mann zu Lehen, das er von einem andern hett: item verba ſequentia, ubi

expressa mentio fit des Oberherrn und Unterherrn. Nam quod priora verba attinet, illa phrasis *habere rem ab alio*, non statim denotat *habere eum in feudum*, sed potest etiam intelligi de eo qui habet fundum aliquem ab alio titulo conductionis, vel simili. Et tum sequentia verba *domini inferioris & superioris* commodam expositionem admittunt, si subaudias vocem *putatitii*, ut ipsimet ita modo fumus locuti. Quodsi vero persistas textum hunc juris Alemañici loqui de subinfeudatione veri vasalli, poteris tamen eo modo respondere, quod textus ille respiciat ad casum exceptum, ubi scilicet subinfeudationes sunt illicite factæ, ut v. g. si res litigiosa fuerit in subfeudum data, aut subinfeudatio in fraudem domini facta. *vide cap. 84. & 107. J. F. Alem. & ibi Schilterum.*

§. XXXVII.

(2) ad chartam a Schiltero adductam de an. 1342.

Quod si tamen alicui hæ conciliationes omnes duriores videantur, ille capiat aliam planiorem; scilicet textus libelli nostri & juris Saxonici loquitur de regula, i. e. de subinfeudatione regulari & propria, textus J. F. Alemannici de exceptione seu subinfeudatione irregulari & impropria, ubi vasallus de toto feudo suo alium subinvestit, per *verba initialia* modo in §. *præced.* appositа. Ita vero simul respondetur ad dubium II. Schilteri *p. 211.* ubi produxit chartam, in qua anno 1342. Episcopus Argentinensis consensit in subinfeudationem feudi, quod vasal-

Digitized by Google

vaſallus habebat a capitulo in pago & districtu Altheimenſi. Nam hic etiam fuit ſubfeudum irregulare de omnibus bonis feudalibus per verba expreſſa dictæ chartæ: alle die Gütere, die er hat in dem Dorffe und in dem Banne zu Altheim. Sed tamen nec deſunt aliæ reſponſiones. Non dicam de diverſitate feudorum eccleſiaſticorum, intuitu poteſtatis alienandi a feudis ſecularibus, quod ſcil. plura in illis requiſita debeant adhiberi, ſi alienatio, aut id quod alienationis umbram habet, efficacia quadam gaudere debeat. Saltem id notabile eſt, quod diſerte loquatur charta de feudo urbano, per verba: Einem Bürger die Gütere die er hat in dem Dorffe und in dem Banne ꝛc. At de feudo urbano non conceſſa eſt ſubinfeudatio per §. 1. libelli noſtri *de urbano beneficio*, & textus parallelos J. F. Saxonici & Alemannici ibi notatos. (Habes adeo hic iterum exemplum illuſtrans dicta ſuperius §. *14. ſq.* quod ad parandam prudentiam juris feudalis non ſufficiat collectio diplomatum, ſed quod potius diplomata eum, qui falſis hypotheſibus nititur, ſæpiſſime ſeducere & in iis confirmare ſoleant.)

§. XXXIIX.

Ex dictis etiam patet, quid ſentiendum ſit de conciliatione ipſius Schilteri. *Nullus eſt diſſenſus*, ait *p. 212. in jure noſtro feudali. Sed ut jus Alemannicorum regulam firmavit*, (requirendo conſenſum domini in ſubinfeudatione) *ita Saxonicum*, (dum ſtatuit dominum conſentire debere) *exceptio-*

(3) docendo defectus alios doctrinæ Schilteri.

Digitized by Google

nem ſuggerit de iis ſubfeudis, quæ, ut communiter loquimur, ſubinfeudari ſolita *fuerunt, aut, ut jus noſtrum* (loquitur) *de* clypeis militaribus *alicujus ducatus, comitatus vel etiam epiſcopatus propriis, & qui peculiarem ordinem conſtituunt,* den Ritterſtand. *Itaque ſi aperitur aliquis comitatus vel ducatus domino ſuperiori, non poſſunt vaſalli ſubinfeudati* ab antiquo *ex feudis* ſubinfeudari ſolitis *expelli, ſub prætextu regulæ prædictæ, quippe cum in hoc caſu* excepto *præſumatur conſenſus domini ſuperioris tacitus conceſſus his clypeis militaribus.* Scilicet res ipſa bene ſe habet. At in eo erravit Schilterus, quod putaverit ſubinfeudationes de partibus minoribus majorum territoriorum pertinere ad exceptiones, ſubinfeudationes totorum bonorum feudal. ad regulam, cum tamen contrarium ſit oſtenſum §. 35. Deinde parum commode hic immiſcet terminum feudorum *ſubinfeudari ſolitorum*, quem adeo confundit cum feudo *ſubinfeudari debito.* Feudum ſubinfeudari *ſolitum* ad *factum* reſpicit primario & *antiquam* infeudandi conſuetudinem. Ducatus vero & comitatus &c. ſunt feuda ſubinfeudari *debita.* Quis enim dubitet, quod vaſallus cui territorium ab hoſtibus captum primitus a Rege victore cum ducatu in feudum datur, ſubinfeudare alios poſſit ſine conſenſu domini, & quod adeo dominus vaſallo hoc ſine liberis mortuo teneatur relinquere ſubvaſallis feuda. Quis vero

Digitized by Google

vero hæc ſubfeuda vocaret ſubinfeudari ſolita.

§. XXXIX.

Poſſet vel hoc unicum exemplum ſufficere ad oſtendendum uſum libelli noſtri. Sed dabimus adhuc alia quædam. Jus F. Alemannicum *cap. 60.* ita diſponit. Onglich Herre ſol nût wenne eyme Kinde ſins Vaters Gut lihen. Und welchem Kinde er es lihet, das ſtott an ſins Vatters Statt. Und ſtott auch an den Kindern und nut an den Herrn, alſo ob ſû das Lehen hant gefordert in des Yores Friſt, ſo iſt die Wal der Kinde, und kumt es über das Yore, und uber koment die Kinder den Herrn mit mynnen, daß er In das Gut dennoch lihet, ſo het er die Wal, daß er das Gut lihet, welhem Kinde er wyl. Und lihet ein Herre eime Kinde Gut noch ſynem Willen, und nit noch rechte, das ſchat dem andern Kinde nût an irme rechten. Jus Saxon. *Feudale cap. 30.* & quidem illud ipſum exemplar, quod Schilterus edidit *p. 20.* ita habet: Der Herre iſt auch pflichtig mer Kindern zu lihen denne eime ihres Vaters Gut. Swenne der Vater ſtirbet binnen der Kinder Jarzale, ſtet das in irme Kure, daß der Herre beleſne ſwilcken ſi wollen, kumt ez aber uz der Jarzale, ſo ſteht es in des Herrn Kure, wilch iren Herr beleſnen welle, under den di ez mit an in geſonnen haben. Lihet der Herre einim Kinde Gut nach ſinem Willen, und nicht nach rechte, ez entſchadet den anderen nicht ihr Gut zu entfahen. Haud dubie hic ſphalma eſt, quod in textu Saxonico dicitur dominum debere plures uno ex filiis inveſtire & loco: der Herre iſt auch pflichtig, legendum: der Herre iſt nicht pflichtig. Sed in reliquis tamen verbis videtur latere major diſſenſus, cui & quando electio competat;

II. in quæſtione: Utrum domino, ſi vaſallus moriatur, competat electio unius ex pluribus liberis, an vero liberis?

an domino an liberis. Præprimis si conferas textum latinum Goldasti, quem addemus cum correctione & responsione Schilteri, ut eo melius postea judicare possimus ope libelli nostri, uter textus sit præferendus & quam graviter iterum fuerit deceptus Schilterus. §. XL.

Schilteri resolutio hujus quæstionis.

Ita vero Schilterus *p. 315.* »Jus Saxonicum »feudale male translatum fuit *cap. 21. §. Do-*»*minus etiam non tenetur plures investire fra-*»*tres, nisi saltem unum inter omnes. Quan-*»*do pater moritur intra pueriles annos pue-*»*rorum, in eorum stat opinione* (leg. *optione* »Willkür, nec omittendum fuerat, si omnes »puberes facti, aut etiam si omnes puberes »tempore mortis fuerint) *quem voluerint a-*»*domino investiri. Si prætereat annus & dies* »*in optione* (rectius in *petitione* renovatio-»nis, ita ut apertum sit domino ob feloniam) »*domini erit, cui voluerit feudum conferre &* »*quo petierunt* (imo vero *non* petierunt) *jure* »*debito infeudari. Si conferat dominus uni* »*puerorum,* (puberum, de quibus hoc capi-»te agitur) *feudum pro sua voluntate, & non* »*secundum justitiam, hoc aliis non præjudicat* »*ad feudum recipiendum,* suo loco & ordine »succedendi &c. Differentia itaque hic in »utroque textu Saxonico & glossa cernitur »a nostro (*Alemannico*) in eo, quod optio-»nem impuberibus liberis relinquat Saxo, »noster puberibus, id quod authenticum & »juri analogum. Saxonica lectio jam tum vitia-

vitiata olim fuit imperito gloſſemate: binnen der Kinder Jarzal; *infra annos pueriles puerorum.* Eſt enim hoc contra rationem, quod impuberes poſſint cogere dominum, aliquem, quem voluerint ex ſe inveſtire, quorum nullus dum feudi capax eſt. &c.

§. XLI.

Quæ iterū oſtenditur minus recte ſe habere.

Sed ſi libellum noſtrum conferamus cum utroque jure feudali & Saxonico & Alemannico, deprehendemus nullam plane differentiam eſſe inter utrumque jus, ſed ſolum interpunctionis neglectum occaſionem dediſſe interpreti juris Saxonici latino, ut phraſin, binnen der Kinder Jahrzahl, quæ ſignificat *intra annum petitionis filiorum*, expoſuerit *infra pueriles annos puerorum*; hoc vero ſphalmate non obſervato Schilterus & fruſtra ſe torſerit in emendando & corrigendo, ubi non opus erat, textu latino, & in confingendo gloſſemate juris Saxonici, & refutatione hujus falſæ explicationis. Ita vero libellus noſter §. 75. *Non etiam niſi ab ano domini filio beneficium ſuum ſuſcipiat homo, quamvis pluribus ſit conceſſum: e converſo dominus tantummodo hominis inbeneficiabit filium.* (Obiter hic addo, & contextum ſuadere, & utrumque locum parallelum in J.F. Saxon. & Alem. legendum eſſe *tantummodo unum*) Sequitur §. 76. *Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum, in arbitrio ſit eorum, quis inbeneficietur a domino. Unanimiter vero ſi unum non transmiſerunt ad dominum,*

minum, dominus inbeneficiet, quem illorum velit, qui beneficium intra ſuum terminum ſecundum jus petierit. Si ſecundum libitum, & non ſecundum jus inbeneficiat dominus unum ex filiis nil noceat aliis. Omnem difficultatem hic fecit comma transpoſitum in §. 76. Nam comma, quod poſitum eſt in prima linea poſt vocem *filiorum*, debebat inde auferri & retroponi poſt vocem *fuerit*. Quod enim per *terminum filiorum* hic non intelligatur *impubertas*, ſed *tempus petendi inveſtituram* docet §. *ſequens 77. Si quis filiorum ſuum negligat* terminum, *ab illo ſit dominus ſolutus ulterius*. Hoc vero ſuppoſito, nullus eſt ſenſus, ſi dicas, patrem mortuum eſſe intra tempus inveſtituræ petendæ a domino per filios. At ſenſus eſt, ſi dicas: intra terminum petitionis filios habere electionem, quem velint inveſtiri a domino. Et ita credo etiam legendum fuiſſe in jure Saxonico: Wenn der Vater ſtirbt, binnen der Kinder Jahrzahl ſteht das in ihrer Wahl. Sed interpres latinus putavit ſcriptum fuiſſe, vel etiam habuit tale exemplar ubi ſcriptum fuerit: Wenn der Vater ſtirbt binnen der Kinder Jarzahl ꝛc. adeoque erravit & credidit transferendum eſſe: cum pater moritur intra pubertatem liberorum.

§. XLII.

Alia adnotatio ad quæſtionem præſentem.

Quod ſi vero adhuc accuratius debeam interpunctionem emendare, mallem dicere, verba, *cum homo mortuus fuerit*, pertinere adhuc ad finem §. 75. Ita ut legendum ſit; *e converſo dominus tantummodo* unum *homi-*

nis

nis inbeneficiabit filium, cum homo mortuus fuerit. Jam si §. 76. incipiat ita: *Infra terminum filiorum in arbitrio sit eorum, quis inbeneficietur a domino*: omnia plana erunt, nec ulla amplius remanebit difficultas. Juvat hanc conjecturam, quod etiam in quibusdam exemplaribus juris Saxonici pariter illa verba: wenn der Vater ſtirbt, claudant præced. periodum & novus incipiat: binnen der Kinder Jahr. *Conf. Zobelii verſionem Germanicam textus Saxon. d. c. 29.* §. XLIII.

III. In quæſt. utrum in probatione domini an vaſalli partes meliores ſint.

Porro in doctrina de probationibus gravis diſſenſus eſt inter jus feudale Saxonicum & Alemannicum, quem miror non fuiſſe obſervatum a Schilt-ero. Jus Saxon. *in fine cap. 39.* (p. 24. edit. Schilteri) Ein Man mag ſinen Husgenoz manger Sache verzügen den der Herr ſinen Man müge. Hic valde obſcurum eſt, quid velit vox Husgenoz, quæ ſane nullum videtur ſenſum habere. Interpres *latinus* apud Goldaſtum *c. 24. n. 17.* ita reddidit: *Vicinus vicinum in pluribus per teſtes poteſt convincere, quam dominus vaſallum.* Sed nec ſic tamen res in vado eſt; quid enim *vicinus* hic agat in quæſtionibus feudalibus, æque obſcurum eſt. Zobelius in ſua editione juris feudalis Saxonici, *d. c. 39. in fine:* Ein Herr mag ſeinen Mann in vielen Sachen beſſer überzeugen, denn der Mann ſolches gegen den Herrn thun mag. Hæc locutio quidem ſenſum habet, ſed repugnat verbis finalibus textus Saxonici & interpretationis latinæ. Denique jus feudale Alem. *c. 76.* ita habet: Ein Mann mag ſinen Herrn maniger Sachen überkommen, den der Herre den Mann. Hic etiam ſenſus facile intelligitur, ſed tamen plane contradicit juri feudali Saxonico Zobelii. Quid ergo dicendum in tam

Digitized by Google

tam diverſis ſententiis? Filum Ariadneum hic ſuppeditat libellus noſter §. 96. *In pluribus cauſis dominum homo vincere poteſt teſtimonio, quam domino licitum ſit vincere illum.* Vides adeo jus feudale Alemannicum præferendum eſſe textui Saxonico, & verſioni latinæ pariter & Zobelii. Probant hanc ſententiam ulterius ex libello noſtro §§. 101. 102. 103. 107. 108. & loci paralleli ex utroque jure feudali, qui illis paragraphis additi ſunt, & qui quaſi commentarii loco eſſe poſſunt in §. 96. libelli noſtri. Unde videri poſſit, compilatorem juris Alemannici præter jus Saxonicum etiam præ oculis habuiſſe ipſum libellum noſtrum, niſi dicere velis, eum ex contextu & locis illis affinibus modo citatis collegiſſe in *c.* 39. juris Saxonici pro *burgenoz* legendum eſſe *herren*.

§. XLIV.

IV. in quæſtion. quomodo differat feudum caſtrenſe & urbanum?

Demus adhuc unicum exemplum. Solent feudiſtæ dum de feudo caſtrenſi loquuntur ſæpe confundere feudum caſtrenſe cum feudo urbano, ſeu burgenſi aut burgenſatico. Unde hic probe notandum eſt, quod Germanica vox Burg, (unde Bürger) hodie denotet caſtrum, ein Schloß, olim autem antiquo & nativo ſignificatu denotavit urbem. Hæc igitur mutatio ſignificatus vocis Burg etiam mutavit ſignificationem *feudi Burgenſis*, ut cum olim in antiquis diplomatibus Burg-Lehen & Bürger-Lehen fuerint ſynonyma, ſucceſſu tamen temporis in contractibus feudalibus feuda caſtrenſia ſola dicta fuerint Burg-Lehen, urbana vero Bürger-Lehen. Itaque quando in jure feudali Saxonico & Suevico multa diſponuntur de feudis Burgenſibus,

Digitized by Google

bus, von Burg-Lehen, glossatores hic inepte applicuerunt doctrinam juris feudalis Longobardici, de feudo castrensi, quod etiam alias feudum guardiæ dici solet *l. F. 2. & 4. c. 3.* Nam feudum castrense seu guardiæ etsi sit feudum conditionatum, est tamen feudum nobile, feudum vero burgense seu urbanum est ignobile. (Cum neutro horum confundendum est feudum castri, quando quis de castro simpliciter est investitus, quod est feudum regium *d. 1. F. IV. c. 3.* conf. *supra §. 15.*) Adde quod, cum hodie bona civium urbanorum immobilia dicuntur esse allodialia, & jam per aliquot secula pro allodialibus fuerint habita, inconveniens visum fuerit commentatoribus & glossatoribus in jus feudale Saxonicum & Alemannicum, ut sub nomine des Burg-Lehen oder Bürger-Lehen intelligerent ædificia urbana, die Bürger-Häuser in Städten. Sed, si libellum nostrum inspicias, luce meridiana clarius est, illa beneficia, quæ subsequenti tempore a compilatoribus juris feudalis Saxonici & Suevici dicta fuere Burg-Lehen, nihil esse aliud, quam urbana beneficia, imo ipsa ædificia urbana, quæ hodienum etiam in plerisque civitatibus Germaniæ in feudum dantur, werden zu Lehn gereicht a magistratu loci nomine principis, cum præstatione juramenti fidelitatis ex parte ejus, qui jura civium impetrat quod in ipsa investitura super ædibus fieri solet. Cur vero ædificia in urbibus subsequentibus temporibus fuerint allodialibus bonis accensita, multæ causæ esse poterunt. 1. Quia jam tempore compilationis juris Saxonici dubitatum non solum fuit, an septimus clypeus, seu infimus, utatur jure feudali *lib. 1. art. 3;* sed & aperte id definitum in jure feu-

dali,

dali Saxonico ab initio, quod clerici, mulieres, ruſtici, & mercatores debeant carere jure feudi, id eſt, quod nec feuda dare, nec accipere poſſint. 2. Quia, ut jam ſupra §. 23. demonſtratum eſt, antiquis temporibus in Germania maſculi etiam in allodialibus ſoli ſuccedebant, & adeo ratione ſucceſſionis parum intererat, utrum bonum aliquod pro feudali, an allodiali haberes. 3. Quia ſucceſſu temporis utilitas civitatum & augmenta commerciorum poſtularunt, ut civibus liceret ædes ſuas pleno jure in alios transferre, quod etiam alias allodiorum qualitas eſt, qua a feudis ſecerni ſolet &c. quod olim non licebat per cap. 1. libelli noſtri de urbano beneficio junctis textibus parallelis juris F. S. & A.

§. XLV.

Coronidis loco dubia proponuntur circa intellectū cap. 1. libelli noſtri de urbano beneficio.

Cæterum cum reliqua quæ de urbano beneficio libellus noſter diſponit, non valde obſcura ſint, magna vero obſcuritas videatur latere in *cap. 1.* ut ſpecimen etiam commentarii demus in libellum noſtrum, coronidis loco illud caput paucis explicabimus. Initio quid hoc eſt: *in ſecundam manum non deſcendit urbanum beneficium: niſi tantum ſi urbanus alicui beneficium concedat.* Annon hoc idem eſt, ac ſi dixerit, quod poſſit poſſeſſor beneficii urbani, cuicunque voluerit beneficium urbanum in ſubfeudum dare. Et imo inepta locutio eſt: *Non poteſt in alteram manum deſcendere feudum urbanum, niſi deſcendat.* Ita enim exceptio non limitaret regulam, ſed plane tolleret. Et imo non potuiſſe poſſeſſorem feudi urbani alium ſubinfeudare, docent compilatores Juris feudalis Saxonici & Alemannici, optimi ſæpiſſime libelli noſtri interpretes, qui diſerte docent, feudum amitti a vi-

a vaſallo, ſi alium ſubinfeudaverit, & urgente domino ultra ſex ſeptimanas non revocaverit. Deinde quisnam ſenſus eſſet verborum ſequentium: *Hujusmodi beneficiali jure homo ab illo domino in hoc beneficio fruatur, ſed in alium dominum non ſequatur.* An ſenſus eſt, quod poſſeſſor beneficii urbani non ſequatur alium dominum, ſcilicet ſuperiorem, uti poſſeſſores feudorum nobilium, qui ſerviunt non tantum domino inferiori, ſed & ſuperiori? Sed hic duo obſtant. Nam primo poſſeſſor feudi urbani ne quidem ſequitur ſuum dominum ut ipſi ſervitia præſtet, per *cap. ſtatim 2.* libelli noſtri; ergo inepte obſervaretur, quod non ſequatur aliuin dominum. Deinde Jus feudale Saxonicum *d. cap. 72.* aperte contrarium dicit: **Ein jeder Burgmann folget mit ſeinen Burglehen an einen andern Herrn, und beerbet auch ſeine damit, ob gleich Burg und Burglehn beyde des Herrn eigen Gut wären.** An ergo jus feudale Saxon. contradicit capitulo noſtro? Aut quomodo iſta duo concilianda ſunt?

§. XLVI.

Eaque perſpicua ejus periphraſi tolluntur.

Sed ſalva res eſt. Dubia illa facile tolli poſſunt, ſi modo recte intelligas ſtilum illorum temporum. Age videamus. IN SECUNDAM MANUM NON DESCENDIT URBANUM BENEFICIUM, ſcilicet eo ſenſu, ut poſſeſſor urbani beneficii alium ſubinfeudet de eo: quia feudum urbanum eſt ultimi ordinis, quod alium inferiorem ordinem ſubvaſallorum non admittit. Ipſi enim cives urbani non habebant illo tempore jus militandi **in Feld- und Heerzügen**, ſed ſolum defendendi urbem in obſidionibus. Militabant ſoli nobiles ſeu ingenui equitatu, unde & equites dicuntur.

tur. Sed in alio ſenſu poterat urbanum beneficium in ſecundam manum venire, quorſum pertinet exceptio a regula: NISI TANTUM SI URBANUS ALICUI BENEFICIUM CONCEDAT utendum fruendum, etiam ſub ſpecie quadam ſubinfeudationis impropria. Tunc autem HUJUSMODI BENEFICIALI JURE HOMO ille quaſi ſubinfeudatus AB ILLO DOMINO, qui quaſi ſubinfeudavit IN HOC BENEFICIO, quamdiu is vivit, FRUATUR, ſed ſi hic mortuus fuerit, IN ALIUM DOMINUM ſubinfeudantis filium heredem NON SEQUATUR, id eſt non continuet jus utendi fruendi, ſed reddat poſſeſſionem filio. Sicut etiam ex paritate rationis ſi ipſe talis quaſi ſubvaſallus moriatur, id ſubfeudum non transmittit ad ſuos filios. Cum tamen ipſe primus vaſallus feudi urbani continuet poſſeſſionem feudi, etiamſi dominus inveſtiens moriatur & transmittat quoque ad filios ſuos *per. cap. 72. J. F. Sax. verſic. in §. antec. deſcriptum.* Vides igitur, quid denotet hoc loco *ſequi alium dominum, vel non ſequi.* Et confirmatur hæc periphraſis noſtra per *cap. 2. juris feudalis Saxonici.* Welcher Herr aber dieſer einem (Bauren oder Kauffleuten) ein Gut zu Lehen leihet, von dem haben ſie wohl Lehen-Recht an dem Gut, ſie erben es aber nicht an ihre Kinder. Denn ſie haben kein Volge an einen andern Herrn. ꝛc. Kommet aber ein Weib in die gewehr eines Lehens mit Recht, ꝛc. ſie ſoll das beſitzen ſo lange ſie lebet, alſo daß es ihr weder mit auflaſſen, oder durch ihres Herrn Tod, der es ihr gelieben hat, gebrochen werden mag. ꝛc. Sie hat auch die Volge dran an einen ieglichen Herrn, an den das Gut hernach kommen möchte. Aber ſie erbet es nicht nach ihren Tode an ihre Erben. Sed iſta quidem hactenus de uſu libri noſtri ſufficiant.

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
ORIGINIBUS
FEUDALIBUS.

Digitized by Google

DISSERTATIO DE ORIGINIBUS FEUDALIBUS.

§. I.

Per origines feudales intelliguntur non legum sed feudorum.

PEr *origines feudales* non intelligo origines *Legum Feudalium* seu juris scripti de feudis disponentis, utpote quod haud dubie aliquo tempore post feudorum usum frequentem ortum est (*a*); sed intelligo origines *ipsorum feudorum. Feudum* autem voco, (b) *concessum solenniter militibus seu hominibus militiæ capacibus* (*c*) *a dominis, jus belli gerendi habentibus*, (*d*) *jus utendi fruendi* (*e*) *agris & aliis prædiis* (*f*) *cum promissione fidelitatis* (*g*) *& servitiorum militarium inde præstandorum* (*h*).

An alia feudorum alia juris feudalis origo sit.

(*a*) Et quis ea de re dubitaret? Ut adeo nullam mereat notam, a viris quibusdam celeberrimis dissentiens, qui aliam feudorum, aliam juris feudalis dixerunt esse originem, quasi videlicet illi de diversitate temporis solum solliciti fuerint, cum tamen dissensus primarius & sit circa auctores legum. Et constat utique ex historiis, & reges Francorum in capitularibus subinde de feudis disponentes, & compilatorem libri veteris de beneficiis seu feudis Germanicis, aliquot seculis præcedere compilatores juris Longobardici. vid. *Selecta capita Hist. Jur. Feud. Germ. §. 2. 39. 40. & dissert. de autore, fato ac vetustate libri veteris de beneficiis.*

An convenienter

(*b*) Notum est in vulgus, quod uti in jure civili vox pignoris vel pro re oppignorata, vel pro jure

Digitized by Google

jure creditoris in pignore, vel pro contractu pignoratitio accipiatur, ita & feudum modo denotet rem in feudum datam, modo jus vasalli in feudo, modo contractum feudalem. Jam equidem non multum interest, utrum feudum in hoc vel illo vel isto significatu definias, ut jam notavi *in dissert. de feudis oblatis c. 1. §. 32.* non tamen debuisse doctores omittere significationem feudi pro contractu accepti, sed potissimum in definitione feudi ad contractum respicere, propter communem feudi in proprium & improprium divisionem, latius & palpabiliter monstratum fuit *ibidem & §. seq.* Quæ iterum misere & inaniter taxantur sub hoc prætextu, *quasi scilicet Longobardici scriptores feudum per beneficium, beneficium per benevolam actionem definientes, ita inculti fuerint, ut rem cum modo eam tradendi miscuerint.* Nam hoc est, quod magistri nostri in scholis vocant petitionem principii. JCti Romani pignus inter contractus reales referentes & in hoc significatu definientes an pariter inculti sunt, quod rem (vel corpoream dati pignoris, vel incorpoream juris in re) non modo eam tradendi commisceant. Ubi judicium? Unde jam facilis est responsio ad ea quæ hinc inferuntur, scilicet, *etsi parum referat quid inculti fecerint Longobardi; non tamen veniam mereri doctores, qui feudum per contractum definire voluerint, quasi scilicet non solum in exemplum trahenda esset maxime inconcinna & ab ortu verbi prosus abhorrens locutio, sed etiam illa veriore significatu relicto definitioni esset in-*

feudum definiatur in significatione pro contractu feud.

Digitized by Google

ſerenda. Scilicet feudi uſurpatio pro contractu non magis inconcinna eſt ac pignoris ſignificatio. Ergo ut venia non habent opus JCti, qui pignus ut contractum definiverunt, ita & absque venia licebit JCris feudum pro contractu ſumtum definire. Et nihil ad rem facit, quod tamen ille ſignificatus feudi pro contractu ab ortu verbi prorſus abhorreat. Nam initio negari poſſet aſſertionis illius veritas. De etymologia vocis feudi non erimus ſolliciti. De hac enim litigent inter ſe doctores pro lubitu. De guſtibus non eſt diſputandum. Similes quærunt labra lactucas. Diu antequam vox feudi reciperetur, feuda beneficia dicta ſunt. At vero cum beneficium ſit benevola actio, quis dixerit feudi, id eſt beneficii pro contractu ſumti, definitionem abhorrere ab ortu verbi. Et quid ſi etiam abhorreret? tyrones in primæ philoſophiæ doctrina inculcari audiunt, ab etymologia infirma, i. e. nullius ponderis duci argumenta. Cæterum nunquam mea fuit intentio ut voluerim inculcare tanquam præceptum doctrinale, feuda definienda eſſe prout contractum denotant; diſputatur eo in loco ad hominem adverſus doctores, qui feudum, quod poſtea in proprium & improprium dividunt, definire voluerunt. Utrum ea intentione recte ſe habeat nec ne, ibi non quæſitum fuit. Puto tamen, accuratius procedere eos, qui in doctrina ſyſtematica de feudis primo ſolum feudum rectum ſeu proprium definiunt, quia videlicet in confeſſo eſt, diviſionem feudi in proprium & improprium eſſe diviſionem generis ſi non

non æquivoci, certe tamen analogi. At terminus analogus, ut iterum ex prima philosophia notum est, definiendus est in significatu famosiore, qui in hac materia haud dubie est feudi proprii. Adde quod nunquam dictum fuerit, quasi plane seponi debeat significatus feudi, vel pro re feudali, vel pro jure vasalli accepti, etiamsi contractum feudi quis definiat. Cur enim non possis definitionem feudi ita aptare ut omnes tres significatus comprehendat, ut nos in præsenti definitione fecimus, si modo vel verbulum mutes. Si enim dicas, feudum esse *jus agris utendi fruendi solenniter concessum &c.*, habes definitionem feudi pro jure vasalli sumti. Si dicas, feudum esse *concessionem solennem juris utendi fruendi agris &c.*, erit definitio feudi pro contractu feudali. Denique si dicas, feudum *esse rem immobilem cessione solenni ad utendum fruendum traditam &c.* evadet definitio feudi pro re feudali accepti. Unde commode incidit versiculus Satyrici: *Maxima de nihilo nascitur historia.* Et postquam adeo fluctus in simpulo motos composuimus jam liceat ad alia pergere.

(c) Ita enim fert natura feudi proprii, id est quoad primam originem & primævam naturam considerati. Unde feuda ecclesiasticis, rusticis, fœminis, imo & olim civibus urbanis data, sunt feuda impropria. Graviter generosus *juris feudalis Saxonici compilator cap. 2.* Pfaffen und Frauen, Bauren und Kaufleute, und alle rechtlose, und die unehlich gebohren sind, und alle die nicht von Ritter-Art sind, die sollen Lehn-Recht darben. Sed forte

Feuda rustica, urbana, fœminina impropria esse.

Digitized by Google

veniam non merebimur, quod hunc nugivendulum auctorem, & quem abhorrent delicatoria, videlicet, ingenia, allegaverimus. Ergo, cum venia adducamus autorem *libri veteris de beneficiis §. 4. Clerici & mulieres, ruſtici & mercatores, & jure carentes, & in fornicatione nati, & omnes, qui non ſunt ex homine militari, jure carent beneficiali.*

Ruſticos non dare poſſe feuda ne quidem impropria.

(d) Scilicet in ſignificatu laxiore, ſive jus belli gerendi habeant ſua auctoritate, ut reges, ſive opera eorum in bello ſaltem miniſterialis ſit, ut duces, comites, barones &c. Unde miror, quid doctoribus in mentem venire potuerit, ut *ruſticis* etiam conceſſerint poteſtatem feuda dandi, cum tamen per modo dicta ne quidem feuda propria accipere potuerint, tanquam qui jus militandi in militia ſelecta nunquam habuerunt apud Germanos. Atque de propriis quidem feudis nullum eſt dubium. Feuda vero plebeja etſi accipiant, tamen hæc non niſi æquivoce feuda ſunt. At nec hæc quidem dare poſſunt, ſcilicet, ut jurisdictionem, prout doctores volunt, in homines ſuos accipiant. Nam nec hodie ruſticus qua talis, eſt ſubjectum jurisdictionis in Germania capax. Et quæſo oſtendatur exemplum feudi cujuscunque a ruſtico dati. Fruſtra autem eſt diſputare de potentia, quæ nunquam traducitur in actum.

Differentiæ uſusfructus Romani & Germanici.

(e) Nam olim, ut videbimus, feuda non transibant ad heredes. Ergo horum feudorum intuitu feuda erant uſusfructus ſpecies, non ſecundum jus hodiernum, ubi ad heredes transeunt.

Digitized by Google

cant. Cæterum per uſumfructum intelligo uſumfructum Germanicum, aut ſi mavis, juris gentium, non Romanum. Differentiæ potiſſimum in eo conſiſtunt. Uſusfructus Romanus dominio & proprietati opponitur. At uſusfructus Germanicus opponitur ſaltem hereditario juri, ſeu proprietati hereditariæ. Huc ſpectat *formula Bignon. 20.* verb. *nec ad proprium facere nec heredibus meis &c.* Unde fluit altera differentia primaria, quod uſufructuarius Romanus non poſſit rem ullo modo mutare, nequidem in melius, at vero uſusfructus Germanicus continet jus mutandi ac vertendi ſylvam in agrum, lacum in lucum, utrumque in viride pratum & paſcua. *2. F. 8. §. 1. 2. F. 28. §. ſi vaſ. & ibi* Dd. vide latius Schilterum, *Exerc. ad Pand. tit. de uſufructu.* Et quid opus eſt doctores allegare in re uſus quotidiani. Ut enim taceam, antiquum uſumfructum, quem tutores habebant in bonis pupilli, uſusfructus patris in bonis liberorum & mariti in bonis paraphernalibus adhuc hodienum talis eſt, uti uſumfructum Germanicum deſcripſimus, ubi ſcilicet doctores, qui jus Romanum miſcuerunt Germanico, jura patria non perdiderunt. Uno verbo, *uſusfructus Germanicus eſt ſpecies dominii temporalis & revocabilis*, neque ejus eſſentia conſiſtit in duratione ad tempus vitæ, ſed quod ſua natura non debeat egredi terminos vitæ. Unde poteſt ad aliquot annos, ad annum &c. conſtitui, imo plane precario, ut quandocunque concedenti libuerit, uſumfructum illum revocare, id liceat. Uti autem in genere natura domi-

nii revocabilis est, ut res firmiter alienari non possit, ita non est mirum, quod usufructuarius apud Germanos non habeat potestatem alienandi. Igitur & feuda quoad primævam naturam, ubi reges ea pro lubitu revocabant, erant simul & ususfructus, & dominia revocabilia. Nam haud dubie & tum vasalli rem pro lubitu mutare, sylvam in agrum, lacum in lucum, agrum in pratum &c. potuerunt. Nec est, quod forte rideas terminum dominii precarii. Id enim facile concipi poterit, si distinguas diversas dominandi relationes. *Conf. interim Schilterus [illegible]*

Chimæra feudorum in pecunia & aliis rebus mobilibus.

(f) Feudum enim ex primæva natura consistit in re *immobili*. Deque ea re fere nullum est dubium. Imo quia actiones & negotia humana potissimum ex intentione contrahentium essentiam accipiunt, non male dixit compilator juris feudalis Longobardici *2. F. 1.* in fine, *feuda non nisi in rebus soli aut solo cohærentibus aut iis quæ pro immobilibus habentur posse constitui.* Scio Dd. communiter contrarium statuere, sed uti fundamentum errori præbuit non rite intellectus textus *2. F. 25.* ubi *nummorum in feudum dandorum* fit mentio, ita non confundi debebat cum feudo pecuniario seu feudo in pecunia, pecunia feudalis, & reditus annui pecuniarii. Scio, multos provocare ad usum & praxin. Sed in illa praxi nil nisi pecuniam feudalem & reditus annuos deprehendes. Bene Dn. Tornovius *de feudis Meclenburgicis Sect. 4. §. 6. pag. 220. Feuda pecuniaria tam rara hic in Megopoli sunt, ut nullum eorum exemplum allegare possim.* Credo

Digitized by Google

do & alibi etiam illa feuda esse invisibilia, donec afferatur exemplum in contrarium. Eamque assertionem in genere de feudis rerum mobilium intellectam volo. Nec timeo jurisprudentiam feudalem diplomaticam. Video equidem provocari ad Broweri *antiquitates Fuldenses*, quasi ibi extet exemplum servorum & ancillarum in feudum concessorum, & ad Tolneri *diplomata Palatina*, quasi illa referant exemplum nummorum in feudum datorum, sed nihil muto. Equidem Browerus *antiq. Fuld. l. 3. c. 16. p. 260.* affert formulam traditionis super Westheim & Mitteldorff a quadam matrona, nomine Tutesche Egberto Abbati factam. Hæc præterea Abbati *servos* etiam tradidit, *cum uxoribus & filiis eorum & omni cognatione sua & possessione eorum.* Sed præterquam, quod servi & ancillæ hic non sint absque prædiis eorum rusticis traditi, unde quis ex illa formula probare possit, eam agere de feudo, cum nihil referat, nisi donationem simplicem & puram ecclesiæ factam. Porro diploma quod Tolnerus refert *n. 50. p. 43.* est prolixius sit, quam ut totum apponi possit, nihil tamen de feudis, nihil de feudo pecuniæ continet. Verba, quæ errori occasionem, dederunt sunt sequentia. *Adhæc quoque beneficium ten. Marcarum, quod primum de manu cujusdam principis vel cujusdam nobilis vacaverit, idem Archiepiscopus ad usus ejusdem clerici dimittere firma stabilitate promisit ita videlicet, ut filium fororis suæ Adelbertum earundem ten. Marcarum sibi legitimum heredem relinquat.*

Digitized by Google

Hic iterum nolo urgere, assertionem, quod per *beneficium 100. Marcarum* intelligatur *beneficium in 100. marcis consistens* committere petitionem principii, cum multo verisimilius intelligi possit beneficium prædii annuatim centum marcas reddituum exhibens: id saltem postulo probari, diploma hoc agere de feudo & non de beneficio ecclesiastico, inter quæ insignis est differentia. Sed hæc fusius deducere non est præsentis instituti. Conf. interim pro explicatione illius diplomatis Paulum Sarpium *de beneficiis p. 93. seq. p. 202. seq. p. 366. seq. edit. Ameloti.*

Inepta argumentatio a fidelitate ad feudum, in primis ubi agitur de fidelitate episcoporū Metropolitanis præstita.

(g) Hoc omnes fatentur, fidelitatis præstationem esse de essentia feudi. Cave tamen ne putes, promissionem fidelitatis absolvere totam feudi essentiam. Imprimis cum fidelitatis præstatio sit multiplex, & adeo certum quoddam fidelitatis genus saltem ad feuda pertineat. Ita fidelitas alia est administratoria, alia subjectionis, alia feudalis. Magnif. Dn. Berger *de nexu jurisjur. quo fidelitas & subjectio continetur. §. 12.* Ita alia est promissio fidelitatis & obedientiæ canonicæ quam præstant Episcopi Metropolitano, alia feudalis quam præstat vasallus Seniori. Petrus de Marca *de concord. sacerdotii & imperii l. 6. c. 3. §. 13. p. 791. seq.* Unde non nisi crassissimam jurium ignorantiam profiteretur, qui asserere vellet, Episcopum fuisse Metropolitani vasallum, qui olim juramentum eidem præstitisset, in cujus formula verbum fidelitatis extitisset. *Fraudulentæ argutiæ*, inquit Dn. Ludewig

Digitized by Google

dewig *dissert. de indole feudorum c. 2. §. 7. lit. K. p. 35. Omnis vasallus fidelis est, sed non omnis QUONDAM fidelis illico vasallus*, Conf. eundem *dissert. de primatu Germaniæ cap. 1. §. 24. p. 12.*

(b) Ob hæc enim, ut concedunt omnes, feuda primitus inventa sunt. Et hoc intuitu beneficia feudalia potissimum differunt a beneficiis ecclesiasticis. Unde plane a natura feudorum verorum degenerant feuda rustica, & feuda quæ a Dd. franca appellantur, quasi scilicet in his nulla vasallus debeat servitia domino. Res inconcinna & juri feudali incognita. Sic enim feuda plane degenerarent in allodia. Et verius est, alio plane in significatu feuda franca seu libera dici, quasi quæ proprie dentur solis ingemuis, aut quæ libera sint a tributis. Vide Spelmannum & Cangium *hac voce*. Conf. Eyben *elect. feudal. c. 3. §. 9.* Chimera feudorum francorum in significatu vulgari.

§. II.

Per *originem feudorum* porro intelligo non solum *tempus*, quo orta sunt feuda, sed & *populum*, a quo originem ducunt, & *naturam* quam feuda a prima origine habuerunt, & *intentionem* eorum qui feuda introduxerunt. (*a*) *Origo intelligenda ratione temporis, personarum, intentionis, naturæ.*

(a) Solent equidem JCti, qui feudorum doctrinam tradunt, communiter quædam annotare de ortu feudorum ratione *populi & temporis*, sed de *intentione* introducentium & *natura* feudorum primæva vel ubique altum est silentium, vel superficiariam saltem & confusam deprehendes hujus Neglectus communis & utilitas doctrinæ de intentione & scopo feu-

dorum introductorum, eorumque natura primæva.

hujus doctrinæ tractationem. Cum tamen finite distincta cognitione naturæ feudorum primævæ, & qua intentione primitus feuda fuerint introducta, fere impossibile sit aliquid solidi circa feuda tradere, ut adeo facile appareat, quam illotis manibus doctrinas feudales suscipiant tractandas, qui ne quidem de auctoribus & tempore introductorum feudorum, multo minus de ratione introductionis & naturæ primæva feudorum sunt solliciti, sed plurima de vocibus ac terminis & eorum etymologiis ex variis & diversissimi generis auctoribus labore plusquam humano consarcinantes, lectori ingenuo tædium, & proprio ingenio & judicio, quantulumcunque etiam sit detrimentum pariunt, ut post plurima folia perlecta lector sit incertior, quam antea fuerat, & ipsi perpetuo fluctuent, ac sibi in singulis fere paginis contradicant, adeoque revera nesciant, quid aut qua de re differant. Notum est, rationem legis ejus esse animam, & fontem unde omnes bonæ & rationabiles legis interpretationes sunt petendæ. Idem etiam de moribus dicendum. Neque enim credendum, legum solum scriptarum esse rationes, & ineptum esse, ut JCtus inquirat in rationes morum. Mores ex actionibus hominum constant. Omnes actiones humanæ habent suas rationes. Hæ verò ex occasione, intentione, scopo, causa impulsiva, vel finali petendæ sunt. Neque caret hæc disquisitio fructu in studio juris. Etsi enim morum nulla sit interpretatio, ut quæ tantum de vocibus & verbis præ-

prædicatur, æquipollet tamen in moribus exponendis interpretationi divinatio de natura negotiorum moribus introductorum, ubi historiæ, diplomata, leges scriptæ deficiunt. Adde quod Dd. sæpe de intellectu legum, de negotiis quæ moribus ortum debent, disponentium, palpabiliter erroneas doctrinas pro veris tradiderint, solummodo ob neglectum inquisitionis, cur & cui usui negotium fuerit introductum. Huc pertinet ex gr. doctrina de feudo a rusticis dando, de feudo in pecunia consistente, de quibus jam ad præcedentem §. actum. Ita notum est, Dd. disquirere, an emphiteusis etiam consistere possit in ædificiis, & non paucos quæstionem affirmare, argumentis ex regulis interpretationis utcunque petitis; qui id nequaquam fecissent, si attentius cogitassent de occasione inventæ emphyteuseos, & intentione eorum, qui originem dederunt huic contractui, item quænam sit differentia inter jus superficiei & jus emphyteuseos &c.

§. III.

Equidem *populum*, cui feuda natales suos debent quod attinet, jam a pluribus ostensum fuit, feuda nec ad *mores gentium communes*, nec ad instituta *Romanorum*, nec ad mores antiquorum *Gallorum* referenda esse (*a*). Potissima quæstio est, an *Longobardi* (*b*) an *Germani in universum* (*c*), an vero in specie *Franci* (*d*), feuda invenerint.

De autoribus feudorum sententia communiter hodie rejecta. Refert quæstio an Longobardi, an Germani in genere, an Franci.

(*a*) No-

Digitized by Google

Autores, qui vulgares sententias de autoribus feudorum rejecerunt, & fundamenta rejectionis summaria.

(a) Nolumus hic prolixiores esse, cum illae sententiae olim quidem suos invenerint amasios sed hodie fere pro explosis habeantur. Scilicet non videndum est, an apud gentes in univer sum, aut apud Romanos vel Gallos antique aliqua inveniatur convenientia generalis nego tiorum istis populis usitatorum cum feudis, se an omnia, quae in definitione feudi conjunx mus, requisita adsint, quod negamus. Esse igitur, etiam in sacris literis occurrere exempla regnorum tributariorum, apud Romanos antiquitus fuisse in usu clientelas, ipsis non infrequentia fuisse fœdera cum populis victis, cum formula, ut populus victus promitteret, quod majestatem populi Romani comiter colere atque revereri velit; habuisse Romanos suos duces & comites, distribuisse eos militibus post victoriam in praemium praedia ab hostibus capta, convenire Soldurios antiquorum Gallorum cum vasallis in uno & altero tertio &c. haec tamen singula non sufficiunt ad probandam originem feudorum. Vide fusius Struvium *in Synt. Jur. Feud. c. 1. aph. 3. n. 8. seq.* Ante quem jam Petrus Heigius *quaest. 1.* & Conr. Rittershusius *Partit. Feud. l. 1. p. 69. seq.* istas sententias rejecerunt.

Occasio & causae, cur feudorum origo Longobardis adscripta.

(b) JCti Itali commentantes ad consuetudines feudales Longobardorum, cum aliae leges feudales ipsis essent ignotae, nec ab ipsis postulari poterat scientia antiquitatum Germanicarum & Francicarum, cum ipsi vixerint extra Germaniam, & illis quidem temporibus, ubi humaniores

Digitized by Google

niores literæ negligerentur & ſtudia antiquitatum hiſtoriarumque. Ergo facilis fuit lapſus in eam ſententiam, quod Longobardi ſint autores primi feudorum. Et cum illis temporibus adeo maxime regnaret præjudicium autoritatis, & diſcipuli propagarent, quæ a doctoribus ſuis audiverant, translatis academiis ex Italia in Germaniam in mediis ſeculis iſtis barbaris, ſimul translata fuit ea doctrina de Longobardis primis feudorum autoribus, in Germaniam, atque rurſus per diſcipulos Germanos, novorum doctorum Italicorum maximos admiratores ad poſteritatem fuit propagata. Et quamvis mores patrii facile contrarium perſuadere potuiſſent, comtempſerunt tamen iſti diſcipuli doctorum Italicorum mores patrios, & ſcripta germanica eo pertinentia, ex falſa hypotheſi, quaſi vera eruditio ſolum quærenda ſit in ſcriptis latino idiomate exaratis, & quaſi ea, quæ omnes ex populo ſcirent, & facile ſcire poſſent, ſint vulgaria, plebeja & erudito adeo homine indigniſſima &c. Cumque hoc modo in academiis ſolum inculcaretur jus peregrinum, & ex academiis poſtea idem in forum protruderetur, non potuit non ſimul jus patrium etiam in ſcripturam redactum incognitum & ignotum fieri ac negligi ab omnibus, qui pro eruditis haberi volebant. Cum vero poſt reformationem in Germania creſcentibus quotidie & augmenta capientibus bonis literis a Goldaſto, Reubero, Frehero aliisque viris, de antiquitatibus germanicis ſollicitis, publici juris fierent ſcriptores rerum germanicarum, noſtris temporibus perſuaſi quidam

Digitized by Google

dam JCti celeberrimi, quod Longobardi pro primis auctoribus feudorum haberi non possent, sed nondum persuasi de usu insigni legum germanicarum in media barbarie collectarum, inceperunt docere, Longobardos quidem non esse auctores feudorum, sed tamen juris feudalis originem illis deberi.

Cur Germanis in universum.

(c) Qui Germanis in universum tribuerunt originem feudorum, in eam sententiam videntur inclinasse, occasione præcedentis doctrinæ, quasi videlicet Longobardi, populus quoad originem haud dubie Germanus, mores feudorum ex Germania in Italiam transtulerit. Accedit, quod hodienum feuda apud solos populos vigeant, qui vel Germani sunt, vel ubi veteres Germani olim imperium tenuerunt, ut apud Francos, Anglos, Suecos &c. Conf. Struv. *d. l.*

Autores qui Francis solis tribuerunt originem.

(d) Video pro hac sententia citari a Struvio *d. aph. 3.* Carolum Molinæum *ad Consuet. Paris. tit. 1. princ. num. 12. & 13.* sed in mea editione, qua utor, & quæ impressa est Francofurti anno 1575. eorum quæ ex Molinæo excerpsit Struvius nullum deprehendi vestigium, sed potius Molinæus *ibid. n. 26.* diserte statuit, quod putet, a Longobardis primum inventum & in Italiam introductum esse usum feudorum. Sed placuit tamen ea sententia, quod feudorum autores sint Franci, non Germani in genere, Illustri Dn. Coccejo *Hypomn. jur. feud. tit. 1.* eamque latius deduxit Dn. Hertius *de feudis oblatis part. 1. th. 2.* qui & Ericum Mauritium pro eadem citat.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Et *Longobardos* quidem primos feudorum auctores haud esse constat partim, quia Francis diu antequam Longobardorum regnum in Italia inciperet, jam feuda in usu fuerant (*a*), partim, quia in volumine legum Longobardicarum nulla feudorum fit mentio, exceptis legibus Caroli M. & successorum, qui simul fuere reges Franciæ (*b*). Unde jam facile responderi potest ad argumenta dissentientium (*c*).

Longobardis non possit adscribi originem feudorum, probatur sensibiliter.

(a) Id quod prolixius probabit in sequentibus dissertatio nostra.

Quia feudorum usus antiquior est regno Longobardorum.

(b) Hoc vero patet ex oculari legum Longobardicarum inspectione. Conf. *Select. cap. hist. Jur. feud. §. 35.*

(c) Equidem Struvius *d. aphor. 3. n. 4.* putat, Longobardos in Italia cum seculo VI. illam occuparent, feuda constituisse. Sed rationes, quibus utitur, id nequaquam evincunt. Nam etsi Huldericus Mutius *chron. germ. fol. 40.* de Alboino scribat, quod is *agros Italiæ suis diviserit* & quod illis, qui quotidie sine intermissione plures illum ex Germania secuti fuerint, *omnibus possessiones dederit*; non tamen exinde sequitur, ut omnes illi agri militibus pro opera militari præstita, aut pro ea in posterum præstanda, multo minus, ut conjunctim intuitu utriusque & præstitæ & præstandæ concessi fuerint; & si id etiam inde sequeretur, non sequeretur tamen, ut illa manifeste originem feudorum in Longobardia innuant. Alias enim etiam sequeretur, ut ab

Quia leges primæ feudales Longobardorum a Carol. M. Respondetur rationibus dissentientiu.

Alexandro Severo initia feudorum derivanda sint, qui etiam ducibus & militibus agros ab hostibus captos donavit, ita ut non nisi ad heredem militantem pervenirent, quod tamen recte negat idem Struvius *ibid. n. 8.* Decepit virum, alias de jurisprudentia universa & inprimis de feudali insigniter meritum, idque nec dissimulat, quod in *1. F. 1.* dicatur, *jam antiquissimo tempore* illa viguisse in Longobardia. Nam (1) feudista mentionem Italiæ aut Longobardiæ non facit, (2) antiquissimum tempus etiam in bona latinitate non denotat semper tempus absolute & maxime antiquum, sed relate ad tempus novius, in tantum, ut Cicero etiam epistolam antiquissimam vocet ante biduum vel triduum scriptam. Bitschius ad *1. F. 1. p. 27.* (3) Intuitu ergo temporis, quo compilator juris feudalis ista scripsit, etiamsi in specie Italiæ mentionem feciſſet, tamen vera dixisset, etiamsi antiquissimum tempus intelligatur de temporibus Caroli M. Neque porro ex facto ducum Longobardicorum, post interregnum novum regem sibi constituentium, quicquam inferri potest, quod vel tum temporis feuda in Longobardia cœperint esse in usu. Esto, Duces illo tempore *omnem substantiæ suæ medietatem regalibus usibus tribuisse, ut esset, unde Rex ipse, & qui ei aderant, ejusque obsequiis per diversa officia dediti alerentur*, nequaquam tamen inde sequitur, ut Rex haud dubie his, qui aderant, ejusque obsequiis erant dediti, prædia ex illis bonis attributis sub conditione fidei concesserit, & sibi illos devinxerit, vel ut duces ipsi dignitates

&

Digitized by Google

& quasdam terras sub ejusmodi conditione retinuerint; Nam alias sequeretur, ut in omnibus regnis fuerint & sint feuda, cum nullum regnum concipere valeamus, sine bonis ad sustentationem regis & dignitatem status ejus necessaria. Et Pancirollus, ad quem provocat Struvius, *var. lect. l. 1. c. 90.* non eam illationem ex verbis antiquorum scriptorum, facta illorum Ducum memorantium, collegit, sed potius memoria lapsus putavit, ac si scriptores retulissent, quod novus Rex a Ducibus electus, his, dominio supremo sibi reservato bona in feudum concesserit. Nam cum alias diligens sit in allegandis scriptoribus, unde sua hausit Pancirollus, hoc loco tamen neminem allegat. Ex dictis vero patet, quod sine ratione prægnante Petrus Heigius JCtus alias eximius, scripserit *qu. 1. n. 11.* difficillimum esse convellere argumenta eorum, qui feuda a Longobardis orta esse docent. *Confer* Alteserram *de Orig. Feud. cap. 1.*

§. V.

Argumenta vero eorum, qui *variis Germaniæ populis* originem feudorum tribuunt (*a*), nihil aliud probant, quam quod feuda non ab alio, quam Germaniæ populo ortum debeant (*b*), aut, quod non demum Carolus M. feuda introduxerit (*c*). Nam quod jam tempore Taciti feuda Germanis cognita fuerint, haud quaquam verosimile est (*d*).

Argumenta eorum, qui Germanis in universum adscribunt originem feudorum esse insufficientia.

(a) Primo Petrus Heigius *d. qu. 1.* originem primam Longobardis, post hos Francis & aliis

Recensentur autores

& argumenta eorum.

Germaniæ populis ortum feudorum tribuit. Hunc secutus Rittershusius *partit. feud. lib. 1. p. 65.* istos populos alios nominat, Alemannos, Bojoarios, Suecos, Saxones &c. eamque in rem argumenta quædam suppeditat, quorum jam nonnulla anticipavimus supra *§. 3. lit. c.* Denique Struvius *d. apb. 3.* argumenta ista summatim redegit in ordinem (1) quod non aliarum nationum, sed soli rerum germanicarum historici feudorum faciant mentionem, (2) quod leges nationum germanicarum antiquæ a Lindenbrogio collectæ solæ quædam de feudis constituta memorent, (3) quod formulæ & nomina in jure feudali maxima ex parte sint germanica, (4) quod feudorum institutum apte congruat bellicæ germanorum indoli, (5) quod etiam hodie feuda fere in sola Germania, ac terris olim a germanis occupatis, sint recepta.

Ex his quædam probant saltem, quod feuda a quedam populo germanico inventa sint. Aut quod non demū Carolus M. feuda introduxerit.

(b) Scilicet prima, tertia, quarta & quinta ratio Struvii.

(c) Huc respicit secunda ratio ex Struvio adducta, quam etiam potissimum eum in finem allegavit Petrus Heigius *d. qu. 1.* Nam si ostensum fuerit, populos illos Germaniæ reliquos, Alemannos, Bojoarios, Suecos, Saxones tempore legum publicatarum, in quibus constitutiones de feudis extant, jam fuisse sub imperio Francorum, & Francos antiquissimis temporibus, & ante leges illos populorum memoratorum, jam introduxisse feuda, patebit id argumentum Francis inventionem feudorum adimere non posse.

(d) Hæc

Digitized by Google

(d) Hæc sententia videtur peculiaris fuisse Struvio *d. aph. 3. n. 3.* Nam in Heigio & Rittershusio eam non deprehendi. Quamvis ipse Struvius dubitanter loquatur. Putat enim occasionem & seminaria feudorum *fortasse* deducere licere ex Taciti loco *de moribus germanorum c. 14.* ubi Tacitus memorat, comites principibus maxima fidelitate addictos fuisse. Quod enim addit Struvius, CREDIBILE ESSE, his fidelibus concessa postea fuisse a principibus prædia tum in ipsis germanorum, tum etiam in occupatis bello terris, sub conditione fidei & servitii militaris, id, tacentibus ea de re in universum historicis, nobis non magis videtur *credibile*, quam, si quis ex eadem conjectura vellet adversus Struvium originem primam feudorum adscribere Romanis, aut aliis populis, antiquioribus bello & militiæ maxime deditis.

Ex Tacito origo feudorum probari nequit.

§. VI.

Igitur *Francos* quod attinet, jam ante seculum *Carolo Magno* primam feudorum originem adscripsit Thomas Franzius JCrus Wittebergensis (a) multis eam in rem adductis argumentis, adversus eos quidem multum valituris, qui in Italia Longobardos auctores feudorum faciunt, (b) nequaquam vero demonstraturis, ante Caroli M. tempora in Gallia & Germania feuda fuisse incognita, ut jam eodem tempore bene observavit Petrus Heigius (c).

Argumenta eorum qui feuda dicunt a Carolo M. esse inventa, quem usum habeant.

(a) Anno videlicet 1596. non solum *in disp.* scil. Thom. *de feudorum origine*, sed & *peculiari oratione* Franzii.

Digitized by Google

ea de re habita, quarum utramque ſyſtemati ſuo ſubjunxit Struvius.

Uſum habent contra eos qui feuda a Longobardis deducunt aut demum a Conrado imperatore.

(b) Nam potiſſimum eum in finem ſcripſiſſe iſta Franzium, patet ex *th. 11. diſp. cit.* & tota oratione; quanquam & ſimul reſpexerit ad ſententias alias de origine feudorum, hodie plane exploſas, de quibus jam diximus ſupra *§. 8. lit. a.* & inprimis ſententiam Matthæi de Afflictis, originem conſtitutionum feudalium Conrado Imperatori aſſignantis, falſitatis convincere voluerit, idque feliciter effectui dederit. Dolendum vero eſt, JCtum inſignem fere ſolum ex hiſtoricis præ oculis habuiſſe Sigonium de antiquo regno Italiæ, hiſtoricum quidem optimæ notæ, ſed tamen noviorum temporum. Quam caute enim in doctrina de antiquitatibus germanicis vel Italicis ejusmodi hiſtoricis utendum ſit, docebunt ſequentia. Quod ſi vero hiſtoricos Carolo M. antiquiores inſpexiſſet, haud dubie ſenſiſſet, ad antiquiora tempora feudorum origines eſſe referendas.

Jam ſuo tempore Heigius vidit feudorum uſum ſub Merovingis.

(c) d. qu. 1. ubi contra hanc ſententiam Franzii data opera videtur diſputare, quamvis eum, utpote collegam, non nominet. Et jam ipſe Heigius ſubodoratus eſt, ſub Merovingis jam in Francia feuda viguiſſe.

§. VII.

Cautela circa demonſtrationem quod Merovingis de-

Antequam vero ulterius in monſtranda feudorum origine, & quod *ſolis Franciæ Regibus* ea ſit tribuenda, progrediamur, non inutile erit, quasdam *cautelas* prænittere, ac oſtendere, quinam ſcopuli hic

ſint

Digitized by Google

sint vitandi. Initio *caute legendi* (*a*) *sunt autores*, qui in indagandis antiquitatibus Germanicis aut Francicis, & in specie feudalibus originibus *inventa & augmenta plurimorum seculorum fere promiscue connectunt*, & sic sæpe confundunt, quorsum refero potissimum scripta *Antonii Dadini Alteserræ* (*b*) & *Pauli Hachenbergii* (*c*).

beatur origo feudorũ.

(1) *Caute legendos esse autores qui historiam plurium seculorum miscent.*

(*a*) Dico *caute legendi* sunt, legendi tamen. Neque enim intentio nostra est, auctoribus, quorum hic & in sequentibus mentionem facimus, eorumque famæ & meritis quicquam detrahere, aut pretia librorum ab ipsis editorum minuere; sed potius ostendere, quomodo nævi *lectori* sint cavendi, qui non ipsis *auctoribus* librorum imputari possunt. Omnibus qui studia bonarum literarum & antiquitates historicas scriptis suis promovent, gratiæ sunt agendæ, etsi non omnes æquali judicio scribant, hoc enim ipsorum vitium non est, quia judicium adjuvari quidem potest mediis naturalibus & moralibus, non vero adquiri & comparari potest deficiente natura, neque diligentia, cum varia & infinita lectio ei plus noceat quam prosit, neque divitiis aut dignitate status. Lectoribus vero librorum duo potissimum extrema cavenda sunt, ne scilicet ejusmodi autores nimis admirentur & eorum tradita absque judicio exscribant, tum, ne in alterum extremum currentes ejusmodi auctores contemnant, aut in eos ubi erratum fuit, invehantur, multo minus ex studiosa collectione aut consarcinatione talium errorum vanam glorioſam captantes

Legendos tamen. Scultitia eorum, qui quoscunqs etiam auctores de antiquitatibus patriis scribentes contemnunt, & de erroribus eorum multa latrant.

invidiam ſuam & plus quam caninum ingenium prodant; Judicioſiſſime ſi unquam, vir, in ſuis ſcriptis, Dn. Ludewig. *Non artis eſt notare hæc peccata, cum maxime ſint ne quidem obſcura craſſiori Minervæ, de indole Feud. cap. 4. §. 1. lit. a. p. 57.*

Judicium de ſcriptis Antonii Dadini Alteſerræ.

(b) Antonius Dadinus Alteſerra JCtus Tolosanus celebris & ex variis ſcriptis, puta *antiquitatibus Aquitanicis, recitationibus quotidianis in Tryphonini diſputationes & varios titulos digeſtorum & codicis*, aliisque tractatibus notiſſimus. Hic vero reſpicio ad ejus libros tres *de ducibus & comitibus provincialibus Galliæ*, & librum ſingularem *de origine & ſtatu feudorum pro moribus Galliæ conjunctim editos Toloſæ 1643.* Horum ultimum iterum edidit Schilterus & ſuis commentariis ad jus feudale Alemannicum adjunxit. Continent illi tractatus de ducibus & comitibus, item de originibus feudorum, multas egregias & notatu digniſſimas obſervationes. Sed cum judicio legi volunt, inſtar locorum communium. Etſi enim in iisdem ordinem temporum utcunque obſervaverit & ad marginem ſubinde annotaverit, non tamen ubique loca autorum id quod per illa demonſtrare intendit, probant, (ut ſubinde in ſequentibus annotabimus,) & nimium extendit vocem originum feudalium, dum in plerisque capitibus a temporibus demum Carolingicis origines ſuas feudales deducit, in aliis vero, quamvis id fiat rarius, ab antiquioribus temporibus easdem repetit &c.

(c) Pau-

Digitized by Google

(c) Paulus Hachenbergius Profeſſor Heidelbergenſis anno ſeculi ſuperioris 75. edidit *Germaniam mediam*, promulſidis & prodromi loco, (cum juſtum ea de re tractatum ſecundis curis elaborandum meditaretur,) in quo de regimine, generibus ſive ordinibus, legibus, re militari, nuptiis, ſtudiis, lingua, religione, re feudali, nummaria, veſtiaria, funebri Germaniæ mediæ diſſeruit. Multa jucunda & utilia continet opuſculum, unde commendandum inſtitutum Rengeri, quod ſecundum ejus editionem provocaverit, imprimis cum autor poſt primam editionem, promiſſam emendationem & ſecundas curas non præſtiterit. Sed ſunt tamen nonnulla, quæ in eo tractatu deſideres. Initio enim periodus Germaniæ mediæ nimia amplitudine laborat, dum, ut vel ex libri titulo apparet, media illa Germaniæ ſecula a Trajani temporibus incipiendo ad Maximilianum I. usque computat. Deinde & in iſtis ſeculis ordinem temporum non obſervat, ſed ubique, & præcipue intuitu eorum, quæ a Trajano ad Carolum M. intra ſeptem ſecula geſta ſunt, noviora antiquis, ſine ordine miſcet. Tum rariſſimæ genuinos fontes, unde ſua hauſit, indicat, ſed ſæpius data opera plurima ex aliis bonis auctoribus deſcribit, vel obiter & alieno loco appoſito eorum nomine. Ita, quod ad rem præſentem propius attinet, deprehendimus *diſſertationem nonam* quæ *de re feudali veterum germanorum agit*, tantum non integram ex Henrici Spelmanni *gloſſario* de verbo ad verbum deſcriptam eſſe, inſertis paucis

Item de Pauli Hachenbergii Germania media.

locis communibus aliunde desumtis, obiter saltem citato Spelmanno, *p. 325.* cum ab eo dissentiret, & iterum *p. 331.*

§. VIII.

(3) Tradita historicorum noviorum conferenda esse cum coævis.

Porro *cavendum* est, ne quis omnia ea, quæ *scriptores historiæ Francicæ noviores* etiam alias optimæ notæ, de antiquitatibus feudalibus, ante Carolinis potissimum, literis prodiderunt, absque judicio pro veris habeat, sed ut asserta eorum examinet, an cum fontibus, *seu coævis scriptoribus* conveniant (*a*); Exempli loco esse poterit, quod *Paulus Æmilius* de *Ducibus Francorum* asserit, quod *sub linea Merovingica jam consuetudo, etiam jurejurando Regum confirmata, invaluerit, ut nisi sceleris convicti abire imperio non cogerentur* (*b*).

In hujus cautelæ praxi potissimum occupatum esse P. Danielem in historia Franciæ plura de isto autore.

(*a*) Laudabilem igitur & valde commendandum operam suscepit Jesuita Gallus Daniel, quod post Valesium, aliosque, qui ante eum similia tentarunt, in edenda nova historia Franciæ hinc inde, non solum tradita a novioribus scriptoribus sollicite contulerit cum scriptoribus coævis, sed & ipsorum coævorum scriptorum narrationes examinaverit, cum non solum Hunibaldi, Turpini & similes, impudentissimas data quasi opera scripserint fabulas, sed &, ut mox videbimus, Gregorii, Fredegarii, Aimoini &c. intuitu negotiorum eorum tempore gestorum, aut a quibus non longe fuere remoti, parum verosimilia memorent, vitia partim seculi, partim affectuum ipsis cum aliis hominibus quibus-

Digitized by Google

buscunque communium. Sed & ipse tamen Daniel eadem cautela legendus. Unde etsi ex gr. erudite probaverit, Clodovæum fuisse primum regem in Francia cis Rhenana, etsi ea argumenta non sint nullius momenti, quibus probat, minus esse verisimile, quod Ægydius Romanus a Childerici (patris Clodovæi) subditis, Childerico expulso, in Regem fuerit electus; vix tamen est verosimile, quod idem contra constantem primorum scriptorum historiæ Franciæ fidem, absque sufficientibus rationibus defendere allaborat, quasi tota historia de pulso Childerico, de hujus ingratitudine erga Regem Thuringiæ, & adulterio cum hujus uxore, de matrimonio ejus cum adultura &c. pro fabula Romanica sit habenda. Quicquid dissimulet scriptor elegantissimus, non errabo, si dixero, ejus intentionem primariam fuisse, ut horrenda Regum Francorum facta stilo ita temperato sic depingeret, aut coloribus undequaque quæsitis dubia redderet; aut minus horrenda, idque singulari artificio, & vix ab illis, qui alias crassiores adulationes sentire ac a veritate secernere valent, notando, quæ videlicet in re Jesuitæ, ut artifices insignes, suos discipulos a tenera juventute præparare & perficere solent. Adde quod noster eximio & raro judicio præditus fuerit, quod ex singulis paginis scripti ejus Anti Cartesiani patet, & adeo, si quisquam, ad subtilem adulationem aptissimus. Ceterum me haud falsa de auctore scripsisse, cuilibet apparebit, qui vel Clodovæi vitam ab ipso descriptam, cum solo etiam Gregorio Turonen-

si

si conferet. Deprehendet enim, absque horrore vix legi posse perfida & crudelissima facta apud Gregorium, contra Danielem alio modo phrasi substituta, aut etiam verbulo interposito, efficere, ut ea tam horrenda non appareant. Pertinet etiam ad artificium Danielis affectatio sinceritatis in præfatione *b. 6.* ubi taxat antiquos historicos, quod in describendis antiquorum Regum actionibus & depingendo eorum charactere nimis adulentur, & contra in inimicis Francorum depingendis odii sui vestigia ostendant, atque hanc observationem exemplo ipsius Clodovæi & Theodorici Regis Italiæ declarat. Quasi scilicet ipse ab omni præjudicio liber sit; etsi in eadem præfatione *a. 7.* versic. *que si l' on avoit &c.* per exempla factorum Romuli, fratrem, Horatii, sororem interficientis, facta Clodovæi extenuare non obscure tentaverit. Credo itaque, potissimam causam, quæ auctorem illum moverit, ut totam narrationem de Childerico pro fabula haberet, etiam fuisse, ne Clodovæus ille, primus regni Francici & religionis clericalis in Gallia fundator, habeatur pro filio adulterino & illegitimo.

Exemplum cautelæ ex Æmylio. An verum, quod sub Merovingis juramento cautum fuerit, quod Reges

(b) Pauli Æmilii elogia vide apud Vossium *de historicis latinis lib. 3. cap. 12. p. m. 604.* Refert autem hic *libro 1. de rebus gestis Francorum sub Childerico I. p. m. 35.* quasdam circumstantias apprime ad nostrum scopum facientes. *Duces*, ait, *Comitesque initio ab regibus præficiebantur gentibus civitatibusque, ac cum videretur, dimittebantur. Deinde inveteravit consuetudo,*

ut

ut nisi sceleris convicti, abire imperio non cogerentur; idque postremo, ut quisque eo munere donabatur, jurejurando regum cavebatur. Quod exemplum etiam ad magistrum militiæ ac eum pervenit, quem majorem magistrumque domus Franci vocitabant &c. Hunc locum si observasset Alteserra, haud dubie *cap. 5. de Ducibus & Comit. provinc.* eo ornasset, ut in quo ostendere vult, quod Duces & Comites primum temporarii, tum perpetui & hereditarii facti fuerint. Nam continet profecto ille locus Æmilii circumstantias de mutatione conditionis primævæ Ducum & Comitum in Francia notabiles, potissimum, quod illam de jurejurando a regibus præstito attinet. Quam circumstantiam idem Paulus Æmylius mox declarat fusius *eod. lib. 1. pag. 45. sub Clothario II. Austrasiis magistrum equitum dedit* (Clotharius) *Rhadonem, Burgundionibus Warnerium. Transjuranis vero Herponem. - - Habitisque harum trium separatim gentium conciliis - - nec quicquam, quod dari honesto posset, petentibus denegavit: quousque magistros equitum illis præficiebat propalam per sanctæque juravit, eis se magisterium illud non abrogaturum. Ea benignitas comitasque adeo Austrasianorum Burgundionumque animos in illum confirmavit. &c.* Sed nescio quomodo insignis historicus lapsus fuerit, ut talia scriberet. Si enim Fredegarii *Chronicon*, & quæ ille *capp. 42. 43. 44.* de initiis regni Clotharii scripsit, inspicias, patebit, quod Æmylius in loco ultimo, qui ejus, quem primo loco descripsimus, quasi commentarius est,

nollent feuda auferre vasallis sine convictione sceleris?

non

non ſolum geſta in diverſis annis conjungat & miſceat, ſed &, quod plane falſum ſit, quod Clotharius tribus iſtis majoribus domus juramentum dederit de non revocanda dignitate, cum ſaltem Warnario ita juratum fuerit, uti & poſt Fredegarium Aimoinus refert *lib. 4. de geſtis Francorum cap. 6.* Unde hoc factum nequaquam ad regulam pertinet, ſed exceptionem ſaltem a regula facit. Quod vero Warnario ſoli ita juratum fuerit, cauſa non eſt longe quærenda, cum ex antecedentibus Fredegarii conſtet, Warnerium, proditorem Reginæ Brunechildis, metuentem videlicet, ne Clotharius in pœnam proditionis dignitatem ipſi rurſus auferret, ea de re peculiariter ita cum Clothario pactum iniiſſe. Forte etiam Æmylio errandi occaſionem præbuit, quod idem Fredegarius *cap. 89.* referat: *Flaochatum majorem domus, cunctis Ducibus de regno Burgundiæ & Pontificibus per epiſtolam & ſacramentis firmaſſe, unicuique gradum honoris & dignitatem ac amicitiam ſe conſervaturum.* Quod exemplum uti rurſus plane peculiares rationes habuit, quas facile quis ex reliquis circumſtantiis, quas ibi refert Fredegarius, divinare poterit, ita nequaquam ad regulam pertinet, quaſi videlicet Reges Franciæ juraverint ducibus & majoribus domus, quod dignitatem ipſis citra commiſſum feloniæ crimen adimere nolint.

§. IX.

Pro novioribus vero Eadem *cautela* adhibenda etiam eſt in iis auctoribus, qui *paulo poſt* tempora Regum

gum lineæ Merovingicæ vixerunt. Unde teſtimonium illud inſigne de uſu feudorum ſub illis Regibus, quod ex *Aimoino* peti ſolet (*a*), ſi non aliis teſtimoniis aut argumentis corroboretur (*b*), non erit omni exceptione majus, inprimis cum Aimoinus etiam alias ſoleat fabulas palpabiles ſuæ hiſtoriæ immiſcere (*c*).

habendos eſſe omnes qui poſt coævos vixerunt.

(a) Vixit Aimoinus circa annum 996. Chifletius *de ampulla Rhemenſi cap. 8. pag. 42.* Is de Clodovæo refert *lib. 1. cap. 14.* quod poſt nuptias cum Clothilde *Milidunum caſtrum Aureliano cum totius ducatu regionis jure beneficii conceſſerit.* At in hoc loco primarium robur probationis de origine feudorum ſub Merovingis ponit Alteſerra *cap. 1. de orig. feud. p. m. 286.* Quem deinde unanimiter ſequuntur recentiores, eandem ſententiam defendentes. Verum, ſi Gregorium Turonenſem evolvas, altum apud eundem de hoc facto ſilentium. Imo Gregorius plane alias circumſtantias de nuptiis Clodovæi cum Clothilde & pene illis, quas Aimoinus *in cap. alleg.* refert, plane contradicentes recenſet. Et quamvis Jo. Phil. a Vorburg. *Tom. 5. operis hiſtorici ad a. 499. f. 530. ſeq.* valde laboret, quomodo circa circumſtantias de chriſtianismo Clodovæi Gregorium Turonenſem cum Aimoino conciliet, vereor tamen ut ea ſatisfaciant lectori extra partes poſito

Aimoini hiſtoria. Ejus inſignis locus de uſu feudorum ſub Clodovæo I.

(b) Ergo non plane rejicimus illud teſtimonium Aimoini. Sed ſaltem in eo non ponimus primarium robur aſſertionis de feudis ſub linea Mero-

Eum locum non plane a nobis rejici.

Merovingica, sed utimur eo tanquam argumento illustrante probationes alias, de quibus infra agemus.

Aimoinus fabulas suæ historiæ inseruit, v. g. de ampulla Rhemensi, & inepta visione de statu animæ Dagoberti.

(c) v. gr. Fabulam de ampulla Rhemensi in baptismo Clodovæi *lib. 1. cap. 16.* quam inter fabulas aniles referendam esse Chifletius peculiari tractatu *de ampulla Rhemensi* ad oculum monstravit. Argumentum præcipuum est silentium Gregorii Turonensis, etsi alias valde superstitiosi & crediili. Et quamvis Centuriatores Magdeburgenses *cent. 6. cap. 6.* dum illam fabulam bona fide referunt, testis loco, (haud dubie memoria lapsi, etiam laudent Gregorium Turonensem, falsum tamen est, quod illi habuerint editionem Gregorii Turonensis auctiorem & pleniorem, ut inepte incautis persuadere voluit Favynus *in theatro honoris lib. 2. cap. 2. & ult.* Et magis nugatur Balthasar de Vias *in sylva regia p. 67.* dum asserit, Gregorium Turonensem illud miraculum studio & ex affectu omisisse, quia videlicet ecclesiæ Turonensis de ungendis inaugurandisque regibus cum Rhemensi ecclesia contenderet, quamvis & ipse auctor statim vacillet, & propter auctoritatem Centuriatorum Magdeburgensium, non dubitet, Gregorium fuse hoc miraculum scriptis tradidisse, sed aliquorum malitia in Turonensis ecclesiæ favorem ex autographo, quod nondum in manus publicas pervenerat, ampullæ miraculosæ historiam deletam esse. Interim eadem auctoritas videtur imposuisse Limnæo, ut istas Favyni & Balthasaris de Vias nugas absque censura, notitiæ

Digitized by Google

tiæ regni Franciæ *lib. 1. c. 12. lit. f. p. 284.* inſereret. Conf. noviſſimum Gregorii Turonenſis commentatorem Theodoricum Ruinartum *ad lib. 2. Greg. Tur. cap. 32. lit. b. p. 83.* qui, etſi catholicus, tamen fabulam de codice Magdeburgenſium notavit. Sed ut ad Aimoinum revertar, ecce & aliud exemplum ſtultæ & ineptæ plane viſionis anachoretæ cujusdam, de ſtatu animæ Dagoberti poſt ejus mortem, quam idem in opere illo hiſtorico *lib. 4. cap. 34.* refert ut hiſtoriam fide dignam. Nos tamen optimo jure inter putida monachorum commenta, ad ſtabiliendos falſos religionis articulos de purgatorio & invocatione ſanctorum inventa referimus cum Lehmanno *l. 3. Chron. Spir. cap. 11.* omnino hic videndo.

§. X.

Pro coævis hic habendos Gregorium Turonenſem, Fredegarium, leges antiquas Ripuariorum, Alemannorum, Bojoariorum, Marculfum.

Porro cum inter præcipuos hiſtoricos de origine & progreſſu regni Francici emineant *Gregorius Turonenſis* (*a*) & *Fredegarius Scholaſticus* (*b*), coævi Regibus Merovingis, & ſub Merovingis etiam confirmatæ ſint *leges Ripuariorum, Alemannorum & Bojoariorum* (*c*), ac denique eodem tempore vixerit veterum formularum auctor *Marculfus* (*d*), opera danda eſt, utrum ex his evidenter probari poſſit origo feudorum ſub iſtis regibus.

(*a*) Gregorius Turonenſis obiit anno, quo ſuos annales finivit 596. Voſſius *de hiſtor. latin. lib. 2. cap. 22. p. 241.* Omnium quas habemus antiquitatum veriſſimus ſcriptor. Bodinus *lib. 1.* Gregorii Turonenſis

genius simplicitas, nævi clericales variis exemplis ex ejus historia monstrati.

de rep. cap. 9. p. m. 175. Sigeberto & Hilduino apud Vossium *d. l.* vir magnæ simplicitatis, id est credulitatis, quod docent illa pseudo-miracula, quibus repleti sunt ejus libelli. Unde cave ne simplicitatem hic pro virtute accipias. Fuit enim Gregorius homo nævis omnibus laborans, qui clericis illorum seculorum erant communes. Notabimus saltem duobus verbis eos, qui ex ipsius annalibus in omnium oculos incurrunt. Chilperico regi non sine causa invisus, ob receptum Meroveum *lic. 5. hist. cap. 14.* Vana ejus excusatio *ibid.* quod Meroveum ex metu minatorum ab ipso homicidiorum ad communionem admiserit, cum tamen Regi ipsi incendia minanti rescripserit, impossibile esse, Meroveum ejicere. In recensenda historia prætextati ita simplex, ut quilibet, etiamsi veræ essent circumstantiæ, quas ipse de se narrat, palpare possit, indecenter & injuste eum se Regi opposuisse, & verum adeo esse proverbium, jam illo seculo a Rege de ipso dictum: *Corvus oculum corvo non eruit.* Quando incestus, latrocinia, assassinia & homicidia narrat Gregorius noster, a Regibus aut potentibus perpetrata, nunquam, aut certe rarissime leges vel voculam aut syllabam indignantis. At ubi comes aut alius quispiam vel tantillum adversus episcopum tentavit, statim fabulæ & falsa miracula de pœna eorum, addito epiphonemate, & gravi adhortatione, in promtu sunt. *Vid. d. l. 5. cap. 37.* de Nantino Comite, & ejus interitu fabulam, cui subjungit: *Ergo omnes hæc obstupescant, admirentur & metuant, ne inferant injurias sacerdo-*

cerdotibus, quia ultor est dominus servorum suorum, sperantium in se. Quæ porro de lite sua cum comite Leudaste narrat *cap. 49. & 50. d. l. 5.* præterquam quod non sit testis omni exceptione major in causa propria, ita comparata sunt, ut & ipsius Gregorii crudelitatem & totius cleri, pro statu illorum temporum impudentiam, & quanta audacia ipsi Regi, causam justissimam habenti, exclusionem a communione minati fuerint, item truculentissimam vindictam erga eos, qui laicis arcana cleri revelant, vivis depingant coloribus. Rursus contumeliæ in Chilpericum *lib. 6. cap. ult.* effusæ, & quidem, si totam invectivam examines, ob nullam aliam causam, quam quod Chilpericus episcopos non satis honoraverit, & quod dixerit: *Ecce pauper remansit ficcus noster, ecce divitiæ nostræ ad ecclesias sunt translata. Nulli penitus nisi soli episcopi regnant. Periit honor noster & translatus est ad episcopos civitatum &c.* & miserrimum ecclesiæ & politiæ statum, & haud sanctam Gregorii nostri simplicitatem satis superque testantur: cui si adjungas adulationes, quibus Guntramo regi, sacerdotibus magis addicto, illusit noster *lib. 8. cap. 5.* & nimis familiarem, ac sub specie sanctitatis profanum jocum ejusdem de B. Martino domino suo, ne ex istis omnibus exactam ideam animi Gregorii Turonensis formare haud difficulter poteris. Sed tamen, cum melior historicus desit, & Gregorius noster unicus auctor, qui quidem supersit, data opera primorum Franciæ regum gesta literis mandaverit, hoc Catone simus contenti. Unde ob hanc causam

Digitized by Google

Valesius ejus libros appellavit *historiæ Francicæ fundum*, ex quo scilicet originem rerumque Francicarum prima notitia potissimum repetenda sit, adeoque historiæ suæ libros idem Valesius non nisi commentarios in Gregorium Turonensem censuit esse appellandos. Vide pluribus Theodorici Ruinarti *præfationem ad Gregorii Turonensis opera omnia, anno 1699. Lutetiæ Parisiorum edita.* Et sane non diffitemur, ipsimet, quod non inutile futurum sit, si quis statum primævum regni Franciæ ex Gregorio Turonensi secundum principia politica delineare & examinare velit, tam quoad statum politicum, quam ecclesiasticum, etsi hunc nævum Gregorius cum omni clero & monachis illorum temporum communem habeat, quod in describendo statu ecclesiastico ad nauseam sit prolixius, & in describendo statu seculari nimium supinus & negligens. *(vid. de libri veteris de beneficiis usu §. 5. seq. sel. Feudal. p. 284. seq.)*

Fredegarii usus & nævi.

(b) Ubi desiit Gregorius Turonensis, continuavit historiam regum Merovingorum Fredegarius Scholasticus. Communiter vixisse creditur circa annum 752. vel 739. Chifletius *de ampulla Rhemensi cap. 5.* Vossius *de historicis latinis lib. 3. cap. 3. pag. m. 685.* Sed rectius, ostensa causa erroris communis, judicat Ruinartus *in d. præf. circa finem*, eum vitam saltem ad a. 658. protraxisse. Etsi autem circa Fredegarium iidem nævi, si non plures, quos de Gregorio notavimus, sint observandi, valde tamen placet de eo judicium Hadriani Valesii, quod is historiæ

Fran-

Digitized by Google

Franciæ ita sit necessarius, ut si tempora Clotharii minoris, Dagoberti & Clodovæi II. nota habere velimus, prorsus eo vacare non possimus. Item, quod fuerit historicus pro captu illorum temporum diligens, ut ætate sic auctoritate Gregorio proximus, & in magna bonorum auctorum inopia utilis & necessarius, nec usquequaque contemnendus, cujus brevitas & cætera omnia vitia temporibus imputari debeant &c.

(c) Leges Ripuariorum, Alemannorum & Bojoariorum, quas post Lindenbrogium Baluzius in capitularibus regum Franciæ edidit, Theodoricus rex Francorum primo conscribere jussit, & quæ erant secundum consuetudinem paganorum mutare incepit secundum legem christianorum. Reliquorum emendationem, Childebertus rex inchoavit, sed Clotharius perfecit. Tandem Dagobertus rex circa an. 630. omnia vetera legum in melius transtulit, & unicuique genti scripta tradidit, *vid. prologum harum legum Tom. I. collectionis Baluzii pag. 25.* Et Clotharii II. edicto in concilio Parisiensi an. 615. promulgato & a Baluzio *ibid. fol. 21. seq.* relato, etiam notabilem locum infra afferemus. Nam reliqua capitularia regum Merovingorum usque ad Pipinum, a quo Carolingi descendunt, a Baluzio adducta nihil quod ad origines feudales pertinet suppeditant. Legum antiquarum quis autor?

(d) Marculfi formulas primo Lindenbrogius in codice legum antiquarum, majori cura postea Hieronymus Bignonius edidit, additis eruditis notis; cujus editionem secutus Stephanus Baluzius easdem rursus inseruit Tomo 2. Capitularium Marculfi formulæ quando scriptæ.

Digitized by Google

regum Franciæ. Probavit autem Bignonius *in præf. ad notas suas Tom. II. Baluzii p. 861.* Marculfum circa a. 660. sub rege Clodovæo Dagoberti filio, & ita ultra seculum ante tempora Caroli M. vixisse. Notat tamen Daniel *dissert. 3. ad Tom. I. Hist. Gall.* alios statuere, quod vixerit circa tempora Caroli M. Cum vero nullum ejus sententiæ autorem laudaverit, magis accedendum arbitror sententiæ Bignonii, inprimis cum ex ipso Bignonio facile liceat originem erroris cognoscere, quod videlicet a quibusdam olim veris Marculfi formulis aliæ veteres assuetæ fuerint propius ad tempora Caroli M. pertinentes. Idque clarius evadet ei qui totam Bignonii præfationem perleget.

§. XI.

In seligendis argumentis ex hic auctoribus circumspecte agendum. Ergo non sufficere mentionem frequentem de feudis, item mentionem bonorum de munere regio.

Quoniam vero Gregorius Turonensis, Fredegarius, compilatores legum Ripuariorum &c. item Marculfus *barbaro stylo* & rustico sermone usi fuerunt (*a*), ac præterea apud eos terminorum in jure feudali usitatorum, *feudi, beneficii, vasalli,* (*b*) *investituræ* & similium nulla fit mentio; *fidelitatis* vero & *fidelium* vocabulum evidenter in sensu ampliore & sæpe plane abusivo ab ipsis accipitur (*c*), hinc in probanda assertione de origine feudorum sub regibus Merovingis circumspecte agendum, neque negotium hoc conficere videntur *argumenta*, quibus pro hac sententia *hactenus usi sunt* viri celebres (*d*), de frequentissima mentione *feudium* (*e*), item *bonorum* de

de munere regio (*f*), sed alia argumenta prioribus erunt addenda.

(*a*) De Marculfo & legibus res dubio caret, & evidentia ocularis inspectionis veritatem assertionis testatur. Gregorium Turonensem quod attinet, equidem tanta barbaries in eo non deprehenditur, ut in Marculfo, sed non sine causa conjecit Bignonius *in d. præf. ad notas in Marculfum* istos barbarismos ab editoribus operum Gregorii mutatos esse. Nam ipse Gregorius ab initio statim operis historici deprecatur ignorantiam in arte grammatica. *Prius*, inquit, *veniam legentibus precor, si aut in literis aut in syllabis grammaticam artem excessero, de qua plene non sum imbutus.* Et initio *lib. 1. de gloria confessorum* de se ipso fatetur, *quod nomina discernere nesciat, sæpius pro masculinis fœminina, pro fœmininis neutra, & pro neutris masculina commutet, quod ipsas quoque præpositiones, quas nobilium dictatorum sanxerit autoritas, loco debito plerumque non locet, cum pro ablativis accusativa & rursum pro accusativis ablativa ponat.* Confer varias lectiones in novissima Gregorii editione a Ruinarto collectas. Eadem dicenda sunt de Fredegario, in quo corrigendo editores non tam laborarunt, quam in Gregorio. Et hic dicebatur rusticus sermo, quali a Gregorio Turonensi libros de miraculis B. Martini scriptos fuisse testatur ipse *histor. lib. 5.* Qui vero a populo volebat intelligi, ita scribere debebat. Hinc patres synodi Turonensis III. sub Carolo M. *unumquemque episcopum* decreverunt,

Autorum illius ævi sermo rusticus.

curam habere debere, ut homiliæ ſanctorum in ruſticam Romanam linguam transferrentur, quo facilius poſſent intelligi.

Vaſſos apud illos autores etiam denotare ſervos, qui vaſalli haud dubie non ſunt.

(b) Fit equidem *vaſſorum* mentio in lege Alemannorum *cap. 36. §. 5.* (ap. Baluz. *T. 1. f. 67.*) *Qualiscunque perſona ſit, aut* Vaſſus *Ducis, aut comitis, aut qualiscunque perſona, nemo negligat ad ipſum placitum venire.* Et in lege Bajuvariorum *tit. 2. cap. 15. n. 1. (d. Tom. 1. f. 105.) Qui infra illum comitatum manent, ſive Regis* vaſſi, *ſive Ducis*, omnes *ad placitum veniant.* Sed cave tamen, ne ex his locis ſtatim properes inferre uſum feudorum. Nam quæſtio præjudicialis eſt, utrum vaſſus hic denotet, quod vaſalli nomen in ſeculis ſequentibus ſignificavit. Et ſi lex ex lege explicanda eſt, res valde redditur dubia ex eadem lege Alemannorum *c. 79. §. 3. (d. Tom. 1. fol. 79.) Si alicujus ſeniscalcus, qui* ſervus *eſt, & dominus ejus duodecim* vaſſos *infra domum habeat, occiſus fuerit, cum quadraginta ſolidis componatur.* Hic verba prolata & totum illud capitulum in verbis antecedentibus & conſequentibus docent, per vaſſos hic non intelligi vaſallos ſed ſervos. Unde non ſine ratione Cangius *hac voce:* Vaſſi *&* vaſalli *iidemne fuerint, video controverti, quæ quidem inter eruditos controverſia ut facilius dirimatur, diſcutienda ſunt quæ de utrisque habent ſcriptores & tabulæ veteres.* Ipſe tamen litem non dirimit, ſed ſaltem varia loca ex ſcriptoribus & tabulis per aliquot paginas adducit, ex quibus facile colligere quis poſſit, tempore familiæ Merovin-

rovingæ *vaſſos* regulariter denotaſſe familiares, domeſticos, famulos, ſervos vel ſervientes. Sub Carolinis vero frequentius illam vocem indubitate de vaſallis prædicari. Et ſi dicendum quod res eſt, vel ideo is, qui feudo accepto domino ſervit, vaſſus aut vaſallus dictus eſt, quia vaſſus jam olim ſervientem quemcunque denotavit, igitur poſtea vox generis ad ſpeciem eſt translata.

Fidelitatis ſacramentum, apud eos ſæpiſſime denotare juramentum ſubjectionis: item fidelium, ſubjectionis, rebellium &c. voces alieni ac hodie.

(c) Si ex voce *fidelitatis*, *fidelium*, *ſacramenti fidelitatis* probari poſſet uſus feudorum ſub Merovingis, plurima ſane vel ex ſolo Gregorio Turonenſi argumenta in medium proferri poſſet. Sed ſi ſenſum verborum reſpicias, facile apparebit, ſub *fidelitatis* nomine apud illos auctores omnem ſervationem fidei cujuscunque promiſſæ, & ſub nomine *fidelium* modo ſubditos, modo confœderatos, modo clericos clientes in relatione ad epiſcopum intelligi, ut adeo ex locis adducendis vix certus eſſe poſſis de fidelitate in ſpecie feudali Gregorio ſermonem eſſe. Ita *lib. 3. cap. 14.* de Munderico regnum affectante: *Seduebatur eum ruſtica multitudo, ut plerumque fragilitati humanæ convenit, dantes* ſacramentum fidelitatis *& honorantes eum, ut regem.* Sic *lib. 4. cap. 4.* de Chanao Britannorum Comite narrat, quod poſtquam tres fratres interfeciſſet, quarto Macliavo ad preces epiſcopi vitam donaverit. *Poſt hæc*, inquit Gregorius, *juravit* (Macliavus) *fratri ſuo, ut ei* fidelis *eſſet.* Ita ſimiliter *lib. 5. cap. 27.* de Warocho filio Macliavi: *Poſt dies autem tertia, cum Ducibus regis*

Digitized by Google

Chilperici pacem faciens, & filium ſuum in obſidatum donans, ſacramento ſe conſtrixit, quod fidelis *regi Chilperico eſſe deberet.* Porro *lib. 6. cap. 11.* de Dynamio rectore provinciæ: *Tunc Dynamius hæc omnia cernens, veniam petens, datis Duci multis muneribus, reddito etiam* ſacramento *ſe* fidelem *Epiſcopo deinceps Regique futurum, ſuis induitur indumentis.* Hic certe de fidelitate feudali non poſſe eſſe ſermonem oſtendit, quod hæc fidelitas etiam epiſcopo promiſſa fuerit. At epiſcopi haud dubie illis temporibus nondum feuda dabant. Ergo nihil aliud remanet, quam ut per fidelitatem intelligatur ſubjectio, obedientia, reverentia vel quid ſimile. Ita ſæpius mentio fit, quod Duces vel Comites in *civitatibus ſacramenta fidelitatis* nomine regis exegerint atque acceperint, Conf. *lib. 6. cap. 31. Tunc miſit nuncios ad ſupradictos duces, dicens: Ingredimini Biturícum, & accedentes usque ad* civitatem, ſacramenta fidelitatis *exigite de nomine noſtro.* Atque hoc nil aliud fuiſſe videtur quam juramentum ſubjectionis der Huldigungs-Eyd, quod non ſolum ratione feudorum, ſed & ratione allodiorum præſtari ſolet. *Lib. 7. cap. 38. Mummulos vero cum Sagittario* epiſcopo, *& Waddone ad Guldevaldum pergentes dixerunt:* Sacramenta fidelitatis *qualia tibi dedimus, ipſe qui præſens es noſti.* Hæc iterum de ſacramento obedientiæ aut ſubjectionis intelligenda eſſe urget mentio epiſcopi. Nam epiſcopi illo tempore nondum feuda accipiebant a regibus, ſed beneficia eccleſiaſtica, donationes &c.

Dum

Digitized by Google

Dum vero prætextatus episcopus *lib. 8. cap. 31.* ex insidiis reginæ Fredegundis ab hujus sicariis graviter vulneratus, dicitur in cubiculum suum *inter manus* fidelium *deportatus & in suum lectulum collocatus esse*, evidens est, per *fideles* intelligi famulos vel domesticos, vel clericos qui proxime adstiterunt &c. Quin & ipsæ subjectionis & subditorum voces sæpius in sensu abusivo a Gregorio usurpantur. Ita *lib. 10. cap. 3. subjecti & fideles* dicuntur qui confœderati sunt. Sic enim legati Longobardorum ad Guntramum regem. *Non piissime Rex* subjecti *atque* fideles *vobis gentique vestræ, sicut patribus vestris fuimus, & esse desideramus, nec discedimus a* sacramento, *quod prædecessores nostri vestris prædecessoribus juraverunt. Nunc autem desistite a persecutione nostra, & sit* pax nobis & concordia, *ut ubi necessarium fuerit*, contra inimicos auxilium *præbeamus* &c. Est & alius elegans locus, ubi mores episcopi Cautini describit Gregorius *lib. 4. c. 12. circa finem: In Cautino nihil sancti, nihil pensi fuit. De omnibus enim scripturis, tam ecclesiasticis quam secularibus plene immunis fuit. Judæis valde carus ac* subditus *erat, non pro salute, ut pastoris cura debet esse sollicita, sed pro comparandis speciebus*, (id est suppellectile quavis pretiosa, vide Cangium *hac voce) quas cum hic blandiretur, & illi se adulatores manifestissime declararent, majori quam constabant pretio, venum dabant.* Ubi *subjectus* Judæis haud dubie dicitur qui Judæis est addictus, obnoxius, vel qui ipso-

ipſorum deceptionibus ſubjacet, den die Juden in der Contribution haben, ut nos loquimur. Quare nec mirandum, quod Gregorius, qui, ut hactenus vidimus, & *fidelitatis* & *ſubjectionis*, voces nimis laxe uſurpavit, caute etiam legendus ſit, ubi de *rebellibus* loquitur, ne ſtatim putes, eum de ſubditis aut vaſallis loqui fidem violantibus, nam & hac voce utitur in ampliore & inuſitata ſignificatione, ut denotet eos qui fœdera violarunt. Ita *lib. 4. cap. 10.* Saxones *rebellantes* vocantur, cum tamen ex *cap. 14.* appareat, hanc Saxonum *rebellionem* conſtituiſſe in denegatione conſuetorum tributorum annuorum. Similis & frequentior etiam rebellium ſignificatio apud Fredegarium & ejus continuatores. Ita *cap. 109. Fines regni illius* (Burgundiæ Carolus) *Leudibus ſuis probatiſſimis, viris induſtriis, ad reſiſtendum gentibus* rebellibus & infidelibus *ſtatuit: pace patrata Lugdunum Galliæ ſuis* fidelibus *tradidit.* In *eodem cap.* Friſiorum, Saxonum, Ismahelitarum, & *cap. 111.* Vaſconum, *cap. 112.* Odilonis ducis Bojoariorum, *cap. 113.* iterum Saxonum, *cap. 115.* Alemannorum, *c. 121.* Longobardorum *rebellantium* fit mentio, cum tamen in plerisque his exemplis rebellio ſumatur pro violatione pacti & fœderis. Ita *cap. 117.* de Saxonibus rebellantibus dicitur, *quod pacem petentes juri Francorum ſeſe, ut antiquitus mos fuerat, ſubdiderint, & ea tributa, quæ Clotharío quondam præſtiterant, pleniſſima ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe ſe reddituros promiſerint.* Idem tamen mox iterum fœdifragi

c. 118.

Digitized by Google

c. 118. cum solito timore clementiam regis petunt, *ut pacem eis concederet, & sacramenta atque tributa multo majora quam ante promiserant, redderent, & nunquam ultra jam REBELLES existerent.* Ita *cap. 128.* Aistulphus rex Longobardorum *sacramenta iterum & obsides donat, ut amplius nunquam contra Regem Pipinum vel proceres Francorum REBELLIS & contumax esse debeat, & tributa quæ Longobardi regi Francorum a longo tempore dederant annis singulis per missos suos desolvere deberent &c.*

(d) Ita Antonius Dadinus Alteserra *originem feudalium cap. 1 rectius*, inquit, *originem feudum repetas e moribus Francorum. Franci scilicet rerum potiti in Gallia prædia divisere ducibus & militibus, idque beneficiario jure sub lege fidei & servitii, priusquam Longobardi Italiam attigissent.* Hanc assertionem ut probet Alteserra, primo ex Aimoino affert exemplum, quod Clodoveus Aureliano duci Milidunum castrum cum totius ducatu regionis jure beneficii concesserit, quod exemplum jam examinavimus supra *thesi IX. lit. a.* Tum pergit: *Eodem jure Mummulo Patricio Machovillam apud Arvernos datam a Guntramo rege Gregorius Turonensis testatur.* Verba Gregorii *lib. 4. cap. 39. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam Avennici* (Arvenici) *territorii, quam Mummulus MUNERE meruerat REGIO, accessit, ibique fixit tentoria.* Addit Alteserra: *unde jam a Francici regni cunabulis passim celebran-*

(d) Præcipua argumenta eorum, qui hactenus feudorum originem a Merovingis deduxerunt.

lebrantur regii LEUDES, sive Leodes, *id est, fideles, qui a rege prædia tenebant sub lege fidei & servitii.* Probat hanc assertionem ex sequentibus locis scriptorum historiæ Franciæ. Gregorius Turonensis *lib. 3. cap. 21. Sed ille muneribus placatis a LEODIBUS suis defensatus est, & in regnum stabilitus.* Et *libro 8. cap. 9. Veni igitur, & ecce absconditur, nec ostenditur mihi puer, ut, credo, alicujus ex LEUDIBUS nostris sit filius.* Et in exemplo pactionis initæ inter Guntramum & Childebertum reges *lib. 9. c. 20. LEUDES illi, qui domino Guntramo, post transitum domini Chlotarii sacramenta primitus præbuerunt.* Et mox: *Similiter convenit, ut nullus alterius LEUDES nec sollicitet nec venientes excipiat.* Fredegarius *cap. 82. jussa Sigeberti omnes LEUDES Austrasiorum in exercitum gradiendum banniti sunt.* Et Aimoinus *lib. 3. c. 81. Fuit autem Guntramus LEUDIS suis benevolus gentibus externis pacatus.* Denique addit: LEUDES hos proxima ætate VASSOS fuisse nominatos, sed & vassorum nomen Francicum esse. Cæterum uti de vassorum significatione jam quædam admonuimus *supra ad hanc thes. lit. b.* ita jam dispiciendum erit an termini *de munere regio*, item *Leudium* pro demonstrata origine feudorum apud Francos tuto afferri queant. Similiter Bignonius *ad formulas Marculfi* bona de MUNERE REGIO explicat de feudis. Ex quo eadem & alia etiam Alteserræ argumenta repetit Dn. Hertius *de feudis oblatis part. 1. §. 2.* Eadem argumenta Alteserræ de *munere regio* & *leu-*

Digitized by Google

leudibus etiam mea feci *in select. cap. hist. jur. feud. Germ. §. 34. & 36.*

(c) Quoad argumentum de *leudibus* non illud quæritur, utrum eorum non frequens sit mentio apud scriptores primos historiæ Francicæ & Merovingis etiam coævos. Id enim satis probant loca ex Alteserra descripta, quibus plura ex Gregorio Turonensi & Fredegario adduci possent, si opus esset. Sed illud quæritur: an per *Leudes* denotentur *vasalli*, an vero *subditi quicunque* & cujuscunque conditionis. Nam si subditi quicunque intelliguntur, sane per ea loca, quæ leudium mentionem faciunt apud scriptores historiæ Gallicæ vel Francicæ, non potest probari origo feudorum. Jam vero, si repetas & attentius inspicias loca ex Gregorio Turonensi, Fredegario & Aimoino ab Alteserra modo adducta, patebit, sensum æque bonum esse, si leudium vocem de subditis explices, quam si de vasallis. Similiter cum apud Fredegarium *cap. 54. procernum & leudium Burgundiæ* sit mentio & *cap. 58. procerum & caterorum leudium*, æque de subditis ac de vasallis, quæ ibi narrantur, intelligi possunt; At vero magis de subditis quam de vasallis Fredegario sermonem esse, docent verba in *d. cap. 58*, statim sequentia: *cumque Lingonas civitatem veniisset, tanta in universis leudibus suis, tam sublimibus quam* pauperibus, *judicabat justitia &c.* Hic sane voce leudium designari universos subditos fatentur ipsi, qui leudium vocem alias per vasallos exponunt. Cointius aliique vid. Theodor. Ruinartum *in not. ad d. cap. 58.* Fredegarii.

Leudes vel Lidos vi nativa vocis denotare homines quosvis, etiam non vasallos: si milem usum esse vocis hominum, militum, item etiam faronum.

Con-

Conſentit nobiscum Wendelinus *in gloſſario Salico voce Leode & Lidus* (quem ſine cauſa taxat P. Daniel *in notis ad Tom. 1. hiſt. Franc. p. 302* ac ſi putaverit, Leudes eſſe homines plebejos, cum & locus Fredegarii oſtendat per Leudes etetiam plebejos intelligi, & Wendelinus ſtatuat, per *Lidos* intelligi homines plebejos) Vere Lindenbrogius in gloſſario: *Leudes dixerunt, quos alii homines ſive ſervientes. Eſt vero vox pura puta germanica. Nam & hodie* Leute *homines ſignificat.* Neque putes Lindenbrogium nobis adverſum eſſe, cum alias vaſalli etiam homines & ſervientes dici ſoleant. Nam & hominum & ſervientium uſurpatio ſæpe laxior eſt, etiam apud illud ſcriptores. Ita cum dicitur apud Gregorium Turonenſem *libr. 5. cap. 25. Childeberti HOMINES a Chilperici HOMINIBUS eſſe fugatos*, idem eſt ſenſus, ſive homines exponas ſubditos, ſive milites, ſive vaſallos. Ita neſcias an *in lib. 7. cap. 42.* ubi mentio fit *HOMINUM S. Martini*, debeas intelligere vaſallos an ſervos eccleſiæ. Similiter *SERVIENTIUM & SERVORUM* voce ſæpe intelliguntur apud illos ſcriptores homines *ingenui*. Memorat Greg. Turonenſis *lib. 3. cap. 31.* filiam Theodorici regis Italiæ ſervum ſuum, Traguilanem nomine, in maritum accepiſſe. Hic recte obſervavit Hadrianus Valeſius *rerum Francicarum lib. 8. p. 403.* id ita intelligi debere, ac ſi Amalaſuntha non mancipium aliquod ære emtum in thorum receperit, ſed quod nupſerit homini privato, uni e ſubjectis ſibi Oſtro-Gothis,

this, & uti Valesius docet, præposito regiæ domus. Quod si etiam in omnibus Gregorii locis, ubi de Leudibus loquitur, ostendas, semper intelligi *MILITES*, nec hoc multum juvabit, cum utique olim omnes vasalli fuerint milites, sed non contra omnes milites vasalli. Scio quidem in aliquo Fredegarii loco *(cap. 41.)* vocem Leudium in specie prædicari de *faronibus*, seu ut alii scribunt *Baronibus*. *Burgundiæ Farones*, inquit, *tam episcopi quam cæteri Leudes* &c. Sed æque obscurum est quid per *Barones* intelligatur, & si de eo etiam constet, parum promovebimus in probandis originibus feudalibus. Esto: Farones dici a *fara*, id est, generatione seu linea, adeoque voce faronum intelligi optimates, ut vult Ruinartus *ad istud cap. 41. Fredegarii*, eadem tamen erit replicatio dubitantis de origine feudorum Francica: non omnes optimates esse vasallos, neque omnes vasallos optimates. Quod si vero Barones dicti fuerint, ut Isidorus *in originibus lib. 9.* ait, *mercenarii* accepta mercede servientes, aut *fortes* in laboribus, quod Hadriano Valesio placet, *Rer. Francic. lib. 7. pag. 389.* adhuc minus lucrabimur. Nam a Lindenbrogio, Spelmanno, Cangio satis videtur fuisse probatum, Baronis vocem denotare proprie *virum*, adeoque tam de ingenuo, quam servo prædicari, postea tamen, æque ac vocem hominis de militantibus aut ingenuis usurpatam fuisse, uti & germanicæ voci Mannen accidit; sed neque sic melior erit conditio hujus vocis ad probandas origines feudales, quam vocis *hominum*, militum, ut modo notavimus.

Nullum locum antiquorum ſcriptorum de munere regio loquentem probare, quod loquatur de feudo.

(f) Age bona fide videamus, unde ſententia Bignonii; per bona *de munere regio* intelligi feuda, probari poſſit. *MUNERE REGIO*, ait Bignonius *ad lib. 1. Marculfi form. 12. p. m. 895. id eſt per beneficium regis, quod poſtea feudum dictum eſt; licet non ignorem a regibus tunc quoque in proprietatem prædia data, ut infra cap. 17.* Sed utinam Bignonius rationem vel locum indicaſſet, ubi aliqua veroſimilitudo ſuaderet, per *munus regium* vel *bona de munere regio* apud illius ævi ſcriptores, intelligi feuda. Sane ipſum *capitulum 12.* Marculfi nihil continet, quod ſuadeat, per bona de munere regio, intelligi feuda, utpote quod formulam continet donationis inter virum & uxorem. Contra formula ſtatim ſubſequens *13. de laſſuverpo* ubi *muneris, regiæ largitatis*, iterum fit mentio diſerte agit de proprietate ex hac largitate translata. Sequens formula 14. quæ *prologos* continet *in ceſſionibus regum uſurpandos*, adeoque præ reliquis huc pertinet, nihil de feudis habet, ſed de proprietatis translatione ad regum donatarios & eorum poſteros, agit. De *formula 17.* id fatetur ipſe Bignonius. In *formula 33.* bona de *munere regio*, iterum bonis aliunde acquiſitis, & de *alode parentum* opponuntur. Sed tantum abeſt, ut & hæc formula [illegible] tet, per bona de munere regio intelligi [illegible] ut potius & tota intentio formulæ, confirmatio nimirum bonorum, quorum inſtrumenta ab hoſtibus vel alio modo fuerint incenſa, aut perdita, & contenta totius formulæ & mentio diſerta domi-

Digitized by Google

dominationis & transferendæ possessionis ad posteros, contrarium persuadeant. Cangius *in glossario ad hanc vocem* saltem ad autoritatem Bignonii provocat, & illustrationis causa alium locum ex Guntheri *Ligurino* affert, ubi haud dubie per *munus* intelligitur *feudum*. Sed tempore Guntheri jam feuda in quotidiano usu erant, Nec sequitur: Guntherus per munus intelligit feudum, ergo & scriptores tempore Merovingorum. Gravis iterum obstat ratio, ut consequentia illa non credatur multum inferre. Feudum beneficium, beneficium munus est, ergo Guntherus optimo jure, inprimis in sermone ligato, munus potuit dicere de feudo. Sed non omne munus feudum est; ergo nulla ratio suadet, per munus regium intelligi feudum, nisi alia argumenta illud urgeant. Sed tentemus, annon Bignonium possimus adjuvare ex antiquis legibus. In legibus Visi-Gothorum *lib. 4. tit. 5. lex 5.* ita disponit: *Filius, qui patre vel matre vivente aliquid acquisierit de MUNIFICENTIA REGIS, aut patronorum beneficiis promeruerit, & exinde aliquid cuicunque vendere vel donare voluerit, -- in ipsius potestate consistat. Nec sibi aliquid, dum vivit, exinde pater vel mater vindicare præsumat. Quodsi inter Leudes quicunque nec regiis beneficiis aliquid fuerit consecutus, sed in expeditionibus constitutus de labore suo aliquid acquisierit, si communis illi victus cum patre est, tertia pars exinde ad patrem perveniat, duas autem filius, qui laboravit, obtineat.* Sed nec hoc loco tamen bona per munificentiam regiam acquisita, ad

feudorum classem pertinent. Neque Visigothis feuda fuisse in usu vel ex *lib. 9. tit. 2.* colligi potest, ubi videre licet, milites & Duces qui ad bellum non iverunt, aut inde aufugerunt, capitaliter, flagellis, mulcta pecuniaria, non vero privatione beneficiorum fuisse punitos. Quare si textum illum attentius consideres, non de feudis agit, sed de talibus bonis, quæ cum Romanorum peculio filiorumfamilias castrensi & quasi castrensi affinitatem quandam habeant. Sed nondum desperandum. Est elegans locus statim ab initio legis Burgundionum *titulo 1. §. 3. 4. Illud etiam huic legi adjungi placuit, ut si quis de populo nostro a parentibus nostris MUNIFICENTIÆ CAUSA aliquid percepisse dignoscitur, id quod ei collatum est, etiam ex NOSTRA LARGITATE, ut filiis suis relinquat, præsenti constitutione præstamus. Id etiam statuentes, ut, si quid etiam de nostro munere, aut Deo præstante aliter perceperint, DONATIONUM NOSTRARUM textus ostendant. Supersit, ut* posteritas *eorum ea devotione & fide* deserviat, *ut augere sibi & servare circa se parentum nostrorum MUNERA cognoscat.* Conf. etiam *tit. 54. §. 1.* Quod hoc loco per bona ex munificentia, aut largitate regia accepta feuda intelligantur ex illa circumstantia verosimile esse videtur, quod mentio fiat *servitiorum ex fide præstandorum* ad *conservanda* ista bona, quod sane non facile de aliis bonis quam feudalibus videtur concipi posse. Aft vereor, ne & illa verosimilitudo corruat, si quis contra consideret (1) illam legem Burgundionum

esse

eſſe a Rege Gundebaldo, latam eo tempore, quo Burgundiones nondum a Francis eſſent ſubacti circa annum a Ch. N. 500. & ad illam legem reſpici a Gregorio Turonenſi *l. 2. cap. 33.* verbis: *Gundebaldus --- Burgundionibus leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent.* Conf. Lindenbrog. *in præf. ad Cod. LL. Antiqu. non procul ab initio & in notis ad legem Burgundionum p. 1318. ſeqq.* Unde non valet illatio, in lege Burgundionum per bona de munere regio intelliguntur feuda, ergo etiam eadem vocis hujus ſignificatio eſt in hiſtoria Francorum, ſed potius huc repetenda videtur reſponſio, quam modo ad locum ex Guntheri *Ligurino* dedimus. (2) Poſito etiam, quod lex Burgundionum de feudis loquatur, id magis noceret intentioni virorum doctorum, quam nobis communem habent. Sic enim non probaretur: feuda Francis originem debere, ſed potius, Burgundiones jam habuiſſe feuda, antequam de Francorum inſtitutis quid ſimile legatur. (3) Haud quaquam tamen de feudis loqui legem Burgundionum, inde firmari poſſet, quod communiter doctores obſervent, feuda initio non transmiſſa fuiſſe ad heredes, cum tamen hic agatur de bonis ad heredes transeuntibus. (4) Apud antiquos Germaniæ populos, Burgundiones pariter & Francos, ſervitia militaria ab omnibus ſubditis ingenuis, etiam intuitu allodiorum absque ſpeciali pacto feudali ex ipſo ſubjectionis jure vel potius onere regibus fuiſſe præſtanda &c.

§. XII.

Summa argumentorũ de usu feudorum sub regibus Merovingis.

Scilicet id certum est, *jam sub Pipino*, communi Regum Carolingorum stipite, *apud Francos feuda in usu fuisse* (*a*), nec ullum *certum tempus* allegari posse, quo *ante Pipinum* apud Francos feuda inceperint, ergo maxime verosimile est, quod illorum origo deducenda sit, vel *statim ab origine monarchiæ Francicæ* (*b*) vel certe *a temporibus Clodovæi I.* (*c*). Unde jam illa argumenta de *Leudibus* & *bonis de munere regio*, quamvis separata non multum probent, adjuvare (*d*) tamen & illustrare possunt argumenta alia, ex historia Francorum & legibus antiquis petenda, quod scilicet Gregorius Turonensis feudum sub termino *commendati* videatur denotare (*e*), quod mentionem faciat *renovati* feudi vel officii militaris *ad dies vitæ concessi*, sive ut ipse loquitur, *renovatæ actionis* (*f*), quod sæpius mentio fiat rerum & *villarum*, & in specie a fisco indultarum, quas Reges possessoribus *ab fugam* vel ob *transitum ad alium dominum*, vel ob aliam *infidelitatem* possessoribus abstulerint, & vel in *fiscum redegerint*, vel aliis tradiderint (*g*), quod post mortem possessorum *bona, quæ de fisco meruerant*, ad jura fisci sint relata (*h*), quod apud Fredegarium memorentur *Pares Comitum* (*i*), quod in lege Bojoariorum constitutum sit, ut *duces rebelles donatu dignitatis cerere* debeant (*k*), quod in

in inſtrumento pacis inter Guntramum & Childebertum reges anno 587. cautum legatur, *ut bona de munere regio* tempore interregni *fidelibus ſine culpa ablata* illis iterum *reſtitui*, & eadem ab ipſis ſecure poſſideri debeant, (*l*) item quod in edicto Clotharii II. an. 615. jubeantur *Leudes reveſtiri de bonis ſine culpa amiſſis* (*m*) &c. Quæ omnia ſi jungas (*n*), etiam id evincetur, *Aimoinum* de feudorum uſu ſub Clodovæo ſcribentem, etſi intuitu aliarum circumſtantiarum forte non vera ſcripſerit, intuitu tamen ipſius uſus feudorum a vero non aberraſſe (*o*).

(*a*) *In Capitul. Compendienſi an. 757.* (relato a Baluzio *Tom. 1. Capitul. Reg. Franc. p. 180. ſeq.*) cap. 6. *Homo Francus accepit* beneficium *de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum* vaſallum, *& poſtea fuit ibi mortuus ipſe* ſenior, *& diviſit ibi ipſum vaſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum* beneficium, *& pro hoc ut melius potuiſſet* &c. Vides in hoc capitulo *beneficii* ſeu feudi, *ſenioris* ſeu domini directi & *vaſalli* mentionem fieri, tanquam negotii noti & uſitati. Indubie feuda ſub Pipino Rege fuiſſe in uſu.

(*b*) Non quod ſcriptores hiſtoriæ Francicæ nos eo ducant, cum potius obſcuriſſima & incertiſſima ſit hiſtoria de origine monarchiæ Francicæ, per ea quæ poſt Gregorium Turonenſem plurimi ſcriptores & potiſſimum Hadrianus Valeſius, nouviſſime vero P. Daniel annotarunt, cujus tamen ultimi intentio non eſt, ut aſſerat, quod Franci ante Clodovæum nullos Reges habuerint, An feuda ab origine prima monarchiæ Francicæ ſint dedunenda.

ſed ſolum quod Clodovæus ſit primus Rex Francorum in Gallia. Ergo ex ſola illa conjectura ſed admodum veroſimili tamen, originem feudorum ad prima tempora monarchiæ Francicæ, quæcunque etiam fuerint, referre licebit, quia loca ex Fredegario & Gregorio Turonenſi de feudis loquentia, quæ in obſervationibus ſtatim ſequentibus adducemus, etiam loquuntur de iis tanquam de negotio jam ſub Clodovæo & ſucceſſoribus uſitato & frequente. Cui argumento magnum pondus accedet ex ratione introductorum feudorum, & intentione introducentium, de qua dicemus theſi ſequente.

An vero demum a Clodovæo I.

(c) Quia ſcilicet ante ejus tempora non habemus hiſtoricos de feudis quicquam memorantes, & quia valde veroſimile eſt, feuda etiamſi ſub anteceſſoribus originem ſumſerint, initia tamen eorum, ut regulariter omnium negotiorum novorum, fuiſſe valde tenuia, poſtea autem ſub Clodovæo & ejus poſteris occaſione continuatorum fere bellorum, ſenſibilia ſumſiſſe incrementa, etſi & illa, ratione incrementorum poſtea ſub Carolingis ſubſecutorum, dicenda ſint tenuia, ut adeo nec mirandum ſit, quod tempore Merovingorum nullæ & rariſſimæ leges ſcriptæ de feudis ſint promulgatæ. Unde & in theſi unicam ſaltem particulam legis ad feuda referendæ ex lege Bojoariorum adduximus.

Argumenta in §. præced. examinata,

(d) Scilicet oſtendimus in præcedentibus, poſſe quidem loca quæ de *Leudibus* loquuntur, etiam intelligi de vaſallis, ſi modo jam antea conſtet, quod feuda tum fuerint in uſu. Simile etiam

Digitized by Google

de *bonis de munere regio* observavimus, quamvis quod loca superius adducta attinet, quæ muneris regii aut largitatis regiæ mentionem faciunt, adhuc ulterius inquirendum sit, an de feudis loquantur, etiam postquam jam constat, feuda illis temporibus fuisse in usu. Ut latius patebit ex infra dicendis de feudis minoribus. non plane esse rejicienda.

(e) Gregorius Turonensis *lib. 7. cap. 22.* de Eberulfo cubiculario, quem Fredegundis Regina falso detulerat apud Regem Guntramum, ac si Chilpericum interemisset: *Dum hæc agerentur, res ipsius Eberulfi diversis conceduntur, aurum argentumque vel alias meliores species, quas secum retinebat, in medium expositæ sunt. Quod vero COMMENDATUM habuit, publicatum est.* Commendari vero dicebantur prædia vel feuda, quæ ad vitam & ad tempus utenda alicui concedebantur, id quod ex historicis & diplomatibus antiquis fusius probat Cangius *in glossario hac voce p. m. 1106.* Et Petrus de Marca *lib. 1. hist. Benearn. cap. 28. §. 13.* *Commendare*, inquit, *apud autores istius seculi idem sonat, ac in beneficium dare:* cujus sententiam approbat Stephanus Baluzius *in notis ad libros Capitularium Tom. II. pag. 1201. seq.* Commendatum apud Gregorium Turonensem pro feudo.

(f) Gregorius Turonensis *lib. 4. cap. 42. al. 36.* *Reonius hujus municipii* (Autisiodorensis urbis) *comitatum regebat. Cumque ad RENOVANDAM ACTIONEM munera regi per filium transmisit, illo datis rebus paternis comitatum patris ambivit, supplantavitque genitorem, quem sublevare debuerat.* Ad quæ verba (*ad renovandam* Renovata actio apud eundem pro renovato officio & munere.

dam actionem) ita Theodoricus Ruinartus in notis: *Id est, ut comitiva sibi prorogaretur. Solebant enim tunc Reges nostri judices seu præfectos, qui comites dicebantur, civitatibus seu oppidis in certum tempus præponere, quibus munera præstantibus, si de iis nemo querebatur, facile in idem temporis spatium magistratus concedebatur* &c. ACTIONIS autem nomine sæpius officium, ministerium, munus significatur. Vide Cangium *in glossario hac voce p. m. 46.* Bignonium *in lib. 1. Marculfi form. 11.* Huc pertinet elegans locus apud Gregorium Turonensem *lib. 6. cap. 19. Chilpericus mittit nuncios comitibus, ducibus vel reliquis AGENTIBUS, ut collecto exercitu in regnum germani sui irruerent.* Ex quo loco simul constat, quod Comitum officium non solum in judicando, sed & in militando constiterit, quod latius probat Alteserra *de Ducibus & Comitibus provincialibus Galliæ lib. 1. cap. 4. pag. 10. seq.*

Mentio bonorum a fisco datorum ob fugam aut transitum ad alium dominum confiscatorum.

(g) Gregorius *lib. 5. cap. 3. Godinus, qui a sorte Sigiberti se ad Chilpericum transtulerat, & multis ab eo muneribus locupletatus est, caput belli istius fuit: sed in campo victus primus fuga dilabitur. VILLAS vero quas ei Rex A FISCO in territorio Suessionico INDULSERAT, ABSTULIT, & basilicæ contulit beati Medardi.* Et paulo post: *Siggo quoque referendarius, qui annulum Regis Sigiberti tenuerat, & ab Chilperico Rege provocatus erat, ut servitium, quod tempore fratris sui habuerat, obtineret, AD CHILDEBERTUM REGEM Sigiberti filium relicto Chilperico TRANSIVIT, RESQVE EJUS quas in Suessionico*

Digitized by Google

ſionico habuerat, ANSULADUS OBTINUIT: Ita *lib. 8. cap. 21. Clam AUFUGIT* (Boſo) *ABLATÆQVE ſunt ei deinceps omnes res, quas in Arvenо DE FISCI MUNERE promeruerat.* Et maxime notabilis locus extat *lib. 9. cap. 38.* ubi *res a fiſco* opponuntur *rebus propriis.* Ita vero Gregorius: *At vero Sunnegiſilus* (comes ſtabuli) *& Gallo magnus* (referendarius) *privati a rebus, QVAS A FISCO MERUERANT, in exilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos epiſcopi erant, a Rege Guntramo, & petentibus pro his, ab exilio revocantur: quibus nihil aliud eſt relictum, niſi quod HABERE PROPRIUM videbantur.*

(b) Gregorius *lib. 8. cap. 22. Hoc tempore & Wandelinus, nutritor Childeberti regis, obiit: ſed in locum ejus nullus eſt ſubrogatus, eo quod Regina mater curam velit propriam habere de filio. Quæcunque DE FISCO MERUIT, FISCI JURIBUS SUNT RELATA. Obiit his diebus Bodegiſilus dux plenus dierum, ſed nihil DE FACULTATE EJUS FILIUS MINUTUM EST.* Quod ſic intelligo, vel quod Rex uni ex filiis iterum ex gratia ducatum cum rebus eo pertinentibus dederit, vel quod per facultates hic intelligantur bona propria Ducis, non feudalia. Aut poſt mortem poſſeſſoris.

(c) Fredegarius, vel potius quartus ejus continuator, ut dicetur in noviſſima editione Theodoricus Ruinartus, *cap. 127. Factum eſt autem, ut Auſtraldus comes, & Gademaniius itemque comes, cum PARIBUS eorum ad propria reverterentur.* Pars Cotimum memorantur a Fredegario.

tur. Et mox: *cap. 128. Chilpingus comes Arvernorum, collecto undique exercitu in pago Lugdunensi in regno Burgundiæ ad prædandum ambulare nitebatur, contra quem Adalardus comes Cavalonensis, & Australdus idemque comes cum PARIBUS eorum contra eum venientes, & -- inter se dimicantes, statim Chilpingus comes, & multi, qui cum eo venerant, ibidem interfecti sunt.* Sed notandum tamen, hoc argumentum de *paribus* nos hoc loco noluisse omittere, propter speciem quam habet. Infra vero *ad th. 15. lit. c.* docebimus, utrum aliquid inde inferre liceat, an minus.

Dux inobediens regi in lege Bojoarica jubetur dignitate ducatus carere.

(k) Lex Bajuvariorum *Tit. 2. cap. 9. Si quis DUX de provincia illa quem Rex ordinaverit, tam audax aut contumax, aut levitate stimulatus, seu protervus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui decretum regis contempserit,* DONATU DIGNITATIS IPSIUS DUCATI CAREAT, *etiam & insuper spem supernæ contemplationis sciat se esse condemnatum, & vim salutis amittat.*

Bona sine culpa ablata jubentur restitui.

(l) Apud Baluzium *tom. 1. Capit. Reg. Francicæ pag. 11. seq.* quod desumtum est ex Gregorio Turonensi *lib. 9. cap. 20. Si aliquid cuicunque* PER INTERREGNA SINE CULPA *sublatum est, audientia habita restauretur. Et de eo, quod* PER MUNIFICENTIAS PRÆCEDENTIUM REGUM *unusquisque usque ad transitum gloriosæ memoriæ, domini Chlotacharii regis possedit, cum securitate possideat, & quod exinde fidelibus personis* ABLATUM EST, *de*

præ-

Digitized by Google

præsenti RECIPIAT *&c. Similiter convenit, ut nullus alterius* LEUDES *nec sollicitet nec venientes excipiat.*

Et pristini possessores de illis revestiri.

(m) Propositum fuit illud Clotharii II. edictum in concilio Parisiensi V. & refertur a Baluzio *Tom. I. f. 23. 24. §. 17. Et quæ unus de fidelibus ac Leodibus suam* FIDEM SERVANDO *domino legitimo, interregno faciente visus est* PERDIDISSE, *generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi juste debitis præcipimus* REVESTIRI.

Quæ non prosunt singula, juncta probant.

(n) In ejusmodi enim materiis difficilis inquisitionis locum habet vulgatus versiculus:

Nam quæ non prosunt singula, juncta juvant.

Ita & in criminalibus, ubi tamen de gravissimo negotio, scilicet vita & fama hominis agitur quotidie videre licet, ut indicia plura, quæ singula vix suspicionem faciant, juncta producant fidem.

Locus Aimoini de feudis supra notatus, non plane rejiciendus, cum haustus sit ex Roricone.

(o) Nam locus Aimoini jam supra *§. IV. lit. a.* excerptus maxime perspicuum testimonium de usu feudorum Clodovæo I. præbet. Cum vero ibidem ostenderimus, eum locum non sine causa suspectum esse, ut adeo ex illo non possit argumentum probans peti, valebit tamen reliquis hactenus allegatis junctus, ut argumentum illustrans. Inprimis cum ex rationibus supra adductis saltem illæ circumstantiæ fiant dubiæ, quæ Aimoinus de modo tractandi sponsalia cum Clotichilde tradit, adeoque etiam de facto, an Clotharius rex legato suo ob bene rem gestam feudum dederit: interim tamen negotio, uti id narrat Aimoinus, nulla inest veridissimilitudo, sed

ſed ſi modo conſtet, unde Aimoinus illas circumſtantias Gregorio omiſſas hauſerit, illæ inquam circumſtantiæ & genio Clodovæi, & moribus illius ævi valde ſunt convenientes. Quod ſi vero *Tom. I. Hiſt. Francor. Scriptor. coætan.* ab Andrea du Chesne editum evolvas, deprehendes, in eo inter alios ſcriptores etiam Roriconis monachi *geſta Francorum*, quem autorem Gregorio Turonenſi coævum dicit Valeſius *lib. 5.* (ſed vide tamen Chifletium de Ampulla Rhemenſi *cap. 5. p. 25.*) Is Rorico haud dubie Aimoino ea, quæ de nuptiis Clodovæi cum Clothilde ſcripſit, ſuppeditavit, & inter alia etiam illa de feudo quod Aurelianus accepit. Ita enim ſcribit Rorico *lib. 2. f. 806. In diebus illis dilatavit Clodovæus Francorum regnum usque ad Sequanam, & accipiens* CASTRUM *Miledunenſem* TRADIDIT *eum Aureliano legatario, eumque* DUCEM *provinciæ illius eſſe inſtituit.*

§. XIII.

Cauſam introductorum feudorum fuiſſe adeptionem non violentam imperii abſoluti in Francos libertati maxime deditos.

Jam in cauſas introductorum feudorum (*a*) ſi inquiramus, & paulo attentius naturam monarchiarum (*b*) earumque differentias a rebuspublicis popularibus (*c*), ita genium regum primorum Franciæ (*d*) & defectum auri & argenti, item nummorum apud eos (*e*) conſideremus, facile nobis perſuadebimus, feuda non ſolum nec primario inventa eſſe, ut milites præmiis afficerentur, & ad fortia facta ulterius excitarentur (*f*), ſed potiſſimum, ut Franciæ reges populo ſuo, libertati maxime

xime dedito & adſueto (*g*), absque violentia ſub ſpecie beneficii, & ita quaſi inſenſibiliter ſervitutis jugum imponerent, (*h*) idque ſecundum regulas politicas omnium temporum, ſecundum quas non arctior modus imperandi hominibus inſenſibiliter inveniri poteſt, quam collatio beneficiorum cum pacto reverentiæ & fidelitatis (*i*).

(a) Jam ſupra conqueſti ſumus *in notis ad §. 2.* de communi neglectu inquiſitionis in cauſam introductorum feudorum, cum tamen nullum detur negotium civile & genti cuidam peculiare, quod non etiam cauſas peculiares introductionis habeat, multum valituras ad definiendas quæſtiones dubias de natura illius negotii. Res exemplis plurimis v. g. contractus chirographarii, ſtipulationis, emphyteuſeos, cambii, SCti Vellejani, Macedoniani &c. poterit declarari. Ergo jam quæritur etiam, quid moverit reges Francorum primos, ut feuda introducerent aliis gentibus, ante ipſos, incognita? Utilitas hujus diſquiſitionis vulgo neglectæ.

(b) Hoc volo: Dubium alicui oriri poſſet, cur Franci demum ad firmandam monarchiam feuda introduxerint, cum tamen ante ipſos plurimæ jam monarchiæ in orbe terrarum floruerint, quorum autores tamen ea de re non cogitaverint. Reſpondeo (1.) alii Reges non mutarunt democratiam in monarchiam, e. g. Romulus. (2.) Non fuerunt ita aſtuti & fraudulenti, ſed magis violenti, ut idem Romulus. (3.) Abundabant divitiis & nummis, ut ſibi addictos ejus- Cur hoc medio ſolo Franci non alii reges uſi fuerint?

ejusmodi donis corrumpere possent, ut Cæsar, Augustus, Tiberius &c. (4) Populus subjectus non ita libertatis amans erat & ferox, uti Francorum natio, quod iterum exemplo Romanorum illustrari potest, quorum spontaneus quasi cursus ad servitutem ex vita Cæsaris, Augusti, Tiberii ex Suetonio, Tacito aliisque Augustæ historiæ scriptoribus est notissimus. Quod si nec hæ rationes diversitatis dubium propositum in totum tollant, considerari debet, quod vitio scriptorum illius ævi nobis omnes circumstantiæ non sint cognitæ, adeoque in re obscura & maxime neglecta hoc Catone debeamus interim contenti esse.

Diversissimæ hominum opiniones de libertate & servitute sub monarchia & democratia.

(c) In monarchia unus imperat, reliqui omnes parent. In democratia omnes imperant, singuli parent. In monarchia libertatem & servitutem plane aliter concipiunt homines quam in democratia. Dico concipiunt: nam in rei veritate utrobique, qui se maxime liberos arbitrantur, sunt maxime servi, id est minime liberi in sensu libertatis rationali. Conf. dicta *in dissert. de homin. propr. & liberis Germanorum anno 1701. habita §. 32. seqq.* Igitur in monarchia quo propior aliquis est regi intuitu officiorum aulicorum, eo potentior, nobilior & liberior esse censetur, quo remotior ab aula, eo impotentior, ignobilior & minus liber habetur. At in republica libera & democratica opinio priori plane adversa regnat. Hic homines maxime plebeji & pauperiores se liberiores esse arbitrantur maximis maximorum regum satrapis, &

Digitized by Google

& hos pro servis, barbaris, mancipiis citra ullam dissimulationem habere solent. Ita Græci de Persis loquebantur. Ita Franci de Valentiniano: vide locum Franciſci Irenici *infra ad hanc tb. lit. g.* Ex eadem observatione videtur deducenda genuina derivatio & origo dominorum liberorum seu Baronum Germaniæ. Qui ab aula remoti vivebant olim, ubi regibus aut imperatoribus vel principibus nondum infinita ac libera potestas, & ubi illi exemplo potius quam imperio præerant, pro liberis habebantur; qui principibus vel regibus in aula ministeria præstabant, pro servis, Edle Knechte. Adde iterum *d. dissert. de homin. propr. & liberis §. 96.* Et si quis porro ex historia Græca, & ex oratoribus Græcis pariter ac Romanis consideret, quod in democratiis populus adversus formam monarchicam, etiam legibus publice de præmiis tyrannicidarum propositis, exacerbari soleat, ei facile apparebit, quam caute procedere debeant illi, qui populum libertati adsuetum unius absolutæ potestati subjicere intendunt.

(d) Quamvis Clodovæum rudi satis penicillo depinxerit Gregorius Turonensis, cuilibet tamen ejus gesta attentius examinanti apparebit, eum fuisse principem & arrogantissimum i. e. absolutæ potestatis cupidissimum, & astutissimum h. e. ad simulationem amicitiæ & dissimulationem odii aptissimum. Docent id ejus crudelitas adversus militem, libertatis popularis intempestive memorem, de qua mox pluribus, item ejus transitus ad religionem christianam, si modum & gra-

Genius primorum regum Franciæ Clodovæi I. & Childeberti.

ejusmodi donis corrumpere possent, ut Cæsar, Augustus, Tiberius &c. (4) Populus subjectus non ita libertatis amans erat & ferox, uti Francorum natio, quod iterum exemplo Romanorum illustrari potest, quorum spontaneus quasi cursus ad servitutem ex vita Cæsaris, Augusti, Tiberii ex Suetonio, Tacito aliisque Augustæ historiæ scriptoribus est notissimus. Quod si nec hæ rationes diversitatis dubium propositum in totum tollant, considerari debet, quod vitio scriptorum illius ævi nobis omnes circumstantiæ non sint cognitæ, adeoque in re obscura & maxime neglecta hoc Catone debeamus interim contenti esse.

Diversissimæ hominum opiniones de libertate & servitute sub monarchia & democratia.

(c) In monarchia unus imperat, reliqui omnes parent. In democratia omnes imperant, singuli parent. In monarchia libertatem & servitutem plane aliter concipiunt homines quam in democratia. Dico concipiunt: nam in rei veritate utrobique, qui se maxime liberos arbitrantur, sunt maxime servi, id est minime liberi in sensu libertatis rationali. Conf. dicta *in dissert. de homin. propr. & liberis Germanorum anno 1701. habita §. 32. seqq.* Igitur in monarchia quo propior aliquis est regi intuitu officiorum aulicorum, eo potentior, nobilior & liberior esse censetur, quo remotior ab aula, eo impotentior, ignobilior & minus liber habetur. At in republica libera & democratica opinio priori plane adversa regnat. Hic homines maxime plebeji & pauperiores se liberiores esse arbitrantur maximis maximorum regum satrapis, &

Digitized by Google

& hos pro ſervis, barbaris, mancipiis citra ullam diſſimulationem habere ſolent. Ita Græci de Perſis loquebantur. Ita Franci de Valentiniano: vide locum Franciſci Irenici *infra ad hanc tb. lit. g.* Ex eadem obſervatione videtur deducenda genuina derivatio & origo dominorum liberorum ſeu Baronum Germaniæ. Qui ab aula remoti vivebant olim, ubi regibus aut imperatoribus vel principibus nondum infinita ac libera poteſtas, & ubi illi exemplo potius quam imperio præerant, pro liberis habebantur; qui principibus vel regibus in aula miniſteria præſtabant, pro ſervis, Edle Knechte. Adde iterum *d. diſſert. de homin. propr. & liberis §. 96.* Et ſi quis porro ex hiſtoria Græca, & ex oratoribus Græcis pariter ac Romanis conſideret, quod in democratiis populus adverſus formam monarchicam, etiam legibus publice de præmiis tyrannicidarum propoſitis, exacerbari ſoleat, ei facile apparebit, quam caute procedere debeant illi, qui populum libertati adſuetum unius abſolutæ poteſtati ſubjicere intendunt.

(d) Quamvis Clodovæum rudi ſatis penicillo depinxerit Gregorius Turonenſis, cuilibet tamen ejus geſta attentius examinanti apparebit, eum fuiſſe principem & arrogantiſſimum i. e. abſolutæ poteſtatis cupidiſſimum, & aſtutiſſimum h. e. ad ſimulationem amicitiæ & diſſimulationem odii aptiſſimum. Docent id ejus crudelitas adverſus militem, libertatis popularis intempeſtive memorem, de qua mox pluribus, item ejus tranſitus ad religionem chriſtianam, ſi modum & genius primorum regum Franciæ Clodovæi I. & Childeberti.

Digitized by Google

gradus confeſſionis, & vitam confeſſioni minime reſpondentem conſideres: porro inſidiæ omnibus cognatis regibus ab ipſo ſtructæ, & ſimulata tamen juſtitia, qua ſubdole inquirebat, an adhuc aliquis ex illis lateret. In ſumma tota ejus vita principem ſiſtit, in quo mixturam deprehendere licet artium Auguſti & Tiberii. Quod ſi vero jam ante Clodovæum feuda fuerint introducta apud Francos, cum de reliquorum anteceſſorum ejus vita & rebus geſtis pauciſſima cognita habeamus, vel ita pauca tamen, quæ Gregorius & reliqui de Clodovæi patre Chilperico referunt, ſatis etiam de ejus aſſutia & cupiditate imperandi pro lubitu teſtantur.

Caritas auri & argenti, item nummorum tempore primorum regum.

(e) Gregorius Turonenſis *in præf. ad libr. 5. Recordamini, quid caput victoriarum veſtrarum Clodovæus fecerit, qui adverſos reges interfecit, noxias gentes eliſit, patrias gentes ſubjugavit: quarum regnum vobis integrum illæſumque reliquit, & cum hoc faceret,* NEQUE AURUM, NEQUE ARGENTUM, *ſicut nunc eſt in theſauris veſtris, habebat. Quid agitis? quid quæritis? quid non abundatis? in domibus delicia ſupercreſcunt, in promtuariis vinum, triticum oleumque redundat, in theſauris aurum argentumque coacervatur &c.* Adnotat ad hæc verba Ruinartus: *Hinc patet, Clodovæum filioſque ejus non multum argenti coacervaſſe. Unde ſupra lib. 3. cap. 7. Theodoricus adeo agre ferebat diſci argentei privationem.* Quod jam ante eum obſervaverat etiam Hadr. Valeſius *lib. 7. rerum Franc. p. 360.* Conf. P. Danielem *diſſ. 3. ad tom. 1. Hiſt.*

Digitized by Google

Hiſt. Franc. pag. 359. Wendelinum *in natali ſolo legum Salicarum cap. 3. 4. 5.*

(f) Cauſam introducendorum feudorum a doctoribus communiter neglectam vel ſuperficiarie tractatam non miror, at eam tractationem illuſtri quondam Eybenio *in Elect. Jur. Feud.* & doctiſſimo Ittero *de Feud. Imp.* omiſſa eſſe, id non niſi difficultati hujus capitis, & quod jure ipſis diſplicuerit, quicquid alii ea de re tradiderunt, adſcribo. Proxime a vero aberrans, non tamen ſcopum feriens eſt illorum ſententia, cujus in theſi hac mentionem feci, quorum mentem illuſtris olim Rhetius *comment. ad jus feud. lib. 1. tit. 1. n. 26. p. 45.* hic exponit: *Licet prima cauſa impulſiva fuerit conceſſi feudi meritorum compenſatio, & ut fortium militum copia ſuppetat* arg. 2. F. 52. verbis: per quos vires imperii &c. & 2. F. 54. verbis: pro quantitate feudi ſtipendia &c. *poſtea tamen eandem induxit vel publica neceſſitas, quando aliter vel paci, vel quieti publicæ conſuli non potuit, vel cum alii ſuis viribus ſufficere inſultantibus non confiſi, aut alias rebus ſuis melius conſulturi potentioribus in clientelam poſſeſſiones ſuas offerentes feudi jure ab iisdem receperunt*, Knichen *de jur. territ. cap. 1. num. 205.* Gail. *in Obſerv. 158. n. 1.* Sed ad illum finem, compenſationem nempe meritorum, & copiam fortium militum, ſufficiebat donatio prædiorum allodialium, nec opus erat, potiſſimum in ſubditis promiſſio fidelitatis & ſervitiorum, quam alias ſubditi vi ſubjectionis debent; non opus erat, præmia illa reſtringere

Inſufficientia cauſarum cur feuda introducta, ab aliis adductarum.

ad tempus vitæ, aut ad nutum & voluntatem concedentis. Aliorum igitur de causa feudorum impulsiva sententiam saltem proferre liceat absque addita censura. De Boxhornio sic pergit Rhetius *d. l. n. 29. Boxhornius in dissert. de trapezitis pag. 8. seq. præter dictas concessorum feudorum causas aliam adhuc adducit, quasi Germaniæ principes mutuum a subditis opulentioribus sumentes, sortis pariter & usurarum ratione ingens æs alienum contrahentes pignoris jure latifundia & agros concessissent, & cum solvendo non fuerint, easdem possessiones in feudum dedissent, vel ipso vocabulo* \Germanico Lehen *teste. Verum licet hoc vel istud feudum forte in Germania eo modo concessum appareat, in universum tamen inde feudorum causas deducere commoda consequentia non finit. &c. Et si vocabulum* Lehnen *id evincere deberet, ipsa rei in feudum concessio mutui nomine veniret, quod a verbi ipsius efficacia penitus alienum deprehenditur.* Alibi idem illustris autor *ad lib. 1. Feud. Tit. 25. p. 466.* de fine feudorum dubitanter asserit: *Finis* (feudi) *forte fides mutua inter dominum & vasallum erit,* Struvius *Syntagm. Jur. feud. cap. 1. aph. 3. n. 3. & 5.* quamvis obscurius modo in *præmiis fidelium ministrorum*, modo *in signo victoriæ in populos victos* causam feudorum introductorum videtur collocare. Paulus Hachenbergius *Germ. Med. dissert. IX. §. 3. p. m. 325. seq. Verior*, inquit, *opinio est, introducta demum feuda, vasallosque institutos labente jam ac fatiscente Romano imperio, cum Germanicæ gentes velut sedibus excita,*

excitæ, partim in Illyricum Italiamque, partim in Gallias, Hiſpaniam, Britanniam maximis bellis coloniisque ſe effuderunt. Ea enim tempeſtate, cum imperium iisdem artibus quibus partum erat, ſervandum foret, REI MILITARIS NECESSITAS inventum feudorum peperit: dum imperatores atque reges patriciis & proceribus ſuis, quos Capitaneos vocarunt, integras regiones, præſertim finitimas, & hoſti expoſitas diſtribuebant: quod promptius ſua, quam aliena defenſuri viderentur. Adjecta tamen conditio eſt, ne totas ſibi reſervarent provincias, coacervandisque ejus opibus ſoli incumberent, ſed ut diviſas in idoneas portiones militibus ſtipendii loco elocarent. Præcipuum omnibus ſacramentum impoſitum, ut patriam armis tegerent, dominum defenderent, militanti auxilium portarent, ſua fortia facta gloriæ ejus magnitudinique aſſignarent. Notabilis locus, ſi modo Hachenbergius adnotaſſet, quis ipſi has antiquitates revelaſſet. Nam lector divinare non poterat, ea omnia ex Spelmanno, quem tamen ibi refutare vult, tantum non de verbo ad verbum eſſe deſcripta. Ita vero Spelmannus *in voce Capitaneus pag. 140. Plebi terras olim non dividebant reges, ſed vel pagos integros, vel amplas ruris portiones Capitaneis conferebant: qui acceptas itidem ſuis diſpartiebantur clientibus &c.* Et alibi *ſub voce feudum p. 256. Laborante ſeculo antiquiori bellis undiquaque graviſſimis, imperatores, reges, principes conſultius ducunt, patriciis & magnatibus ſuis, (quos Capitaneos vocabant) regiones integras, præſertim finitimas,*

timas, & hosti expositas distribuere. Non ut sibi has integre possidentes opes eraderent, sed ut distractas in idoneas portiones singulis militibus, (habito personarum respectu) feudi, id est stipendii nomine elocarent, qui & cum ipsis patriam unanimiter tuerentur (fidei interposito jurejurando) & militanti principi in auxilium venirent evocati. Feudorum igitur inventum peperit militaris necessitas &c. Sed Spelmannus quidem, ut ex locis adjacentibus patet, illam doctrinam inde hausit, quod in doctrina de origine feudorum textus juris Longobardici fundamenti loco posuerit, quod tuto fieri non posse mox annotabimus. Noviſſime D. Titius, *Jur. Priv. Rom. Germ. lib. XI. cap. 1. §. 10. In genere probabile videtur, quod cum monarchiis feuda sint exorta, nam pro ruditate vel simplicitate illorum temporum, tam ad rempublicam formandam, quam defendendam aut dilatandam sufficere fortassis existimatum fuit, si familiæ, viribus & existimatione distincta ac dispares, fidelitatis lege unirentur. Hinc institutum feudale vitam subjectionis civilis tum subiisse videtur. Sicut autem bellis exortis magis extensum fortassis fuit, ita sensim vinculum subjectionis magis efformari & adstringi quoque cœpit.* Quæ doctrina, uti proxime accedit ad sententiam noſtram, ita, quod non in omnibus nobiscum ſentiat, in cauſa eſt, quod vir *in §. præced. 9.* ſuppoſuerit, irritum laborem eſſe, explicare originem feudorum, eorum enim, quæ a principio arbitrario ac omnibus gentibus communi dependent, originem vix expli-

Digitized by Google

explicari poſſe, neque etiam illius rei ignorantiam cum aliquo eruditionis damno eſſe conjunctam.

(g) Libertatis ſtudium in Francis Hunibaldus ſatis exprimere neſcit (ſunt verba Franciſci Ireneci *German. Exeg. lib. 4. cap. 27. p. 197.*) *nam cupidiſſimos libertatis ideo ſemper Romanis ſuſpectos Francos fuiſſe ſcribit. Valentiniano enim tributum poſtulanti reſponderunt, ſe libertatem præ omnibus cuſtodire velle, & ſi bello contra ipſos inſurgat, ſe ſenſurum Francos liberrimos, & ipſum ſervum. Hunibaldus a Marcomiro I. usque ad Clodovæum libertatem eorum ſummam recitat. Abbas Sponhemius ſcribit, invicem ſe ſalutaſſe Francos: ſalve liber France. Eſt apud nos proverbium: Liberior Franco ſum &c.* Sed ne quem deterreat autoritas Hunibaldi, tanquam hominis ferrei oris & plumbei cordis, (ut pluribus exponit Voſſius *de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 22. pag. 242. & ibi in addit.*) vel ea quæ Gregorius pauca de vita Childeberti excerpſit, magnas reliquias oſtendunt Francicæ libertatis, regem ejicientis ob vitium, quod in plena ſervitute & ſub principe poteſtatis abſolutæ pro peccatillo haberi ſolet. Sed de ipſo Clodovæo videamus notabilem hiſtoriam a Gregorio Turonenſi, quamvis plane alia intentione, adductam. Extat ea *lib. 2. cap. 27. Eo tempore multæ eccleſiæ a Clodovei exercitu depradatæ ſunt, quia erat ille adhuc fanaticis erroribus involutus. Igitur de quadam eccleſiæ urceum miræ magnitudinis* (ex argento vel *argenteum*, neſcio unde, Valeſius *rer. Franc. lib. 5.*

Teſtimonia de Francorum ſtudio libertatis conſervandæ inſigne exemplum reliquiarum illius ſtudii ex Gregorio Turonenſi. Specimen variarum obſervationum hiſtorico politicarum ex hoc exemplo.

pag. 241.) ac pulchritudinis hostes abstulerant, cum reliquis ecclesiastici ministerii ornamentis. Episcopus autem ecclesiæ illius missos ad Regem dirigit, poscens ut, si aliquid de sacris vasis reciperet nonmereretur, saltem vel urceum ecclesiæ suæ reciperet. Hæc audiens Rex, ait nuncio: Sequere nos usque Suessionas, quia ibi omnia quæ acquisita sunt, dividenda erunt. Cumque mihi eum illud sors dederit, quæ papa posoit, adimpleam. Dehinc adveniens Suessionas, cuncto onere prædæ in medio posito, ait Rex: Rogo vos, o fortissimi prælatores, ut saltem mihi vas illud extra partem concedere non abnuatis. Hæc Rege dicente, illi quorum erat mens sanior, ajunt: Omnia, glorioso Rex, quæ cernimus, tua sunt; sed & nos ipsi tuo sumus dominio subjugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur facito: nullus enim potestati tuæ resistere valet. Cum illi hæc ita dixissent, unus levis, infidus ac facilis, (alii, inquit Francus levis: alii cerebrosus) cum vero nequam, elevatam bipennem urceo impulit, dicens: nihil hinc accipies, nisi quæ tibi sors vera largietur. Ad hæc obstupefactis omnibus Rex injuriam suam patientia lenitate coercuit, acceptumque urceum nuncio ecclesiastico reddidit, servens, abditum sub pectore vulnus. Transacto vero anno justit omnem cum armorum apparatu advenire phalangam, ostensuram in campo Martio suorum armorum nitorem. Verum ubi cunctos circuire deliberat, venit ad urcei percussorem. Cum ait: nullus tam inculta, ut tu, detulit arma: nam deque tibi hasta, neque gladius, neque securis est utilis &c.

Et

Et apprehensam securim ejus in terram dejecit. Is ille cum paululum inclinatus fuisset ad colligendum eam, rex elevatis manibus, securim suam capiti ejus defixit. Sic, inquit, tu apud Suessionas in urceo illo fecisti. Quo mortuo reliquos abscedere jubet; magnum sibi per hanc causam timorem statuens. Ducit hæc historia a Gregorio adducta ad varias observationes nequaquam negligendas, cum eo diligentius antiquitates debeant conquiri in historicis veteribus, quo ratius & negligentius eæ a monachis notatæ fuere. Dabimus brevissimis ejus rei specimen. (1) Jam fuere, qui exinde Clodovæi astutiam & inclinationem ac favorem erga episcopos, antequam christianismum publice profiteretur, annotarunt & credo hunc in finem primario a Gregorio Turonensi eam tam diffuse fuisse recensitam. (2) Initio monarchiæ Francicæ reges non habebant potestatem distribuendæ prædæ, ergo multo minus imperatores bellici sub republica libera. (3) Ad simulacra pristinæ libertatis pertinet quod Rex Clodovæus non auderet proprio ausu vel minorem aliquam particulam prædæ auferre, quod non auderet militis rusticitatem statim coërcere. (4) Si reges per honores & beneficia servos sibi facere parent, mox abundantia adulatorum adest. Uti hoc loco haud dubie illi, qui feuda possidebant a rege, ipsius petito statim submississime adrepebant. Conf. quæ in simili casu de temporibus Augusti dixi *de Nævis Jurispr. Ante-Justin. pag. 76. 77.* (5) Plurimis in servitium ruentibus, sapientis est, mediam viam eli-

gere, inter abruptam contumaciam & defo[illegible] obsequium, at vero intempestive libertate anti[illegible] uti velle, res damni & periculi maximi plenis[illegible] ma est. (Exemplum Labeonis & Capitonis *ib. pag.* 78. adductum mentem meam declarabit ulterius.) (6) Vel ex unico facto concipere poteris genium Clodovæi, (quamvis non desint alia plura apud eundem Gregorium) hominis ut jam supra *h. th. lit. d.* notavimus, & crudelissimi & timidissimi. (7) Illustrabit hæc historia præceptum ad prudentiam alios cognoscendi pertinens: *Omnis homo timidus crudelis, & omnis homo crudelis timidus.* (8) Exemplum vero mortuæ plane libertatis Francicæ præbet factum Clodovæi, tam turpi sævitia, nec absque jactatione, rusticitatem militis, libertatis simulacro impertinenter utentis, post longi temporis dissimulationem impune, & sine turbis coercentis. (9) Non vero audaciæ specimen hic latere putes: quin potius Clodovæus ex variis circumstantiis, potissimum vero ex copia in servitutem ruentium judicare potuit, quod nemo sit facile militis istius mortem vindicaturus. (10) De militia veterum Germanorum & Francorum res est adhuc obscurissima, plerisque scriptoribus docentibus, quod ingenui servitia equestria præstitissent, & tamen peditatus etiam fit mentio apud historicos, & quidem non infrequenter. Unde dubium, ex quo statu peditatus fuerit formatus, cum illis temporibus rustici tanquam servi non fuerit admissi ad militiam, homines vero urbici etiam post aliquot inde secula non coacti fuerint mili-

militare in expeditionibus. Neque satisfaciunt ad hæc dubia tollenda tradita a Tacito, Cluverio, Hachenbergio &c. Etsi vero nec hic Gregorius mentionem faciat, utrum equites an pedites fuerint milites, quorum lustratio a Clodoveo instituta; verba tamen finalia: *& ille cum paululum inclinatus fuisse &c.* eo ducunt, ut credamus fuisse lustrationem peditum &c. Sed hæc quidem speciminis loco sufficiant.

(b) Est duplex hominum genus, unum animi servilis, & plus quam bestialis, quod nullis beneficiis capitur, sed ubi terrore & metu, ac duriore coërcitione opus est, de quo est versiculus:

Eminentia beneficiorum præ violentia & metu pœnæ incusso in cogenda voluntate humana.

Rustica gens est optimæ flens, & pessima videns,
Ungentem pungit, pungentem rusticus ungit.

Alterum animi magis liberalis & generosioris, quod violentia & metu irritatur, benevolentia autem & spe beneficii capitur ac delinitur, etiam ubi irritatum fuerit. Imo nullum est dubium, etiam homines prioris generis benevolentia & beneficiis, si non vinci, tamen mulceri posse, si modo recte applicentur. Sunt quippe beneficia duplicis generis, vel facti transeuntis, vel permanentis, beneficia prioris generis non pereuntur, si dentur hominibus generosis, at si illis homines servilis animi afficias, inimicos tibi magis parabis, quam amicos. Sed beneficia posterioris generis, quæ durant, quæ revocari possunt, si erga benefactorem non testeris animum benevolum, apta sunt & ad generosiores & ad eos, qui omni generositati renunciarunt, in ordine retinen-

tinendos. Ergo violentia inimica non potest facere amicos, ne quidem ad tempus, sed potius odium excitat, ut metum patientes velint illi nocere, qui metum incutit, si modo possint. Possunt autem facillime, si metus incussus eos sic afficiat, ut pariat tædium vitæ. Sic Seneca alicubi: *Qui vitam suam contempsit, sui arbiter est.* At violentia amica & beneficia, etli homines illos servilis animi non vincant ut prodesse velint, vincit tamen & hos, ut nolint nocere, ut nolint fidem datam violare, metu amittendi beneficii. Unde quemadmodum nihil certius & quotidiana experientia sensibilius, quam ut voluntas hominum cogi possit: ita illi a sagacioribus pro stultis habentur, qui violentia inimica, & metu pœnæ, aut eo solo absolutam in alios potestatem sibi parare volunt, negligentes omnium mediorum ad cogendas aliorum voluntates fortissimum, vim scilicet amicam.

Reverentiæ & fidelitatis promissio non inferunt subjectionem, sed facilis tamen ad eam est transitus. Consilia autoris vitæ Commendonii,

(t) Verum est, reverentiæ & fidelitatis promissio non infert subjectionem, adeoque recte defendit Grotius *lib. 1. de J. B. & P. cap. 3. §. 21.* fœdera inæqualia non tollere majestatem & libertatem, nec illa quidem, ubi alter populus alteri promisit, quod velit ejus imperium ac majestatem conservare, aut comiter colere aut revereri. Interim etiam recte idem *d. l. n. 10.* annotavit, verum esse, accidere plerumque, ut qui superior sit in fœdere, si potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie dictum insurpet, unde modo quæruntur tales inæqualiter fœderati, sub umbra

umbra fœderis ſervitutem ſe pati, modo, fœdus in ſpecie jam eſſe precariam ſervitutem: & jam in proverbium abiit, clientelam primum eſſe ad ſervitutem gradum. Vide Grotium *in notis ad d.l.* & commentatores *ibid.* Nam ſervus tenetur facere quæ juſſus eſt, & ſi hæc faciat, dominus non habet juſtam cauſam conquerendi. At cliens, & qui alteri reverentiam debet, obſtrictus eſt, etiam antevertere juſſa patroni, ſi fructus patrocinii nolit amittere, id eſt, ad nutum paratus eſſe, er muß ihm alles an denen Augen anſehen. Quis populus majore libertate hactenus gaviſus eſt, quam Polonus, quis rex magis reſtricta poteſtate hactenus regnavit, quam Rex Poloniæ: & tamen nullum eſt dubium, Polonos diu ſubjici & Reges eorum ad firmandam poteſtatem abſolutam inſenſibiliter pervenire potuiſſe, ſi prærogativis, quas Reges Poloniarum habent, debito modo fuiſſent uſi. Autor vitæ Cardinalis Commendonii jam tempore electi Henrici principis Andegavenſis, & poſtea Regis Galliæ, breviter ſed ita palpabiliter illa media expoſuit Regi & ejus intimioribus, ut mirari liceat, quod hactenus nullus Regum ea conſilia in effectum deduxerit, niſi conſtet, Reges & eorum conſiliarios vel carere ſæpius diſſimulatione, vel diuturniore patientia, quarum utramque conſilia ejusmodi requirunt. Legi meretur ille diſcurſus *in lib. 3. vitæ Commendonii cap. 13. p. m. 438.* In quo monſtrat autor, quod autoritas Regis Poloniæ non ſit ita imbecillis ac reſtricta, ut vulgo creditur, & quod Poloni non habeant eandem libertatem uti eligendi

quomodo reges Poloniarum pro lubitu ſuo poſſint Poloniam regere.

Digitized by Google

gendi ita & gubernandi Regem. Ubi poſtquam alias Regum prærogativas recenſuit, mox ſubjungit etiam illam, quod proceres Poloniæ nullum officium, nullam dignitatem, nullum munus divitias parans ſine conſenſu & liberalitate regis obtinere valeant, & quod illa officia non transeant ad heredes, ſed naturam habeant beneficiorum a mera Regis gratia dependentium. Unde mox concludit, regem Poloniæ in effectu leges, honores, bona & vitam ſubditorum ſuorum habere in ſua poteſtate, & hos ad nullam dignitatem ſine Regis beneficio poſſe adſpirare, adeoque Regem poſſe ſtatum reipublicæ Poloniæ movere, ſiſtere, atque regere pro lubitu &c.

§. XIV.

Cur de natura primæva feudorũ non multa diſtincte ſcribi poſſint.

Jam naturam feudorum ſi inveſtigare velimus, fatendum initio, multas hic ſubeſſe difficultates, ideo quod tam parci fuerint hiſtorici in negotiis politicis deſcribendis, ut vix feudorum uſum ex illis monſtrare potuerimus (*a*), ac deeſſe alios qui glaciem nobis fregerint (*b*). Ergo nemo vitio nobis vertet, quod ſaltem primas quaſi lineas de natura primæva feudorum hic ducamus (*c*).

Cur ex hiſtoriis Francicis difficulter colligi poſſit ſtatus poli-

(*a*) Scopus communis omnium clericorum ſub papatu hiſtorias ſcribentium, ſcribebant vero olim bene ſoli regulariter, (nam Joannes Aventinus & ſimiles pauciſſimi ad exceptionem pertinent) is fuit, ut fere ea ſola notarent, quæ ad epi-

epiſcopos, monaſteria, uno verbo ad honorem, divitias eccleſiæ i. e. Clerici augendas ſub prætextu gloriæ Dei facere poſſent. Unde omnes paginas implent exſtructiones monaſteriorum, templorum, donationes iis factæ, favores Regum & potentem epiſcopis & abbatibus exhibiti; fautorum laudes & præmia per victorias & acquiſitiones bellicas, (ſæpius ſufflaminante clero bellorum cauſas,) adverſariorum cleri infelicitas, perſuaſio lectoris, quod illa damna, quæ adverſarii ipſorum per fraudes aulicas cleri acceperant, ex arcano & ſingulari Dei judicio proceſſerint, innumera mendacia, de falſis miraculis ſanctorum vel quaſi, in favorem clientum & odium contemtorum cleri, jam dolo malo excogitata, jam bona fide ex crudelitate & monaſtica ſimplicitate narrata. Ut vel ſolum exemplum Gregorii Turonenſis, qui tamen inter ſcriptores coævos hiſtoriæ regum Merovingorum prolixiſſimus eſt, ad oculum probat. Quomodo ergo a talibus expectare poſſes deſcriptionem & informationem ſtatus politici ſufficientem. Unde cum diligentia & judicio colligendæ ſunt ſparſim & ex verbulo aliquo, ſæpius ab hiſtoricis obiter dicto, non propoſitiones juſtæ & facile inter ſe connectendæ, ſed prope divinatoriæ obſervationes, quarum ſpecimen dedi *ad th. præc. lit. g.*

ticus regiminis cujus acta deſcribunt.

(b) Quid in Alteſerræ originibus feudalibus & Hachenbergii diſſertatione de feudis Germaniæ mediæ deſideremus jam ſupra diximus *ad th. 7. lit. b. c.* Valde dolui, quod Nicolaum Vignerium

Similis defectus in ſcriptis aliorum. Nicol. Vigne-

Digitized by Google

rii & Isaaci Pontani origines Francicæ Hadriani Valesii Tomi rerum Francicarum : Excerpta quædam ex tomo I. selectiora. Valesii notitia Galliæ. Potissima capita observationum politicarū ab ipsomet in præfat. indicata. Earum specimina potissima : Quid sint seniores Franciæ, & quomodo alias appellentur ? Apud alios Germaniæ populos tres ordines : Nobiles, liberi, servi. Apud

rium & Isaacium Pontanum, quos ex professo gentis Francicæ primordia atque origines scripsisse acceperam, ob eorum raritatem inspicere non liceret, donec *ex præfatione* Hadriani Valesii *ad primum tomum rerum Francicarum* observarem, Vignerium mihi parum profuturum, cum opus suum saltem ad Faramundum regem deduxerit, nec multo plus Pontanum, cum hic in morte Clodovæi I. desinat. Adde quod ipse Valesius testetur, Pontanum antiquitatum Francicarum non admodum gnarum esse, & præter cæteros pro Gregorio Turonensi Historicum quendam Caroli Præfecti aulæ æqualem fere semper lectori obtrudere. Multum vero de ipso Valesio mihi pollicebar, ejusque scripta adhuc rariora magno cum desiderio conquirebam, & ea quæ invenire licuit, non minore cum aviditate perlustrabam, inprimis postquam in Gottefridi Wendelini *cap. 1. de natali solo legum Salicarum*, *pag. 57.* sequentia legeram: *Ex iis* (antiquis historicis Francicis) *qui supersunt, multi jam viri doctissimi origines istas* (francicas) *ita eruerunt, ut ipsa fere nostra nomina vix sint nobis notiora, quo in argumento post Nicolaum Vignerium & Isaacium Pontanum Hadrianus Valesius quicquid adhuc poterat desiderari videtur expleviſſe, quibus, si accedant etiam hæc,* (quæ videlicet Wendelinus ipse de legibus Salicis commentatus est) *non erit, quo vel ipsa origo Romana supra Francicam glorietur.* Sed fefellit opinio, postquam perlustravi libros octo priores rerum Francicarum Valesii, (utpote quos solum mihi inspi-

inſpicere licuit) qui ab origine gentis ad mortem Clotharii ſenioris procedunt. Etſi enim, ut jam ſupra notatum fuit, Valeſii hiſtoria inſtar commentarii eſſe debeat in Gregorium Turonenſem; ſtatim tamen deprehendi, quod Valeſius, eſt inſtituto videlicet ſuo, multa ſtudioſe omiſerit a Gregorio relata, pauciſſima vero ad notitiam ſtatus imperii Francici facientia ex iſtis Gregorii fragmentis collegerit. Quale eſt illud *lib. 6. p. 316.* Quod Clodovæus primus omnium Franciæ regum potentiam ſuam inter populares valde auxerit, neque etiam ſucceſſores ejus, prædæ partem cum militibus æquo jure ſortitos, aut in conciliis a populo duces delectos fuiſſe, quorum tamen utrumque adhuc ſub Clodovæo factum fuiſſe docet. Item *lib. 7. pag. 321.* quod diviſio regnorum inter liberos Clodovæi cum conſenſu optimatum Franciæ facta fuerit, & *p. 389.* quod per *viros fortes* intelligantur apud Gregorium illi, qui tum proprie Barones dicerentur. In *lib. 8. p. 398.* quod apud Gregorium per *Leudes*, intelligantur optimates. *Pag. 412.* ex legibus Alemannorum excerpta de *Duce Alemanniæ* ejus jure & poteſtate. *P. 456. ſeq.* de *armis Francorum* ſub Merovingis obſervationes. Quibus ſi addas ea, quæ jam ſupra *ad §. 11. lit. e.* de *ſervi voce* a Gregorio, de homine libero privato uſurpata, & *ad th. 13. lit. e.* de *raro uſu argenti* ſub Clodovæo, ex Valeſio notavimus, fere univerſa erunt, in iſtis Valeſii libris octo prioribus ad notitiam aliquam ſtatus politici illorum temporum pertinentia. Et horum pleraque etiam

Francos duo: Clerici & Laici, & hi vel ſeniores, vel juniores, majores, vel minores. Origo tertii ordinis, populi ſeparati a nobilibus eſt noviorum temporum: Gentilium hominum demum mentio ſeculo 13. Qui fecerint Francorum exercitus. Francos a Gallis tributariis diutiſſime ſecretos, ac omnes immunes fuiſſe, omnesque militaſſe. Joannis Tilii commentarii

Digitized by Google

de rebus Gallicis & Vincentij Lupani de magiſtratibus & præfecturis Francorū.

Stephani Paſchaſii origines Francicæ.

Excerpta ſelectiora ex illis cū excerptis ex Valeſio raro convenientia

Paſchaſio iterū contradicit Loiſeus.

Limnæi notitia Franciæ.

Diplomata ſub prima linea regum Merovingorū conſcripa apud Mabillonium cur parum ad ſcopum noſtrum.

etiam a Valeſio ſaltem obiter & quaſi aliud agendo commentario ſuo inſerta ſunt. Ut adeo de reliquis duobus tomis Valeſii, varias ob rationes, non meliora ſint ſperanda. Similia dicenda ſunt, de altero Valeſii volumine cujus titulum fecit: *Notitia Galliarum:* Etſi enim hic liber egregius valde ſit, & ſua laude digniſſimus, tamen ab autore ad notitiam geographicam Galliarum potiſſimum & fere unice deſtinatus eſt. Quod ſi forte hinc inde latitent quædam, quæ ad notitiam politicam transferre poſſis, quis ea in illo opere ſummariis & ſectionibus deſtituto inveniret. Certe ex indice paucisſima tibi eum in finem promittere queas. Equidem maxime ſalivam mihi movit, dum legerem in *præfatione Valeſii p. 23.* ſequentia, in quibus ſcopum libri auctor ſummatim exhibet. *Quoniam*, inquit, *hæc deſcriptio Galliarum prorſus ſterilis, nec ingenii, nec facundiæ capax, & utilis, ac cogneſci digna magis quam benigna aut jucunda materia eſt; viſum eſt obſervationes materiæ convenientes inſerere, partim ex hiſtoria Romana, partim ex Francica petitas, & per annos fere 40. lucubratas, ut eſſet lectori tantum iter facienti ſtationum loco, in quibus animus, crebra aut pene continua tot locorum ac tot ſcriptorum nomenclatura fatigatus, paululum requieſceret, reficeretur, recrearetur. Priſca igitur ornamenta urbium Galliæ, & ſi qua Romani de gentibus ejus, regionibusque & oppidis memoranda retulerunt, attigi paucis; (Fuſius expoſui:* Has voces enim vel ſimiles ſupplendas eſſe ſuadet contextus) (1) *qui eſſent ſenieres*

niores Franci per urbes Galliarum ſparſi, quotque nominibus appellarentur, (2) *quando primum gentilium hominum apud nos facta ſit mentio;* (3) *quando nobilitas ſuum ſibi corpus habere cœperit, a cleri & populi ordinibus ſeparatum;* (4) *qui fuerint Francos exercitus;* (5) *Francos a Gallis tributariis diutiſſime ſecretos, ac omnes immunes fuiſſe, omnesque militaſſe;* (6) *Quæ & quot olim regna Francorum extiterint;* (7) *quam variæ regum Francorum ſedes;* (8) *quæ eorundem villæ publicæ ſive fiſcales;* (9) *circa quæ tempora inter epiſcopos majorum eccleſiarum diviſio prædiorum eccleſiaſticorum facta fuerit;* (10) *Epiſcopatuum etiam initia & translationes, ac monaſteriorum origines non neglectæ: & quæ alia paſſim ſtudioſi & eruditi in notitia mea reperient a nemine hactenus obſervata.* Facile concipere tibi poteris, quam avide quæſierim obſervationes per 40. annos lucubratas de prioribus quinque capitibus, utpote quæ propius ad ſcopum meum facerent. Sed visne ſcire quid invenerim? Dabo omnia, nec pigebit, cum liber Valeſii & carior ſit & carior. (1) De ſenioribus ita, *ſub rubrica Rotomagus p. 484. in f. Apud Francos gentem Germaniæ, ſicuti apud cæteros Germanos SENIORES ſive MAJORES NATU erant atque vocabantur, qui poſtquam civiles aut militares magiſtratus geſſerant, aut in Palatio militaverant, jam ut ætate ſic dignitate provecti, pars in urbibus regni Franciæ, pars in villis ſuis agebant, tanquam emeriti atque veterani. His magnus ab omnibus honos habebatur. Hi Comitum & Du-*

Digitized by Google

cum jus dicentium; hi regum noſtrorum conſiliarii, aſſeſſores, ac convivæ erant. His inconſultis ab regibus nihil magnæ rei gerebatur. Talis fuit Cundo — — Hagnericus — — Tales denique fuerunt VIRI FORTIORES apud Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 36. quos in lib. 3. cap. 18. VIROS FORTES, VIROS FORTISSIMOS in lib. 7. cap. 32. nuncupat. Tales fuerunt FRANCORUM SUBLIMES — — in geſtis regum Francorum. — — Hoſce SENIORES FRANCOS Gregorius Turonenſis in lib. 5. cap. 33. MAJORES NATU ET PRIMOS APUD REGEM, in cap. 48. SENIORES LAICOS, in libro 6. cap. 24. MAJORES REGIS, ET DOMINOS SUOS ATQVE SENIORES, in cap. 19. lib. 7. MELIORES NATU REGNI, in cap. 32. MAJORES NATU REGIS in cap. 33. SENIORES IN REGNO, ET PRIORES REGIS, in cap. 36. SENIORES REGNI, ET REGNI PRINCIPES appellat, in libro 8. cap. 30. MAJORES NATU LAICORUM, (Nam & ſeniores clerici erant) idem eos in lib. 4. cap. 6. PROCERES ET PRIMOS REGNI, in lib. 5. cap. 5. SÆCULARIUM PRINCIPES, in lib. 8. cap. 9. PRIORES REGNI, ET VIROS OPTIMOS, id eſt OPTIMATES vocat. Fredegarius ſeniores Francos laicos nunc FARONES, id eſt nobili genere natos; nunc PROCERES; nonnunquam & LEUDES, & PRIMATES nominat; Liber de vita Leodegarii Auguſtodanenſis epiſcopi modo OPTIMATES, ut Dado in Eligio, ac Reganus, modo NOBILES, atque PATRICIOS; Chronicon Muſciacenſe SENATUM

Digitized by Google

TUM FRANCORUM & MAJORES NATU FRANCORUM; Hincmarus in notissima illa epistola MAJORES, & SENIORES: quibus minores id est minorem populum opponit. Nam SENIORIBUS istis juniores, hisce MAJORIBUS minores apud nostros veteres historicos sæpe opponuntur. MAJOR autem & SENIOR una res est. Quare Vulfoaldus pro MAJORE domus SENIOR domus dicitur in vita præfecti. Ubi notandum est, in Saxonia regione Germaniæ hominum genera fuisse quatuor: NOBILIUM qui EDLINGI dicti sunt; LIBERORUM vel INGENUORUM, qui FRILINGI ipsorum linguæ nuncupabantur; LIBERTORUM vel LITORUM, qui LAZZI; atque SERVORUM: ut lex Saxonum docet. Quanquam Nithardus in lib. 4. Gentem Saxonum in tres tantum ordines divisam fuisse scribit, NOBILIUM, INGENUORUM ac SERVORUM: —— Frisii —— more Saxonum NOBILES, LIBEROS, LITOS & SERVOS habuere: quemadmodum lex Frisiorum indicat. Apud Anglos quoque & Werinos, gentes Germaniæ, tres erant hominum ordines, ADALINGORUM, id est NOBILIUM, LIBERORUM, & SERVORUM. At in lege Salica NOBILIUM nulla fit mentio; non quod apud Francos nulli nobiles viri ac honorati essent; sed quia NOBILIUM nullus ordo erat a populo separatus, nobilitatis nullum in regno Francorum corpus a plebe distinctum. Franci omnes in duos modo ordines CLERICORUM, & LAICORUM vel SÆCULARIUM dividebantur. Inter utrosque

cum clericos tum laicos, alii SENIORES *erant & vocabantur; alii* JUNIORES; MAJORES *alii; alii* MINORES. *Inter laicos sive seculares* SERVI *plurimi erant; inter clericos nulli, propterea, quod nemo e servis ad clericatum promovebatur, qui non ante manumissus fuisset ac libertate donatus. Quin & regnantibus apud Francos Caroli Martelli posteris, Francorum proceres reges suos* SENIORES SUOS, *id est dominos; & eorum dominium* SENIORATUM: *filii etiam regum patres suos,* SUOS SENIORES *nuncupavere, ut vel sola Caroli Calvi capitula docent. Manet hodieque* SENIORUM & MAJORUM *nomen. Verum ea appellatio non jam ætatis est, sed dignitatis. Quippe proceres vel optimates, tum clericos tum laicos, nostri vulgo* SENIORES AULÆ *vocant,* LES SEIGNEURS DE LA COUR, *aut absolute* SENIORES, LES SEIGNEURS: *nec non* MAJORES REGNI, LES GRANDS DU ROYAUME, *& absolute* MAJORES, LES GRANDS. *Appellationem Seniorum Itali ab Ostrogothis, a Longobardis & Francis Germaniæ populis, olim in Italia dominantibus; Hispani a Visigothis transmissam acceperunt: qua etiamnum utuntur in salutationibus; & ea voce dominos designant, eo nomine etiam in scriptis reges honorant,* SENIOREM, REGEM, *hoc est, dominum regem appellando. Francos non modo sub Clodovæi Carolique posteris, sed diutissime etiam sub Hugonis successoribus, in duos tantum ordines clericorum & laicorum, majorum & minorum fuisse divisos, testatur*

præter

Digitized by Google

præter ceteros Benedictus Levita, in præfat. lib. 5. capitulorum Caroli Magni & Ludovici imperatorum — & lib. 6. eorundem capitulorum tit. 96. — & libr. 7. tit. 375. — Apud Theganum de gestis Ludovici Pii, imperator Carolus episcopos, abbates, duces & comites convocatos alloquitur — quos EPISCOPOS, ABBATES, DUCES, COMITES, *&* LOCOPOSITOS, *sive locum tenentes vocat ibidem Theganus* OMNEM MULTITUDINEM PONTIFICUM *&* OPTIMATUM; *item* SACERDOTES *&* POPULUM. *Ex quo apparet,* EPISCOPOS *quidem &* ABBATES, PONTIFICUM *&* SACERDOTUM; DUCES *autem* COMITES *&* LOCOPOSITOS, *non* OPTIMATUM *modo, sed etiam* POPULI *appellatione designari, &* OPTIMATUM *seu* NOBILIUM, *ac* POPULI *unum cum ordinem, corpus unum fuisse. — Postea proceres suum sibi & a populo separatum ordinem habere cœperunt: ita ut I. ordo* CLERICORUM *esset; II.* PROCERUM *sive* NOBILIUM, *quos* BARONES *vocabant; tertius* POPULI, *seu* COLLEGIORUM, ET UNIVERSITATUM URBIUM REGNI: *ut docet appendix chronici Guillelmi Nangiacensis in rebus anni 1303. quem Gerso nunc* TRIPLICEM STATUM PRINCIPALEM, *nunc* TRES STATUS *appellat,* MILITANTIUM, CLERICORUM, BURGENSIUM *sive populi,* LES TROIS ESTATS; *Nicolaus Clemangius tres ordines vel status nuncupat, ex* SACERDOTALI *scilicet ordine,* MILITARI *&* PLEBEJO. *Et longe ante Adalberd*

Digitized by Google

Laudunenſis epiſcopus, ac Gillebertus Lunicenſis antiſtes tres hominum ordines & gradus ſtatuerunt: ORANTIUM, *id eſt clericorum*, PUGANTIUM, *hoc eſt militum*, & LABORANTIUM, *ſeu populi: quorum primos Gillebertus* ORATORES, *alteros* BELLATORES *ultimos* ARATORES, *ſeu laboratores appellat. Et de* SENIORIBUS *hactenus.* Fuit quidem paulo prolixior hic Valeſii locus, ſed ſimul id lucrati ſumus, ut in eo habeamus etiam ſententiam Valeſii de (3) capite, quando ſcilicet nobilitas ſuum ſibi corpus habere cœperit, a cleri & populi ordinibus ſeparatum. Alter locus exponens caput (2) quando primum gentilium hominum apud Francos facta ſit mentio, brevior eſt. Extat ſub rubrica: *Meldi & civitas Meldorum pag. 333. Omittere non poſſum literas anni 1228. — quas in Chartario Meldenſi reperi.* Cum dominus Adam miles diceret, quod aquam dicti rivi *(de Rutello)* debet & poteſt facere per terram ſuam & in roſſatis ſuis, & in terris ac pratis ſuis: & hac ratione, quia quilibet *Gentil' homo* habens libera feoda in comitatu Campaniæ, poteſt & debet, quando vult, abſque contradictione facere vivaria & foſſata in terra ſua, & retinere de aqua currente per terram ſuam, prout eſt ei neceſſarium. — *Heic primum obſervo*, MILITES, *quos vulgo* CABALLARIOS *vocamus*, CHEVALIERS, GENTILES HOMINES *nuncupari*, GENTILS HOMMES, *& MILITEM ac* GENTILEM HOMINEM *pro uno eodemque uſurpari.* GENTILES *autem* HOMINES *dicebantur*

tur milites, qui præ ceteris notæ gentis erant ac claræ, & ſtirpis illuſtris atque honoratæ. Tertius Valeſii locus explicans cap. (4.) qui fuerint Francorum exercitus, & (5.) Francorum a Gallis tributariis diutiſſime ſecretus, ac omnes immunes fuiſſe, omnesque militaſſe, extat *pag. 209. ſeq.* ſub rubrica: *Franci immunes, Gallii tributarii,* quem etiam non pigebit excerpere: *Franci poſt ſubactam Galliam exemplum ceterarum gentium, quæ in provinciis imperii Romani ſimiliter conſederant, ſunt ſecuti, & diviſione terrarum cum Gallis facta, ſuam quisque agri partem accepere, liberis ſuis heredibusque ceſſeram. Hi omnes ſimul ac juſſi convocatique erant, ad bellum proficiſci conſueverant, nec ullus militiæ vacationem habebat. Qui ſine legitima cauſa a bello abfuerant, pecunia mulctabantur. Hinc in veteribus chronicis annalibusque rerum Francicarum, exercitus Francorum ſæpe fit mentio —— propterea quod regum noſtrorum exercitus ex Francis præcipue conſtabat; penes Francos regni vires & copiarum erant; Franci bellantium pars melior & major habebantur. — Ob id igitur Franci tributorum ac vectigalium habebant immunitatem, quod docet Gregorius* lib. 7. cap. 15. *verbis:* Habebat tunc ſecum Audonem &c. —— *Nimirum Franci quotquot ingenui ac liberi erant, immunes erant; ſervi non item, quorum in ſingula capita tributum imponebatur. —— At Galli, quos Romanos vocabant, quales ſtante imperio Romano fuerant, —— dominantibus in Gallia Francis tributarii permanſere; eorumque, ſicut antea,*

Digitized by Google

ſub Francis agri cenſebantur. Itaque quoties apud Gregorium Turonicum epiſcopum, ceteroſque veteres noſtros hiſtoricos tributorum exactionis fieri mentionem vides, id de Gallis non de Francis dictum puta, de cenſu ex agris, non de capitatione. — Hinc Francum alodem (Franc-aleu) *vocavere fundum omnem, omnem agrum, quem homo Francus a majoribus ſibi transmiſſum, optimo jure & ſumma immunitate poſſidebat. — Et eandem ob cauſam, ut Francos vel Francicos alodes,* les Francs aleus, *ſic Francica feuda,* les Francs fiefs *nuncupavere. —* Francitates *Hiſpani pro immunitatibus hodieque habent, — noſtri* Franchiſes *vocitant. — Dicet aliquis: qua ratione poterant. — Franci a Gallis, Galli a Francis, poſt ſeptingentos annos, quam ſeſe alteri alteris domicilio connubiisque conjunxerant atque miſcuerant, ſecerni atque diſtingui? Facillime utique id fieri potuit, cum libri deſcriptionum, quos & libellos computorum fiſci & — capitularia noſtri hiſtorici appellant, adhuc in Chartario regio ſervarentur — anno 1194. Docebunt autem hi libri —*

Qui ſint exemti, vel quos angaria damnet. Et iisdem in libris ſolorum Gallorum, utpote tributariorum ſcripta erant nomina, ſcripti agriac poſſeſſiones. Atque hæ ſunt illæ obſervationes Valeſii per 40. annos lucubratæ, quibus etſi nihil detrahere velim, facile tamen cuilibet conſtabit, eas nondum eſſe omni exceptione majores, ſed multa hic reſtare dubia atque incerta, ut forte ex ſequentibus patebit. Prodiit etiam anno 1579.

Fran-

Digitized by Google

Francofurti ad Mœnum ex officina Wecheliana opuſculum, continens Joannis Tilii *Commentarios de rebus Gallicis* & Vincentii Lupani *de magiſtratibus & præfecturis Francorum libros tres.* Sed, ut taceam, utrumque horum autorum pauca commemorare notabilia ad tempora ſtirpis Merovingicæ pertinentia, maxime in utroque deſideres, quod fontes non indicent unde ſua hauſerint. Eſt & interpretatio illa latina Tilii paululum obſcurior, (vide ſpecimen in *ſelect. capit. hiſt. jur. feudalis p. 31.*) & editio ſequens Pariſiis ann. 1618. ſub titulo, *Recueil des Roys de France, leurs couronne & ſnaiſon, enſemble le rang des Grands de France par Jean du Tillet &c.* typis exſcripta, quadruplo auctior. Et tamen in utraque deſidero defectum inſignem eorum, quæ ſibi de antiquitatibus gallicis dicere propoſuerat Tilius. Etenim *lib. 1. ſub tit. de antiquis Francorum legibus, edit. latinæ pag. 9.* promittit Tilius, quod velit exponere, quando & quomodo recepta ſit lex Salica, item utilitatem & damnum illius, *in loco de jurisdictionum ordine;* quid vero contineatur antiquis illis legibus, *in loco de trium ſtatuum adminiſtratione.* Sed hæ quidem rubricæ ſeu tituli neque in textu gallico, neque in latino usquam apparent. Neque omittendæ ſunt *origines Francicæ* Stephani Paſchaſii *(les Recherches de la France* d'Etienne Pasquier) ſæpius editæ & auctæ. Ultima & præcedentibus omnibus auctior editio prodiit Pariſiis 1665. in fol. In quo libro & utiliſſimo & lectu jucundiſſimo nihil deſidero, quam quod

auctor

auctor non vixerit temporibus novioribus, ubi plura ſubſidia adſunt. Dolendum eſt, quod illi, qui poſt eum origines Francicas ſcripſerunt, non ea diligentia & ingenii acumine præditi fuerint. Hic *libro* potiſſimum *ſecundo* nonnulla habet, quæ ad noſtrum ſcopum pertinent, ſed pauca, & quorum ſummam etiam dabimus *Lib. 2. cap. 9. ſeq.* agit de duodecim paribus Franciæ, an a Carolo M. inſtituti fuerint, tum & de patriciorum, majorum domus, Comitum & aliarum dignitatum aulicarum origine. Hic, ubi de origine parium agit *d. l. 2. c. 2. p. 87. 88.* rejicit eorum opinionem, qui putant, originem parium Galliæ proveniſſe ex jure feudali, & paribus curiæ in jure feudali notis, & putat, pares curiæ in materia feudali non ante fuiſſe in uſu, quam feuda inceperint tranſire ad heredes, quod demum poſt tempora Hugonis Capeti contigerit, unde reſpondere conatur ad textum ex Capitulari Caroli M. ubi parium creditur fieri mentio. Ipſe autem putat, parium Galliæ originem primam deberi dignitati patriciæ, etiam ſub linea Merovingica cognitæ. Nam patricios, *les Patrices*, quaſi patres dictos fuiſſe gallice *les Peres*, poſtea, *les Peres* mutatum fuiſſe in *les Pairs*, in pares: uti ſimiliter factum fuerit cum voce magiſter Palatii, quia gallice dictus fuerit, *le Maiſtre*, poſtea *le Maire* du Palais. Ejusdem *lib. 2. cap. 16.* ex profeſſo agit de antiquitate agrorum tam feudalium, quam allodialium, ſcutariorum & gentilium, (Escuyers, Gentils-hommes) ubi *pag. 115.* ex Ammiano Marcellino locum notabilem exhibet, in quo ſcutariorum

Digitized by Google

riorum & gentilium fit mentio. Ita enim Ammianus *libr. 17. hiſtor.* (mihi *lib. 16. p. 66.*) ubi de geſtis Juliani imperatoris in Galliis agit: *Hæc ſollicite perpenſantem hoſtilis aggreditur multitudo, oppidi capiundi ſpe, in majus accenſa: Ideo confidentes, quod nec SCUTARIOS adeſſe, prædentibus profugis didicerant, nec GENTILES per municipia diſtributos, ut commodius veſcerentur.* Idem *lib. 27. (p. m. 376.) SCUTARIUS unus, alter e ſchola GENTILIUM.* Et *lib. 20. (p. m. 171.) De SCUTARIIS & GENTILIBUS excerpere quemque promtiſſimum - - - Tribunus juſſus.* Putat igitur his locis adductis Paſchaſius *p. 116.* quod Franci Romanorum imperium deſtruentes, militibus ſuis præmii loco agros dederint, ſub titulo *Beneficiorum*, ad imitationem Romanorum, & fundorum limitrophorum, quos Romani dabant ſuis militibus. Porro beneficia hæc ſucceſſu temporis eſſe *feuda* vocata. Et quemadmodum aſſignationes fundorum limitrophorum a Romanis factæ ſaltem ad vitam accipientis durabant, ſic etiam beneficia data eſſe primis temporibus Francorum ſaltem ad vitam. Porro ad imitationem Gallorum ſub imperio Romano degentium, milites, qui talia beneficia a regibus accipiebant, a Francis etiam fuiſſe in *Scutarios & Gentiles homines (Escuyers & Gentils-hommes)* diviſos. Et cum hi pro terris illis beneficiariis nulla darent tributa, ſed pro defendendo & protegendo per arma regno pugnare eſſent obſtricti, populum in hujusmodi vivendi genere unice characterem nobilitatis quæſiviſſe,

&

Digitized by Google

& inde longa conſuetudine eos, quos nobiles eſſe innuere velles, *Escuyers & Gentils-hommes* eſſe vocatos. Et falſum adeo eſſe, quod feuda a Longobardis ſint orta, cum jam ſub Clodovæo Aimoinus (in loco ſupra *th. IX. lit. a.* deſcripto) beneficii dati mentionem faciat. Ex quo loco ſimul obſervat Paſchaſius, non ſolum *certa* loca, ut villas & caſtra, ſed etiam integras *regiones* & *ditiones* in beneficium ſtatim cœpiſſe dari. Per *ducatum* autem ibi non intelligi *principatum*, ut poſtea ſub linea Capetinga, ſed gubernationem & regimen regionis Milidunenſis. Igitur, ita pergit Paſchaſius *p.117.* Francos victores diviſiſſe agros in Gallia in *beneficiales* & *allodiales*, quorum illi a moribus Gallorũ &Romanorum, hi a moribus patriis provenerint &c. Nobiles *(p.118.)* ex beneficialibus nulla tributa dediſſe, reliquum vero populum ad militiam non obſtrictum, ad ſuſtinendas impenſas bellorum propter allodia pendiſſe regibus tributa &c. Eodem *lib. 2. c. 7.* erudite diſſerit de ortu trium ſtatuum in Gallia, eccleſiaſtici, nobilium, plebis, eumque ad oculum monſtrat, ubi etiam invenies pulchras obſervationes de variis oneribus & tributorum generibus antiquis eorumque origine. Quæ hactenus ex Paſchaſio excerpſimus, ſi ad nihil aliud, ad id certe proderunt, ut appareat, nos haud absque ratione ſupra adnotaſſe, quod lucubrationes doctiſſimi Valeſii adhuc ſint multis obnoxiæ dubiis: Nam in pleriſque Paſchaſius, ut vides, nec absque veroſimilitudine, in iſtis excerptis contradicit illis, quæ ex Valeſio excerpſimus, aut obſcurius poſita exponit diſtin-

Digitized by Google

distinctius, ut de origine tertii ordinis statuum Galliæ. Quamvis non defuerint qui rursus Paschasio contradicerent. Limnæus *in notitia Franciæ* plurima excerpsit ex Lœsei tractatu *de ordinibus Franciæ*. Ita observatio Paschasii, quod parium nomen a Patriciis ortum sit, displicet Lœseo apud Limn. *d. l. lib. 2. c. 25. lit. k. p. 982.* Alteram vero de origine des *Escuyers & Gentils-hommes* plane ridet, ap. Limn. *lib. 4. cap. 4. lit. f. p. 282.* quamvis Paschasium non nominet: *Il ne trouve nulle apparence en la fantasie d'un moderne &c.* ubi Paschasium intelligi patebit, si locum integrum Lœsei conferas cum loco Paschasii modo excerpto. Sed tamen mallem, ut Lœseus magis rationibus pugnasset contra Paschasium, quam simplici contradictione. Interim vides, quorsum te vertas, autorum hactenus allatorum opiniones de originibus rerum ad rem feudalem pertinentium magis perplexos reddere earum rerum curiosos, quam ut eos adjuvent. Ab ipso vero Limeæo frustra aliquid in hoc studiorum genere expectes. Etsi enim *in toto libro 4. Notitiæ Franciæ* magno labore collegerit locos communes, de nobilitate Galliæ ejusque variis gradibus, item de feudis majoribus & minoribus &c. valde profuturos iis, qui de feudis lineæ Carolingicæ & Capetingicæ quid meditaturi sunt, ad scopum nostrum tamen faciens studio omisit aliquid congerere Limnæus, haud dubie rei difficultate ad illam negligentiam impulsus. Ita enim statim *ab initio lib. 4. cap. 1. p. 232. De antiquissima Francorum nobilitate*

ejus

Digitized by Google

ejus temporis, quo Galliam occuparunt, non eſt noſtri propoſiti verba facere, ſed de ea, quæ poſtea cœpit. Denique etſi ea ſit felicitas noſtrorum temporum ab initio ſeculi XVII. computandorum, ut prope abundemus variis & infinitis diplomatibus, quibus caruere eruditi ſeculorum præcedentium, & quæ tamen in inquirendis originibus rerum germanicarum multum adjuvant; rariſſima tamen ſunt diplomata ſub regibus Merovingis conſcripta, & ſi quæ ſunt, id commune habent cum reliquis plerisque diplomatibus, quod fere unice agant de divitiis clero acquiſitis, aut certe de negotiis eccleſiaſticis, adeoque fruſtra quærantur in iis origines rerum ad ſtatum politicum intimius aut propius ſpectantium. Unde parum etiam mihi profuerunt varia illa diplomata ſub regibus Merovingis confecta, quæ Mabillonius *lib. 6. de re diplomatica & in appendice ſupplementi edidit.* Nam uſus diplomatum potiſſimus eſt, chronologicus, genealogicus, geographicus, prout ex ipſius *Valeſii notitia Galliæ*, Mabillonii *diſſertatione de palatiis antiquis regum Francorum*, Andreæ du Chesne *Tomis variis genealogicis familiarum in Gallia illuſtrium*, Broweri *annalibus Fuldenſibus & Trevirenſibus*, aliisque autoribus innumeris, qui a 50. vel 60. annis in uſus publicos diplomata ex monaſteriis in lucem produxerunt, videre licet. Statum eccleſiaſticum ſeu orantium, egregie depictum in iſtis diplomatibus videmus, non ita ſtatum politicum & militantium &c.

(c) Ve-

Digitized by Google

(c) Veniam simul spero, si alicubi in re tam obscura erraverim. Absit, ut meum ingenium æquare velim ingenio Hadriani Valesii, viri clarissimi, tantum abest ut eidem præferri cupiam. At si deceptus fuit alicubi Valesius in lucubrationibus per 40. annos continuatis, quid mirum, si & ego non omnia acu tetigerim in lucubrationibus quadraginta dierum. Excusatio, si forte in sequentibus non omnia exacte a nobis fuerint probata.

§. XV.

Primitus (a) in Francia *feuda dabant* (b) soli *reges* (c) *accipiebant* non *Clerici* (d) sed *Laici* (e), & ex Laicis non *servi* (f), sed *liberi* & *ingenui* (g), non tamen omnes, sed *nobiliores* (h), id est *duces*, *comites* (i), *vicarii*, *referendarii*, *cubicularii* &c. (k). *Quinam in Francia primitus feuda dederint, quinam acceperint.*

(a) Id est, sub Clodovæo I. sine dubio, valde verosimiliter etiam sub ejus antecessoribus, etiam adhuc in Germania residentibus, per dicta supra §. XII. lit. b. c. Hoc loco saltem removenda objectio, quam quis non absque verosimilitudine formare possit contra feudorum usum sub regibus ante Clodovæum, ex historia supra §. XIII. lit. g. ex Gregorio Turonensi fusius descripta. Si enim adhuc Clodovæi tempore reges Franciæ de jure obligabantur, ut prædam cum militibus per sortem dividerent, nec poterant sine consensu militum præcipuum aliquid ex præda auferre, valde a vero abssimile videtur, eos, in tanta Francorum libertate, potuisse villas, castra, ditiones integras aliis pro lubitu in feudum concedere. Responsio ad objectionē quod ante Clodovæum reges Franciæ non habuerint potestatem vel potentiam dandorum feudorum.

Digitized by Google

Sed salva res est. Non potest concipi status monarchicus, ubi regibus non sint assignata bona fiscalia, vel domanialia, ad dignitatem regiam sustinendam, & officiales regni & regum ipsorum constituendos. Ex his igitur bonis certa prædia & ditiones, ducibus, comitibus, domesticis &c. in usumfructum feudalem data. Deinde cum præda consistat in bonis mobilibus, non putandum est, reges Franciæ primos ex victoria nihil præcipui accepisse, sed omnino credendum, eos fisco regio, unde feuda constituebantur, vindicasse omnia immobilia & mobilia, etiam quæ partem prædæ non facerent. Et ne desit huic conjecturæ probatio, maxime ad rem facit locus Roriconis monachi *lib. 2. de gestis Francorum Tom. 1. Script. Franc.* Andr. Quercetani *pag. 85.* ubi illam ipsam historiam supra ex Gregorio descriptam narrat. *Dehinc*, ait, *jam sedato tumultu, & fugatis hostibus, partimque detruncatis, regnum Siagrii & thesauros ejus universos, omnemque regiam suppellectilem sibi soli Clodoveus retinuit. Prædam vero & spolia occisorum militibus universis æque dividenda mandavit.* Tum paulo post refert historiam illam de urceo, & vociferationem militis petito regno se opponentis: *Quod ei sors dederit, cuilibet impertietur a rege, nostras nobis partes ipse relinquat.*

An feuda oblata etiã in usu fuerint sub regibus Me-

(b) Dico dabant. An enim mox etiam feudorum oblatorum in Francia aliquis usus fuerit, dubium. Sane qui de feudis oblatis scripsere, etsi de antiquitate feudorum oblatorum varias variorum examinaverint sententias, nullam tamen

memc-

memorarunt, quæ originem feudorum oblatorum a temporibus Merovingorum derivet. Vid. Dn. Hertii & Thomaſ. *diſſertationes de feudis oblatis.* Sed tamen in formulis Marculfi *lib. 1. cap. 13.* videtur ſermo eſſe de feudo oblato. *Ideoque veniens ille* FIDELIS *noſter ibi in palatio noſtro, in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia villas nuncupantes illas, ſitas in pago illo, ſua ſpontanea voluntate nobis per fiſtucam viſus eſt leuſeuverpiſſe vel* CONDONASSE IN EA RATIONE *ſi ita convenit,* UT DUM VIXERIT EAS EX NOSTRO PERMISSO SUB USU BENEFICIO DEBEAT POSSIDERE; *& poſt ſuum diſceſſum, ſicut ejus adfuit petitio, nos ipſas villas fideli noſtro illo plena gratia viſi fuimus conceſſiſſe &c.* Etſi enim Hieronymus Bignonius, in notis ad hanc formulam, obſervet: eſſe formulam traditionis, per quam poſſeſſio in palatio & in regis præſentia transferatur; tamen iſta deſcriptio non exhaurit ambitum iſtius formulæ, cum non faciat mentionem, cui traditio facta. Si autem, ut videtur, Bignonius ſubintelligat alium privatum, quaſi huic traditio coram rege facta fuerit, retento ad dies vitæ uſufructu; falſa eſt explicatio, cum formula diſerte faciat mentionem donationis ipſi regi factæ. Si vero ſubintelligat regem, debuiſſet addere, non eſſe puram donationem, ſed conditionatam, ut ſcil. rex offerenti villas iterum concedat in uſumfructum ad dies vitæ; at hoc modo evadet feudum oblatum. Interim tamen obſtant verba ſequentia, ne & feudum oblatum hic tuto aſſerere poſſis, cum ſimul adjecta fuerit al-

rovingis? obſcuritas *formulæ* Marculfi *C. 13. lib. 1.*

Digitized by Google

tera conditio, ut rex post mortem offerentis concedat alii offerentis amico illas villas & quidem pleno jure, prout etiam sequitur in præfata formula, ubi rex *ex munere regiæ largitatis* offerenti concedit villas istas *usufructuario ordine, dum advixerit*, sed & post ejus discessum illi amico adjecto non iterum jure usufructuario, sed ut habeat & possideat, *& suis posteris & cui voluerit ad possidendum relinquat*. Ut adeo plane non appareat, quem in finem & cui usui, tota illa oblatio regi facta fuerit, aut quam utilitatem, vel minimam, rex ex illa oblatione habuerit. Nisi dicere velis, formulam hanc Marculfi agere de donatione aut heredis institutione per manum regis facta, & hanc formulam explices ex lege Salica *tit. 48.* ad quem vide Franc. Pithœum *in glossario*. Nam quæ Bignonius ad illum titulum habet, *in notis ad legem Salicam*, æquæ sunt obscura.

Probatur, feuda primitus a solis regibus data, & subfeudatum non fuisse in usu. Respondetur ad objectionē, quod Fredegarius memoret pares comitum.

(c) Hoc volo, reges primitus feuda immediate ducibus & comitibus ac aliis officialibus aulicis dedisse, hos vero alios, de minoribus ducatus ac comitatus sui partibus, non subinfeudasse. Et quomodo subfeuda dare potuissent, de re saltem usufructuaria, cujus possessio fere pro lubito a regibus auferebatur. Adde, quod nusquam fidelitas legatur data vel ducibus vel comitibus, sed potius, quod fidelitas ab ipsis ducibus & comitibus nomine regis exacta fuerit a populo. Nec ducum aut comitum fides memorantur. Etsi vero fidelitas etiam episcopis jurata legatur, & eorum fideles memorentur, supra tamen jam dicere occupavimus, quo sensu id intelligendum. *Vid.*

Digitized by Google

Vid. th. XI. lit. c. ubi plura loca huc facientia invenies. Dissentit Spelmannus, &, qui eum exscripsit, Hachenbergius, statuentes, antiquitus regiones integras magnatibus a regibus in feudum datas ea conditione, ut portiones minores iterum militibus in feudum elocarent. Loca eorum jam supra dedimus *th. XIII. lit. f.* Unde etiam responsio petenda, quod Spelmannus originem feudorum a Longobardis derivaverit. Magis videtur obstare quod nos ipsi supra *th. XII. lit. i.* ad probandos origines feudales adduxerimus *pares* comitum ex Fredegario. At vero, ut notum ex jure feudali, pares sunt vasalli. Sed jam observavit Paschasius *Orig. Franc. lib. 2. cap. 9.* per pares in antiquis legibus & scriptoribus intelligi commilitones, cum pares curiæ feudalis demum sub linea Capetinga, ubi feuda facta hereditaria, orti fuerint. Unde etiam statim monitum adjeci, hoc argumentum suo loco esse attentius examinandum.

(d) Neque enim tum temporis militabant, aut regalia quæ vocantur exercebant. Non tamen propterea eorum conditio erat deterior; nam plurima bona accipiebant ex fisco regio partim, partim ex bonis privatorum, atque adeo in regno Franciæ tantis incrementis brevi tempore divitias regni ad se traxerant, ut rex Chilpericus non injustam haberet ea de re conqueredi occasionem. Vide supra *th. X. lit. a.* Neque tamen hoc ipsorum vitio magis adscribendum est, quam imprudentiæ politicorum, ex neglectu genuinæ doctrinæ politicæ principibus

Non accipiebant primitus clerici feuda. Cleri status sub Merovingis meretur separatam disquisitionem.

Digitized by Google

in monarchia administratione & regimine persuadentium, absolutam potestatem esse summum bonum regum, adque eam adquirendam nihil esse convenientius, quam ut clerus honoribus & divitiis augeatur eum in finem, ut laicis persuadeat dulcedinem & suavitatem servitii in quod ablata libertate ruunt. Absit tamen, ut comprobem principia alterius fallæ politicæ, clerum esse ad paupertatem & ignominiam redigendum. Medium tenuere beati. Vide Dissert. *de Officio Principis Evangelici circa honorem & divitias ministerii ecclesiastici.* Honor & divitiæ nimiæ cleri semper perperunt superstitionem & elevationem cleri super ipsos reges, item bella intestina & prope statum naturalem Hobbesianum. Contra redactio cleri ad paupertatem & contemtum produxit atheismum non solum theoreticum, sed & practicum, adeoque idem utriusque erroris politici effectus reipublicæ damnosus. Cum autem Gregorius Turonensis in simplicitate sua pro barbarie illorum temporum artes cleri sub initiis regni Francici, tanquam virtutes clericales vivis coloribus depinxerit, & sic ad vitium primæ concoctionis manuducat, in primitus formanda monarchia Francica commissum; non male meretur de republica literaria, qui brevibus observationibus politicis textui Gregorii Turonensis adjectis ista adnotaret, & statum episcoporum, abbatum ac reliqui cleri, ejusque augmenta & incrementa, ut & prætextus atque artificia eum in finem adhibita monstraret.

(e) Ne-

Digitized by Google

(e) Nescio quid in mentem venerit Hadriano Valesio, viro alias insigni judicio pollenti, ut sibi persuaderet, apud Francos diversum plane ab aliis Germaniæ populis ordinem hominum in republica viventium, obtinuisse; scilicet cum apud alios populos fuerint quatuor hominum classes, nobilium, ingenuorum, libertinorum, servorum, apud Francos saltem fuisse duplicem ordinem clericorum & laicorum, quorum uterque postea in majores & minores fuerit subdivisus. Vide quæ supra *th. præced. lit. b.* ex Valesio excerpsimus. Nam ut taceam, Valesium in illo loco satis palpabiliter confundere ordines regni, i. e. qui in comitiis ad deliberationes super negotiis regni fuere admissi cum classibus hominum in regno viventium, cuilibet rem exactius consideranti statim in oculos incurrit, apud Francos eundem fuisse classium numerum qui obtinebat apud alios populos, non solum regno Franciæ subjectos, sed & apud alias gentes quascunque, præcipue christianas. Quemadmodum igitur nemo dubitat, apud alios Germaniæ populos clericorum ordinem diversum & separatum fuisse a laicis, ita, quod laicos attinet, ad quos præcipue respicitur in distinctione nobilium, ingenuorum, libertorum seu manumissorum & servorum, eas quatuor classes quis dubitaret etiam apud Francos fuisse in usu. Et quidem de servis, litis & ingenuis nec ipse controversiam movet Valesius, & si moveret, erroris convinci posset ex lege Salica *tit. 11. 12. 14. 15.* & pluribus aliis, ubi servorum & ingenuorum & ex *tit. 28.* ubi libertorum fit mentio.

Notatur Valesii sententia de ordinibus hominum apud Francos, servorum & libertorum apud Francos ratio, libertorum varia genera, denariales, tabularii, liti, alii apertis portis manumissi. Horum diversi libertatis gradus: omnium jura inferiora juribus ingenuorum. Populi & plebis varia significatio. Ingenui simplices & ignobiliores modo plebis, modo rusticæ multitudinis, modo vul-

Digitized by Google

gi, modo vulgaris populi nomine infigniti.

tio. Quæstio solummodo est, an etiam nobilium tanquam distinctis juribus a reliquis ingenuis utentium fiat mentio. Negat Valesius. Sed oblitus est eorum, quæ paulo ante dixerat, quod nobiliores ex Francis dicerentur *seniores*, item *convivæ regis*, id quod ipse Valesius pluribus verbis & testimoniis, quam quæ supra excerpsimus probat. At in lege Salica *tit. 43.* cujus rubrica est: *de homicidiis ingenuorum*, homicidium *ingenuorum cap. 1.* ducentis solidis, sed Romani hominis qui *convivæ regis* fuerit *cap. 6.* trecentis solidis punitur. Porro *tit. 56.* homicidium *Grafionis* & *Sægibaronis* sexcentis solidis *cap. 1. & 3.* coërcetur. Videantur Wendelini & Fr. Pithœi *glossaria ad legem Salicam sub istis vocibus & titulis*, item Hieronymi Bignonii *notæ ad legem Salicam dd. tt.* Illustrat mentem nostram egregie locus Claudiani lib. 2. in Eutropium, a Bignonio *ad d. tit. 43.* adductus:

Claro quod nobilis ortu
Conviva est domini.

Cæterum notandum, servos olim, antequam urbes essent Germanis cognitæ, nullos alios fuisse, quam quos hodie appellamus rusticos & ingenuos, quos hodie vocamus nobiles, rusticorum dominos. Nobilitas antiquorum illorum temporum inter ingenuos ex officio desumebatur, vel bellico vel pacifico, unde duces vel comites; adeoque tum nobilitas non transibat ad heredes sed erat saltem temporaria. Nec nobilitas prædicabatur de omnibus ingenuis, rusticorum dominis. Vide dissert. *de jure stat. imp. dandi civit. & de hominibus propriis.* Dn. Hertium

de

Digitized by Google

de hominibus propriis & de feudo nobil. sect. 3. §. 7. Add. Eyben *de titulo nobilis.* Et quidem ante regnum Francorum obſervatum fuiſſe videtur, ut ſanguis ingenuus non facile cum ſervili miſceretur. Unde quod Tacitus obſervavit, ſuo tempore apud Germanos, libertos non multum fuiſſe ſupra ſervos: id videtur usque ad tempora regni Francici obſervatum eſſe. At ſub regno Francorum cœpit aliqua mutatio fieri. Nam clerus ad ordinem eccleſiaſticum adſumebat quosvis ſive ſervos, ſive libertos, ſive ingenuos. Patet id ex lege Ripuariorum *cap. 36. artic. 5. Si quis* clericum *interfecerit, juxta quod nativitas ejus fuit, ita componatur. Si* ſervus *ſicut ſervum: Si* regius *aut eccleſiaſticus, ut alium regium aut eccleſiaſticum. Si* litus *ſicut litum. Si* liber *ſicut alium ingenuum cum ducentis ſolidis componat.* Unde videtur illo tempore nondum clero prohibitum fuiſſe, ne ſervos ad clericatum admittat. Sed poſtea clericos nonnulli ex laicis imitati ſunt, ac Reges etiam, forte ad eo melius ſtabiliendam potentiam ſuam, permiſerunt ordines miſceri, etſi perpetuo diſplicuerit ingenuis hæc mixtura, adeoque antiquo huic odio ingenuorum erga libertos præcipue adſcribendæ videantur reliquiæ ſimultatum, quæ adhuc inter nobiles hodiernos, & cives urbium ac mercatores eſſe ſolent. Conf. dict. diſſert. *de jure dandi civitatem.* Adhibebantur autem ſub Francorum regno ſervi ad quæcunque ſervitia, ad agriculturam, pecuariam & opificia, etiam, quæ alias ſtatum urbium a pagis ſeparare ſolent, ſpectantia. Nam Franci in Gal-

Digitized by Google

lia plures urbes jam inveniebant, adeoque vitæ urbicæ facile adſueſcebant ipſi reges & eorum proceres. Deprehendes autem in Gregorio Turonenſi, Fredegario, legibus antiquis Ripuariorum, Bojoariorum, Alemannorum, Marculfi formulis, plurima ad notitiam diſtinctiorem de ſervis & libertis pertinentia, quam quæ ex optimis alias ſcriptoribus Bignonio, Baluzio, Valeſio &c. hauriri poſſunt. Nos ſaltem pauciſſima & potiora adnotabimus. In lege Alemannorum *tit. 79.* inter ſervos recenſentur paſtor ovium, porcorum, ſeniscalcus, mariscalcus, coquus, faber, aurifex aut ſpatarius. Gregorius Turonenſis *lib. 5. cap. 49.* mentionem facit ſervi vinitoris, coqui, piſtoris &c. item *lib. 7. cap. 25.* molitoris. Et tamen jam ſub Merovingis ex ſervis fiebant Comites, ut Leudaſtes *d. l. 5. cap. 49.* aut medici primi in domo regia, Leib-Medici, ut Marileifus *d. l. 7. cap. 25.* Liberti triplicis generis memorantur in modo deſcripto *cap. 5. tit. 36.* leg. Ripuariorum; homines regii, eccleſiaſtici, liti. Regii etiam *denariati* dicebantur *tit. 57. ibidem.* Eccleſiaſtici *tabularii tit. 58.* Illi coram rege jactatione denarii ſecundum legem Salicam manumittebantur: Marculfus *lib. 1. form. 22.* Hi in eccleſia coram Presbyteris cum tabulis ſecundum legem Romanam, qua eccleſia vivit, in manu epiſcopi traditis, ut manerent perpetuo ſub tuitione eccleſiæ, nec poterant denariales fieri. Lex Ripuar. *tit. 58. cap. 1.* Liti communiter exponuntur a Lindenbrogio & aliis eum ſecutis, quod ſint homines liberi ob delictum vel ſimile quid in ſervitu-

Digitized by Google

vitutem detrusi. Sed esse illos speciem libertorum patet ex *tit. 62. leg. ejusd.* *Si quis servum suum TRIBUTARIUM aut LITUM fecerit, si quis eum interfecerit, triginta sex solidis culpabilis judicetur. Quod si DENARIALEM eum facere voluerit, licentiam habeat, & tunc ducentos solidos valeat.* Hic tributarios non puto esse diversam speciem libertorum a litis distinctam, sed eorum synonymum, scilicet quibus libertas sub lege tributi data forte per tabulam privatam aut coram testibus. Conf. Bignonium *ad formulas Marculfi Tom. II. Capit. Baluzii p. 904. 945.* Et hæc erat infima libertinitatis species, (inter libertos, qui extra ecclesiam manumittebantur) quia talis libertus æstimabatur saltem 36. solidis. Media libertinitatis species erat, si quis (in tabula privata) *conscripserit, civem Romanum & portas apertas.* Hic secundum legem Romanam judicabatur & centum solidis æstimabatur, & poterat denarialis libertus coram rege fieri. Lex Ripuar. *tit. 61.* maxima, si fieret denarialis. Nam tunc valebat ducentos solidos *tit. 62. §. 2.* & fiebat ingenuus sicut reliqui mansoarii. Marculf. *d. l. 1. form. 22.* qui tributum quidem pendebant, sed regi. Bignonius *ad Marculf. ibid. (p. 906.* ap. Baluzium) Ergo tamen non erant plane ingenui. Adde, quod etiam denariales non ante hereditatem agnatorum acquirere possent, quam usque ad tertiam generationem pervenerint, etiam adhuc temporibus Pipini regis Italiæ ut ex capitulario Bened. Levitæ probat Bignonius *d. l. p. 904.* nec

ante

ante tertiam generationem admittebantur eorum teſtimonia adverſus vere ingenuos. *Dict. capitul. lib. 6. cap. 352. ap. Baluz. Tom. 1. p. 983.* Vere ingenui i. e. a nativitate tales ſi non eſſent ſeniores aut majores, populi & plebis nomine veniebant ſæpius apud ſcriptores Francicos, & in capitularibus, etiam ſub Carolingis & poſtea. Populi enim vox vel univerſum denotat ſubditorum ordinem, clerum, nobiliores, & ingenuos quosvis, (ſic in capitul. Anſegiſi *lib. 2. cap. 2. ut pax & juſtitia in omni GENERALITATE POPULI noſtri conſervetur*) vel omnes laicos clero oppoſitos, cum λαὸς populum vel plebem denotet (ſic Greg. Turonenſis lib. 3. cap. 2. *convocatis pontificibus & POPULO.* Sic in capitularibus ſæpius diſponitur, ne populi injuſta petitio circa eligendos ſacerdotes locum habeat apud Baluz. *Tom. 1. p. 1035. 1040. 1292.* Imo hi laici plebis nomine veniebant, ut ibi; plebejus quomodo recipiendus in monaſterio. *Ibid. p. 585.* plebem propriam non negligere debere epiſcopum *ibid. p. 1036.* plebes alterius epiſcopi nullum debere uſurpare. *Ibid. p. 974. ſeq. p. 1057. 1062. &c.* Sic & apud Gregorium Turonenſem reliqua plebs dicitur in oppoſitione ad regem univerſus ſubditorum ordo *lib. 1. cap. 18.*) Vel in ſpecie ingenuos laicos, nobilioribus oppoſitos, qui modo reliqui populi, modo vulgi, modo vulgus populi, modo ruſticæ multitudinis, modo plebis nomine veniunt. Sic Gregorius Turonenſis *lib. 3. cap. 14. Mundericus ---- ait: ---- colligam populum meum. ---- Sequebatur autem RUSTICA*

Digitized by Google

STICA MULTITUDO dantes ſacramentum fidelitatis. Et *lib. 5. cap. 19.* Rex Chilpericus ad prætextatum epiſcopum: *Seduxiſti pecuniæ PLEBEM, ut nullus mecum fidem habitam cuſtodiret.* Et *lib. 6. cap. 31. Nocte quadam magnum murmur contra Egidium epiſcopum & Duces regis MINOR POPULUS elevavit.* Et *eod. lib. 6. cap. 45. Erant cum ea* (filia Regis) *viri magnifici, ---- dux ---- major domus, ---- RELIQUUM vero VULGUS ſuper quatuor millia erat,* capitulare *primum anni 810. (Tom. 1. Baluzii p. 474. c. 16. De VULGARI POPULO, ut unusquisque ſuos JUNIORES diſtringat, ut melius ac melius obediant & conſentiant mandatis & præceptis imperialibus.* Capit. Anſegiſi *lib. 3. cap. 63.* idem repetit. Et Capit. 1. *an. 813. cap. 10* (ap. Baluzium *Tom. 1. pag. 503.*) *Ut Comites & Judices ſeu RELIQUUS POPULUS obedientes ſint epiſcopo &c.*

(f) Nam ſervi uti apud alios populos, militia ſelecta utentes, non ſunt, niſi in extremo neceſſitatis gradu, ad militiam admiſſi, ita & multo minus apud Germanos & Francos. De militia Germaniæ mediæ tractatio æque hactenus obſcura & confuſa, ac doctrinæ feudalis totius, etiam poſt Hachenbergii *diſſ. 4. Germ. Med.* quæ de re militari veterum Germanorum ex profeſſo agit, cum omnia antiqua & nova pro more miſceat, & fontes, unde illam diſſertationem hauſerit, non alleget. Quæ Cluverius in *Germania antiqua* de militia Germanorum tempore Taciti ſcripſit, etiam hinc inde videntur deſiderare emendationem. Servi feuda non accipiebant. Obſcura & difficilis doctrina de ſtatu militiæ in Germania antiqua & media. Conjecturæ hac de re ſummatim propoſitæ.

Digitized by Google

emendationem & ſupplementa. Lipſius in Romanorum militia exponenda ſolum occupatus eſt. Hermannus Hugo in volumine *de militia equeſtri* de Germanis ne verbulum habet. Quæ Paſchaſius *in originibus Francicis lib. 2. cap. 16. & 17.* affert, pauca ſunt, ſitim magis excitantia, & noviora tempora reſpiciunt. Jam Taciti tempore plus penes peditem roboris erat. Paulus Emilius *lib. 1. ſub rege IX. p. m. 36.* Equitatu *nobilitas gloriaque ac vires Francorum conſtant.* Idem *ſub rege 20. p. m. 61. b.* EQUITIBUS *Martellus præfuit:* PEDITES *Childebrandus Martini filius regebat.* Hachenbergius *d. Exercit. 4. §. 5.* varia collectanea habet de equitatu & peditatu. Et §. 2. poſtquam retuliſſet, ſub Henrico I. & IV. neceſſitatis cauſa omnes ad militiam admiſſos, de Longobardis peculiariter notat ex Guntheri Ligurino:

Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia fœdum
Judicat, accingi gladio concedit equeſtri.

Et explicationis cauſa addit, Guntherum nomine Galliæ Francos intelligere, apud quos nemo ad bellum, niſi liber & ingenuus eſſet, admiſſus fuiſſet. *Conf. diſſert. 9. §. 22.* Et Spelmannum *in gloſſario voce Burgarius p. m. 109.* Ergo de moribus militandi ſub Merovingis regibus jam liceat ſaltem conjecturas afferre, de probatione vero alio tempore erimus ſolliciti. Servi omnino non militabant. Nec liberti. Hi tamen patronis ſerviebant in bello. Lex Salica *tit. 28. cap. 1. Si quis LIDUM alienum, qui CUM DOMI-*

Digitized by Google

DOMINO SUO IN HOSTE FUERIT — per denarium ingenuum dimiserit &c. Ingenui militabant omnes. Conf. supra excerpta ex Valesio *th. XV. lit. b.* sed soli nobiliores qui feuda a regibus tenebant equites erant, reliquus populus pedites agebat &c.

Nec libertum feudorū capaces erant.

(g) Ob rationem modo dictam, quia liberti etiam ad militiam non admittebantur.

Nec ingenuis quibusvis feuda primitus dabantur.

(h) Non enim memini me legisse in scriptoribus coævis, ulli ingenuo, qui in dignitate non esset constitutus, feudum fuisse concessum. Repete loca supra *th. XII. lit. a. & seq.* descripta. Nolo tamen probationis loco adducere ea, quæ habet Spelmannus *voce feudum. p. m. 259. 262.* quamvis & hic asserat: olim nulla feuda civilia aut plebeja sed omnia nobilia fuisse, quia vocem nobilitatis magis supponere videtur in significatu hodierno, quatenus de quibusvis olim ingenuis prædicatur.

Sed nobilioribus, ut Ducibus & Comitibus Ducum & Comitum Francorū officia partim militaria, partim pacifica, & eorum differentia.

(i) Observat equidem P. Daniel *Tom. I. hist. Franc. p. 431.* Duces Britanniæ qui aliis dicuntur, a Gregorio Turonensi Comites appellari. Conf. & Spelmannum *in glossario voce Comes p. 178. &* 180. Sed hoc ad solos Britannos pertinet, in Francia & populis subditis, apud Gregorium Turonensem & Fredegarium eam confusionem nominum non observavi. Apud Marculfum *lib. I. formula 7.* agit de ducatu, comitatu, vel patriciatu, unde solum patet, commune his fuisse regimen & gubernationem in Francos, Romanos, Burgundiones, & exactionem tributorum. Sed ex Gregorio Turonensi passim con-

constat, duces provinciis, comites urbibus esse præfectos. Sed & duces pariter ac comites militabant. Duces rei militari præerant, delectum imperabant comitibus &c. Vide quæ hanc in rem ex Gregorio excerpsit Alteserra *de ducibus & comitibus provincialibus cap. 4. p. 10. seq.* & Bignonius *ad lib. 1. form. 8. Marculfi (Tom. 2.* apud Baluz. *pag. 888. seq.)* Etsi vero non sine ratione notet Spelmannus *voce Dux p. 231. 232. 234. & 235.* non esse confundendas varias significationes ducum: Alios enim esse absolutos, alios delegatos: Priores etiam reges vel regulos dici; delegatos esse vel bellicos vel provinciarum: Duces tamen in regno Francorum sub Merovingis (delegati omnes) simul & duces bellici & provinciarum erant. Cæterum falsum esse, quod Dux necessario 12. comites sub sua cura & regimine habere debuerit, docet Bignonius *d. l. p. 889.*

Dabantur etiam feuda reliquis officialibus Regis & regni. Horũ officialium variorum nomina, officia, ordo. Collatio trium diplomatũ regum Merovingorũ

(k) Nimirum præter duces & comites mentionem etiam faciunt Gregorius Turonensis aliique scriptores coævi, majorum domus, patriciorum, (ubi constat, dignitatem patriciorum in Burgundia eandem fuisse cum dignitate majorum domus in Francia.) Vicariorum, referendariorum, domesticorum, cubiculariorum &c. Pretiosissima loca excerpit Bignonius loco mox citando. Marculfus *in form. 25. lib. 1.* memorat optimates, referendarios, domesticos, seniscalcos, cubicularios, comitem palatii, quorum officia ibidem exponit Bignonius *in notis p. 911. seqq.* In lege Ripuariorum *tit. 90.* vocantur optimates, majores

Digitized by Google

res domus, domestici, Comites, Grafiones, Cancellarii. Mabillonius *in lib. 6. de re diplomatica c. 18. edit. noviss. p.* 474. diploma refert Clodovæi de anno 692. cujus hoc est initium: *Clodovicus rex Francorum, vir inluster. Cum nos in Dei nomine Lusarca in palatio nostro una cum apostolicis viris in Christo patribus nostris, Sigofrido, Constantino, Gribone & Ursiniano episcopis; nec non & inlustribus viris, Ragnoaldo, Nordebrechto, Ermenfrido OPTEMATES, Madelulfo, Ercoaldo, GRAFIONEBUS; nec non & Benedicto & Chardoino SENISCALCIS; seu & Marsone COMITE PALATII nostro, ad universorum causas audiendum, vel recte judicio terminandum resederimus.* Adhuc plenior est introitus in diplomate *capitis sequentis 19. pag.* 474. de anno 693. *Chlodovæus rex Francorum vir inluster. Cum nos in Dei nomine Valencianis in palatio nostro una cum apostolicis viris in Christo patribus nostris, Ansoaldo, Godino, Ansebercho, Protadio, Savarito, Wlfocramno, Chaduino, Turnoaldo, Constantino, Abbone, Stefano, Gribone episcopis; seu & inlustribus viris Godino, Nordobrechto, Sarroardo, Ragnoaldo, Gunduino, Blidegario, Magnecario, Waldramno, Ermecario, Chagnerico, Buccellone, Sigeleno, OPTEMATIS; Angliberchto, Ogmirechtherio, Chillone, Adrebrechto, Adalrico, Gislemaro, Jonathan, Modechiselo COMITEBUS; Chrodmundo, Godino, Sigofrido, Ghiboino, Ermenteo, Madlulfo, Arigio, Auriliano, GRAFIONEBUS; Raganfredo, Maurilione,*

ex Mabillonio. Dubium quinam fuerint optimates in scriptis coævis. Verosimiliter duces hic subintelligi, & qui ducibus dignitate pares fuere, aliquando tamen hoc nomine omnes subintellectos, qui feuda a regibus acceperant. Porro Comites & Grafiones non semper unum officium denotare, sed per posteriores sæpe intelligi vicarios comitū. Deniq; per reliquos fideles in i-

stis diplomatibus non denotari quoslibet ingenuos, sed nobiliores feudorum capaces.

Ermenrico, Leudoberchto, DOMESTICIS; Wlfolaico, Aiglo, Chrodoberchto, Waldramno, REFERENDARIIS; Chugoberchto, Landrico, SENISCALCIS; nec non & inluſtri viro Audramno, COMITE PALATII noſtro, vel reliquis quam pluris noſtris ſedilcbus ad univerſorum cauſas audiendas &c. In ſequente *cap. 24. p. 419.* exhibetur diploma de anno 697. ubi majoris domus in ſpecie fit mentio. *Childeberchtus rex Francorum vir inluſter. Cum nus in Dei nomine compendio in palatio noſtro una cum Apoſtholecis viris in Chriſto patrebus noſtris Anſoaldo, Savarico &c. Epiſcopis; nec non & iuluſtri viro Pippino MAJORIM DOMUS noſtro Agnerico, Antenero, Magnechario, Grimoaldo OPTEMATIS; Ermentheo, Adalrico, Jonathan, COMITEBUS; Wlfolaeco, Arghilo, Madlulfo DOMESTICIS; Benedictio, Ermedrammo SENISCALCIS; Seo & Hogiobereto COMITE PALATII noſtro, vel cunctis fidelibus noſtris ad univerſorum cauſas audiendum &c.* Attulimus ea hactenus, ut appareat ordo dignitatum aulicarum ſub Merovingis. (1) Major domus, (2) Optimates, (3) Comites, (4) Graſiones, (5) domeſtici, (6) Referendarii, (7) Seniscalci, (8) Comes palatii. Deinde ut conſtet, falli Hadr. Valeſium in loco *ſupra th. XIV. lit. b.* excerpto, dum putat, optimates dici in genere omnes majores natu, ſeu viros dignitatibus regiæ aulæ præditos. Nam hic diſerte in omnibus tribus edictis regiis

Digitized by Google

regiis optimates comitibus & reliquis omnibus viris inluſtribus anteponuntur, & in prioribus duobus primo conſpiciuntur loco, in tertio vero major domus ſolum antecedit eos. Quinam autem ſint optimates & quale eorum officium fuerit, alia eſt quæſtio. Bignonius *ad form. Marculfi p. 911.* plura quidem loca ſuppeditat, ubi mentio fit optimatum, etiam apud alias gentes, & in ſequenti linea Carolingorum, ſed tamen fere in ſententiam Valeſii inclinat, jam rejectam. Nec ſatisfaciunt ea quæ Cangius collegit *hac voce*, erudita quidem, ſed quæ lectorem dubium relinquunt. Et ſatis palpabiliter errat Cangius, dum verba præfationis legis Burgundionum: *Coram poſitis OPTIMATIBUS noſtris univerſæ penſavimus;* explicat, quaſi hi ſint comites qui ſubſcripſerint; cum tamen verba alia dictæ præfationis *(ſciant itaque OPTIMATES, COMITES, CONSILIARII, DOMESTICI, & MAJORES DOMUS noſtræ, CANCELLARII, & tam Burgundiones quam romani, civitatum aut pagorum COMITES, vel JUDICES deputati omnes, etiam MILITANTES &c.)* oſtendant, vel optimates a comitibus omnino ſeparari, vel certe diſtinguendum eſſe inter comites optimates, & comites civitatum aut pagorum &c. Porro & Burgundionum mores non commode adhibentur ad explicandos mores Francorum, partim, quia, ut modo dictum, apud Gregorium Turonenſem patricius Burgundionum vocatur,

catur, qui apud Francos dicendus esset major domus; partim quia tempore Gundibaldi, qui leges Burgundionum confirmaverat, majores domus comitibus & domesticis postponebatur. Ripuarii, quorum mores propius accedunt ad mores Francorum, *in lege sua* a regibus Francorum confirmata *tit. 88. Jubemus, ut OPTIMATES, MAJORES DOMUS, DOMESTICI, COMITES, GRAFIONES, CANCELLARII, vel quibuslibet gradibus SUBLIMATI, in provincia Ripuaria in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant &c.* Hic iterum optimates tanquam separatus ordo & reliquos omnes præcedens, memorantur. Quid nos torquemus? habuere Franci, Ripuarii, Burgundiones &c. haud dubie duces, qui omnes comites præcesserunt, & quorum functio ut *lit. præced.* ostendimus, etiam in regimine provinciarum pacifico & justitiæ administratione consistit. Horum vero nullibi in hactenus allegatis locis separata fit mentio: & tamen non est verosimile, eorum partes in communibus placitis nullas fuisse, aut ad eos non pertinuisse leges, quæ viros inlustre in dignitate constitutos alloquuntur, aut duces, tanquam summos dignitate sub voce generali reliquorum fidelium fuisse comprehensos. Ergo nihil restat, quam ut ducamus, per *optimates* in locis hactenus allegatis intelligi *duces*; sed an solos, hæsito, an non alii viri dignitatum majorum comprehendantur, ut *major domus cubi-*

culari

Digitized by Google

culari,' (nam cubicularii plane non apparent in iſtis edictis, & tamen eorum dignitatem fuiſſe in aula regum Francorum illuſtrem, ex Gregorio Turonenſi conſtat. Conf. Bignon. *loc. ſæpe cit. pag. 913.*) & fortaſſis adhuc alii. Accedit quod in edicto ſecundo 12. nominentur optimates, non autem vero ſit ſimile, in regno Franciæ duodecim fuiſſe duces. Ac tametſi in eodem diplomate, ante optimates, 12. nominentur epiſcopi, annotarunt tamen jam alii viri eruditi, nec ſine ratione, comites epiſcopis, Duces vero Metropolitanis eſſe aſſimilandos. Bignon. *ibid. p. 889.* Non tamen diffiteor, forte aliquando optimatum nomine comprehenſos etiam fuiſſe illis temporibus omnes viros illuſtres, qui a rege feuda acceperant, ita ut ſub hac voce generali omnes comites, domeſtici, referendarii & reliqui, quorum ſeparata mentio fit in dicto diplomate, notati fuerint, prout ex variis chartis ſubſequentium temporum, quas *Cangius d. l.* adducit, conſtat, quod ſub nomine optimatum intelligantur vaſalli & barones, qui a domino ratione hominii nude pendent. Quis enim dubitaret, omnes illos viros inluſtres in illo diplomate recenſitos, ob officia ſua ſive aulica, ſive regni, prædia, villas, caſtra utenda fruenda accepiſſe, & tam ratione ingenuitatis & ſubjectionis ac bonorum allodialium, quam vel maxime ratione bonorum horum feudalium regi fidelitatem & ſervitia militaria debuiſſe. Tertio ſuppeditat & aliam meditationem iſtud diploma

ſecundum ex Mabillonio excerptum. Communiter doctores ſtatuunt, in prima linea Regum Franciæ Comitum & Grafionum vocem rem unam eandemque denotare. Vide iterum Bignon. *in not. ad Leg. Salicam tit. 53.* (ap. Baluz. *Tom. 2. p. 849.*) ipſum Baluzium *in notis ad Capitul. d. T. II. p. 994.* Nec rationibus deſtituitur illa ſententia, cum nitatur expreſſis textibus legum antiquarum, qui apud dictos autores videri poſſunt. Interim iſtam aſſertionem ad minimum non eſſe univerſalem conſtat ex dicto diplomate, ubi *Comites* ſeparatim & deinde *Grafiones* recenſentur. Eadem ſeparatio occurrit in loco modo excerpto ex *tit. 88.* legis Ripuariorum. Unde jam quæritur, quomodo tales Comites & Grafiones differant. Cangius *voce Grafio* hanc differentiam quidem adnotat, ſed non explicat. Conſtat ex Gregorio Turonenſi, variisque locis legum antiquarum, comites Franciæ habuiſſe ſuos judices vicarios ſuos ſeu centenarios &c. (vid. legem Alemann. *cap. 28. & cap. 36. verſ. 1.*) qui vice ipſorum judicabant in cauſis minoris momenti, qui ſubſequentibus ſeculis dicti fuere Sculteſii, uti comites advocati Voegte. Quemadmodum vero novioribus temporibus titulus advocatorum der Voegte, item Grafionum der Graven oder Gråven datus fuit judicibus vicariis, ita veroſimile eſt, tales vicarios in diplomatibus & legibus antiquis, ubi Grafiones ſeparantur, & poſtponuntur comitibus, intelligi. Conf. ad illuſtrationem hu-

jus

jus conjecturæ differt. *de Jurisd. & Magistrat. differentia secundum mores Germanorum.* Et valde me confirmat in hac sententia, quod videam Spelmannum mecum consentire *voce Grafio p. 320. Videant*, inquit, *eruditi, ne male decernant de Comite & Grafione. Nam licet confundantur sæpissime, revera tamen diversi sunt. Proprie enim comes est, qui gladio comitatus cingitur, Grafio is, qui ejusmodi comiti est a vice & a juribus comitatus exigendis.* Denique dubium, quid in illis diplomatibus intelligatur per *reliquos fideles quam plurimos*, aut per *cunctos fideles*, qui a regibus Francorum ad audientiam causarum fuerunt adhibiti. An universi ingenui, an vero eminentiores & nobiliores, ac quinam? Non omnes ingenuos intelligi; exinde verosimile est, quod in monarchiis proceres saltem soleant ad consultationes publicas adhiberi, non vulgaris populus: Quinam vero intelligantur alii præter expresse nominatos, si quæris, dicam: modo alios ordines subintelligi, cum in primo & tertio diplomate non omnes ordines referantur, qui in secundo expressi sunt, neque in secundo majoris domus expressa fiat mentio, nullibi cubiculariorum; modo alias personas ad ordinem in diplomate nominatim pertinentes. Ita nullum est dubium, plurimos, in regno Franciæ fuisse comites, & vicarios; & tamen in singulis diplomatibus Comites & Grafiones saltem pauci nominantur, & in secundo multo pauciores quam

duces. Forte igitur receptum, ut Comites illi ſaltem & Grafiones in edicto nominarentur, qui ad illam provinciam pertinerent, ubi placitum fuit habitum. Referendariorum, domeſticorum & reliquorum ſi non eadem, ſimilis tamen poteſt eſſe ratio. Uno verbo, per reliquos fideles intelligo omnes nobiliores, qui feuda a rege accipiebant. Hos enim veroſimile eſt, præ reliquis omnibus ſub prætextu, quaſi reges non omnia abſolute gubernarent, ad conſilium in regenda republica, & potiſſimum in jure dicendo, ubi ipſi reges præſentes erant, fuiſſe adhibitos.

§. XVI.

In quibus rebus feuda primitus conſtituta & quomodo, an precario, an ad certum tempus, an ad dies vitæ, an ad heredes transmittenda? An hoc intuitu inter majores & minores ſit diſtinguendum?

De *re* in feudum primitus data, nullum eſt dubium non niſi in re *immobili* feuda incepiſſe & duraſſe ſub Merovingis (*a*). De *modo* dandi feuda major dubitatio eſt (*b*), aliis ſtatuentibus, feuda primitus quaſi *precario* data, potuiſſe a domino avocari, quandocunque ipſi libuerit (*c*); aliis contra opinantibus, duces & comites (*d*) initio ad *certum tempus* datos fuiſſe (*e*); aliis putantibus conceſſa quidem fuiſſe initio feuda ad *dies vitæ* (*f*) ſed quæ adimi potuerint ob fidem violatam; aliis peculiariter ſcribentibus, jam ſub Guntramo rege fuiſſe feuda *hereditaria* (*g*); aliis denique diſtinguentibus inter feuda *majora* & *minora*

nora, ita ut posteriora mox ad heredes transmissa fuerint (*b*). Nos arbitramur, *feuda omnia* sub Merovingis *simpliciter* & absque restrictione determinata *temporis* data esse, sed *non transmissa ad posteros* usque ad tempora Pipini, viventibus *regulariter* fuisse adempta propter *male acta*, sic tamen ut rex non teneretur *causam ademptionis* exprimere, aut feudum auferre *certo ordine judiciario* observato (*i*).

(a) Nam a scriptoribus historiæ Francicæ saltem mentio fit castrorum, villarum &c. fidelibus commendatarum. Et deinde jam supra *th. XI. lit. f.* notatum, ipso etiam jure Longobardico, diu post extinctam lineam Merovingam collecto, feuda in solis rebus immobilibus fuisse constituta, nec naturam feudorum communem admittere res mobiles, & opinionem adversam saltem ex male intellecto textu juris Longobardici esse ortam. Nullum est dubium, feuda sub Merovingis in rebo immobilibus esse constituta.

(b) Tres potissimum videntur fuisse rationes quæ tantum dissensum circa hanc quæstionem pepererunt. (1) Quod scriptores coævi non ex professo quid literis prodiderint, sed quasi obiter feudorum & aliarum circumstantiarum ad origines feudales pertinentium meminerint, & quod etiam in legibus coævis & formulis Marculfi tam pauca occurrant ad origines feudales spectantia. (2) Quod DD. non Causæ tres varii dissensus doctorum circa modum primitivū feuda dandi. (1) quod in scriptis coævis rarissima re-

rum feudalium fit mentio. (2) Neglectus feuda accurate distinguendi a prædiis ingenuorũ allodialibus. (3) Fundamenti positio in textu juris peregrini I. F. I. §. I.

accurate feuda illorum temporum ab allodiis ingenuorum secreverint, sed hæc pro feudis habuerint, ut latius patebit ex sequentibus. (3) Quod nimis secure textus juris Longobardici pro fundamento positus fuerit, ex persuasione videlicet jam supra rejecta, quasi prima feudorum origo Longobardis debeatur. Ita enim compilator juris feudalis Longobardici *I. F. I. §. I. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret; sic progressum est, ut ad filios perveniret: in quem scil. dominus hoc vellet beneficium confirmare &c.* At uti compilator haud dubie non respexit ad originem feudorum Francicorum, sed Longobardicorum; (vide omnino Hottomannum ad hunc textum) ita jam non erimus solliciti ad istæ periodi originis & progressus feudorum quas ibi *in §§. sequentibus* feudista recenset, omnes ex historia Longobardica possint demonstrari, sed melius est & convenientius principiis hactenus positis, ut in definitione hujus quæstionis plane abstrahamus ab illo textu.

Autores, qui feudorum naturam primo

(c) Hanc opinionem non solum illi defendunt, qui in hac quæstione resolvenda ad modo descriptum juris feudalis textum provocant, sed

ſed & Alteſerra *de originibus feudorum cap. 1. Feuda ab origine temporaria fuere, & pro dantis arbitrio ademta, & cap. 2.* ab initio: *Beneficia ſeu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari poſſent & ipſo jure morte accipientis finirentur.* Sed probationis loco affert teſtimonia ſcriptorum de Carolingis loquentium, adeoque non teſtantium de primæva origine. Paulus Æmilius loco jam ſupra *th. VIII. lit. b.* fuſius deſcripto & notato. *Duces initio Comitesque ab regibus præficiebantur gentibus civitatibusque, ac cum videretur dimittebantur. Deinde inveteravit conſuetudo, ut niſi ſceleris convicti abire imperio non cogerentur.* Verum uti hoc loco repetenda cautela ſuperius demonſtrata, Æmilio in hac quæſtione non tuto credendum eſſe, ita & infra dicenda monſtrabunt, nequaquam veroſimile eſſe, quæ de conſuetudine addit, ut non niſi ſceleris convictis eo ſeculo, de quo illa aſſerit Æmilius, feuda ademta fuerint. Hachenbergius *diſſertat. 9. Germ. med. §. 27. Ab antiquiſſimis quidem temporibus feuda ad voluntatem domini adimebantur, etiam non delinquentibus, donec id prohibuit Lotharius imperator, ſine culpa fieri, vel, ut alii loquuntur, ſine cauſa ingratitudinis.* Sed præterquam quod Hachenbergius, pro more, nulla teſtimonia adducat, ut appareat, annon quoad primam aſſertionem ſe fundet in textu juris Longobardici, id doctrinam ejus valde ſuſpectam reddit, quod ſtatuat demum Lotharium impe-

precariam aſſerunt, ſed absque ſufficiente probatione. Hachenbergii error, demũ Lotharium prohibuiſſe feuda absq; cauſa auferri, & ejus erroris cauſa.

ratorem jussisse, ne sine culpa vasallis feuda auferantur. Quomodo enim haec assertio vel cum doctrina juris Longobardici cohaerere posset, cum *1. F. 1. §. 2.* diserte statuatur Conradum II. sive Salicum jussisse ut feuda transmitterentur ad filios & nepotes primi acquirentis. Ergo vel pignore quovis certarem, Hachenbergium, ut totam hanc dissertationem, ita & illum locum absque judicio exscripsisse ex Spelmanno. Et ecce verba Spelmanni *sub voce Felonia pag. 253. Constat, feuda omnia primo fuisse ad arbitrium dominorum. —— Vasallis enim ad placitum domini adimebantur, etiam non delinquentibus, donec haec prohibuit Lotharius imperator sine culpa fieri, vel, ut alii loquuntur, sine causa egregiae ingratitudinis, ut videre est tit. quib. caus. feud. amitt.* Ex quibus verbis ultimis Spelmannus apparet, equitem doctissimum fuisse deceptum verbo: *Sancimus 1. F. 21.* qui textus pertinet ad constitutionem Lotharii. Sed jam observarunt alii, non solum Conradum II. sed & ante Henricum II. imperatores prohibuisse feuda auferri vasallis sine feloniae crimine, vide Bitschium *ad d. text. 1. F. 21. pag. 165.* & de Conrado II. id agnoscit ipse Spelmannus *ead. p. 253. verfic. Et ut in lege feudali &c.* quem locum ex nimia incuria praetervidit Hachenbergius.

Quae de ducibus & comitibus.

(d) Quae de Ducibus & Comitibus ac eorum feudis hic & in sequentibus dicuntur, intelligenda sunt exempli loco, non cum restrictione. Cum enim

enim non ſolum Duces & Comites, ſed & reliqui officiales omni duplici fidelitate regi fuerint obnoxii, intuitu officii & regiminis, & intuitu ſervitiorum bellicorum, hinc quæ de Ducibus & Comitibus hoc loco & porro aſſeruntur, etiam de reliquis officialibus & eorum feudis intelligenda erunt.

hic dicuntur, applicanda etiã ſunt ad officia aulica reliqua.

(e) ALTESERRA *de Ducibus & Comitibus provincialibus cap. 5. p. 16. ſeq. Olim Duces & Comites nudi erant magiſtratus ad certum tempus. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 15. de Leudaſte Comite Turonenſi:* Tu vero ducatum totius regni ejus *annis quinque* tenebis. *Idem lib. 9. cap. 7.* Ennodius cum ducatum urbium Turonicæ atque Pictavæ miniſtraret, adhuc & Vici-Julienſis atque Benarnæ urbium principatum accipit. Sed euntibus Comitibus Turonicæ atque Pictavæ urbis ad regem Childebertum, obtinuerunt eum a ſe removeri. Ille vero ubi ſe remotum de his ſenſit, ad civitates ſuperius memoratas properat: ſed dum in illis commoraretur, mandatum accepit, ut ſe ab iisdem removeret: & ſic accepto otio, ad domum ſuam reverſus, privati operis curam gerit. *Idemque lib. 6. cap. 45.* Major domus autem Waddo, qui olim Santonicum rexerat Comitatum. *Unde frequenter eidem Turonenſi memorantur* ex Duce, ex Comite, ex Vicario, *illis magiſtratibus defuncti lib. 4. cap. 13. & 34. lib. 8. c. 26. lib. 6. c. 11. lib. 7. cap. 23. & 6.* Hactenus Alteſerra. *SPEL-MAN-*

Autores qui ſtatuunt ducatus & comitatus primis temporibus ad certũ tempus datos fuiſſe. Eam ſententiam haud eſſe verosimilem, nec ex Gregorio Turonenſi probari. An duces & comites ſub Merovingis magiſtratus fuerint?

MANNUS ſub voce Comes pag. 178. dubitanter loquitur. *Nec perpetui tunc quidem magiſtratus* (erant Comites) *ſed vel ad certum tempus (ut Romani illi apud Caſſiodorum* per indictionem) *vel ad placitum regis. Gregorius Turonenſis* lib. 5. cap. 37. Macharius diu in ipſa urbe uſus eſt comitatu, quo officio expleto, eccleſiæ ſociatur. Lib. 4. cap. 34. Anno ſequenti ſemotus a comitatu Valladius Arvernum regreſſus eſt; Romanus vero comitatum ambivit. Lib. 8. cap. 1. Nicetius a Comitatu Arverno ſubmotus Ducatum a rege expetiit. *Hinc* Excomes, *apud eundem ut aliis Exconſul. Equæſtor. HIERONYMUS BIGNONIUS ad libr. 1. Marculf. form. 8. p. 889. Nec vero omittendum eſt, Comitum officium ſub prima regum noſtrorum familia non ad vitam fuiſſe, ut quidam ſcripſerunt. Ad certum namque tempus eos tum conſtitutos mihi conſtat, ex multis Gregorii locis, quorum inſignis eſt lib. 4. cap. 36. Unde apud eum frequenter hæc verba leguntur:* Ex Præfecto, ex Comite, ex Duce, ex Vicario: *& ille rematorum exempla recenſet. Quod item a Romanis deſumptum dubitari non poteſt, qui magiſtratus omnes ad certum tempus deſignatas habuere. Ideoque in Caſſiodori formulis* lib. 6. & 7. *omnibus fere adſcribitur, per* indictionem *illam.* Conf. & *RUINARTUM in not. ad Greg. Tur. lib. 4. cap. 42. (al. 36.) pag. 182.* ubi ex eodem loco, ad quem Bignonius provocat, putat probari poſſe, quod tum reges civitatibus Comites *ad tempus* præpoſuerint: his vero

vero munera præſtantibus, ſi de iis nemo quererebatur, facile in idem temporis ſpatium magiſtratum fuiſſe conceſſum. Tres, ut vides, apud Alteſerram, quem cæteri fere ſequuntur, ſunt propoſitiones. (1) Duces & Comites fuere magiſtratus, (2) Duces & Comites fuere ad certum tempus conſtituti, (3) iisdem ante mortem ablatum fuit officium a regibus. Circa primam propoſitionem Alteſerræ non movebo litem, & oſtendunt ejus veritatem partim hactenus dicta, partim totius hiſtoriæ contextus apud Gregorium Turonenſem. Conſentit etiam Dn. Lyncker *de ſuperior. territ. p. 9.* Kulpiſius *de legationibus ſtatuum imperii cap. 7. §. 14. ſeq.* Diſſentiunt quoad Duces, quibus jam ante Carolingos jura territorialia tribuunt, Cæſarinus Furſtenerius & Illuſtris Dn. Coccejus, ille Kulpiſio, hic Lynckero allegati; ſed tamen Dn. Coccejus *in nova editione diſſert. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente poteſtate tit. 1. §. 3.* notavit, aliter atque ſcripſerat, ejus dicta a Lynckero fuiſſe allegata; Neque enim ipſe loquitur de Ducibus in Gallia, ſed de poteſtate ducali principibus in Germania devictis per modum feudi data & relicta, ut Ducibus Bavariæ, Sueviæ &c. adeoque de Ducibus quos cum Spelmanno abſolutos diximus *ſupra th. XV. lit. i.* ac nobis ita non contradicit. Neque etiam tertiam Alteſerræ propoſitionem in dubium vocabimus, ſatis quippe eam, eaque mediante etiam primam probant loca illa a Spelmanno & Alteſerra ex Gre-

Gregorio Turonenſi adducta. De ſecunda ſaltem eſt quæſtio, an nimirum Duces & Comites ad certum tempus fuerint conſtituti. Mihi non videtur, contrariaque ſententia autoribus illis ideo ſe videtur probaſſe, quod crederent, omnia pene Francorum inſtituta a Romanis dimanaſſe. Quod ego a veritate penitus alienum exiſtimo. Neque enim Franci, cum Gallias invaderent & ſibi ſubjugarent, tam magnifice, ac nos hodie, ſentiebant de Romanis. Nec iis tam erat familiare illud, magiſtrorum noſtrorum, noſtrorumque magiſtrorum, ſermone quotidiano tritum: *Romani, cordatiſſimi illi mortalium* &c. Neque probant aſſertionem loca Gregorii, ad quæ Alteſerra & Bignonius provocant. Equidem Alteſerra, ſi verba ab eo allata conſideres, firmiſſime ſententiam ſuam videri poſſet probaſſe; quid enim eſt clarius verbis: *Tu DUCATUM regni ANNOS QUINQUE tenebis?* Sed videamus ipſum textum. Mulier quædam Pythoniſſa ita alloquitur Guntchramnum a Meroveo ad eam miſſum, vel puerum quem miſerat Guntchramnus (vid. Ruinart. *ad d. l. 5. Greg. cap. 14. pag. 216. lit. e.*) Unde hanc Alteſerræ aberrationem jam notavit Itterus, *de feudis imperii cap. 1. §. 15. p. 31. Verum*, inquit, *ſi recte inſpiciamus locum, non de Leudaſte Comite Turonenſi, uti Alteſerra quidem opinatur, ſed de Guntchramno potius hoc intelligendum videtur, & fac, de Leudaſte illud intelligi, nihilominus tamen, quo-*

quoniam non jubentis Francorum regis, ſed potius vaticinantis cujusdam mulierculæ verba hæc ſunt, idec vel hac ratione nihil exinde colligi poterit. Valde tamen miror, quod Iterus addat: *rem ipſam tamen* (de certo annorum numero Ducibus & Comitibus, olim præfinito) *certam eſſe, & hiſtoriarum fide niti.* Cedo quarum, nam manus meæ oculatæ ſunt. Ergo videamus, quid alter textus Gregorii, ad quem provocat Bignonius, habeat in receſſu. Eum jam excerpſimus cum notis Ruinarti *ſupra ad th. XII. lit. f. ab init.* Sed niſi me omnia fallunt, nequaquam ſequitur: Pater mittit filium ad regem cum muneribus ad renovandum munus, ergo ipſum munus ad certum tempus datum fuit. Poterat ſane & pater, qui audierat, ſe ex gratia regis excidiſſe, & cui jam Rex in mandatis dederat, ut officium deponeret, filium cum muneribus ad regem mittere, ut ipſi liceret officium continuare. Jam enim illo tempore fere communis uſus erat, ducatus & comitatus mercari, datis immenſis muneribus. Sic idem Gregorius *lib. 8. cap. 18. Nicetius per emiſſionem Eulalii a Comitatu Arverno ſubmotus*, Ducatum *a rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus.* Quod ſi adhuc pro ſententia Bignonii & aſſeclarum vocem *renovandi* urgere velis, quaſi hæc plus inferat,

quam redemtionem gratiæ regiæ, & supponat rem jure extinctam, nec sic tamen sequetur, comitatum, cujus renovatio petitur, fuisse ad certum tempus concessum. Non memorat Gregorius, quo tempore ista renovatio petita fuerit. Ergo poterat facile contigisse, ut iste Comes renovationem Comitatus datis muneribus a rege petierit, supposito casu, quod comitatum illum administraverit sub rege defuncto, cui jam rex novus successerat; & ita concipio casum istum a Gregorio relatum, ubi filius patrem supplantavit.

Itterus putat, Duces & Comites plerumque ad vitam officia accepisse. Sed probatio ejus non ad regulam pertinet, verum in specie ad Bojoariam.

(f) Huc videtur inclinare ipse Itterus *d. l. p. 32. Mox accipientis vita plerumque circumscripta fuere feuda, ut & Ducum Comitumve officia, ita tamen, ut filius dignus in parentis munere non facile præteritus fuerit. Conf. Leg. Bojoar. tit. 2. cap. 20. §. 3.* Sed vereor, ut ex illo loco legum Bojoar. probari possint, Duces & Comites plerumque in Francorum regno officia sua per totam vitam duratura accepisse. Quin potius, ex historia Bavariæ constat, Bavaros vel Bojoarios sub Merovingis non plenaria subjectione, ut Gallos, paruisse, sed fœdere inæquali & feudali Francis fuisse addictos; unde quæ in lege Bojoariorum disponuntur, non ad regulam pertinent, sed ad exceptionem, neque ultra Bavariam ad

ad reliquas provincias Francis subjectas sunt extendenda. *Vide* Brunneri *Annal. Boic. Part. 1. Lib. 4. p. 514. 523. -- 526. 548. Lib. 5. p. 593. 667. seq. 694. seq. 703. --- 709. Conf.* Dn. Hertii *Notit. vet. Germ. popul. Part. 2. cap. 2. §. 4. p. 100.*

(g) In nova editione *elect. feudal.* Illustris Eybenii *cap. 4. §. 2. operum pag. 539.* sequentia leguntur verba: *Imo* (ipse illustris auctor in præcedentibus dixerat: *Jam ipsum Carolum M. beneficia sub lege successionis dare cœpisset;) in pacto inter Guntramum & Childebertum de an. 587. dicitur, quod reges præcedentes ILLIMINATE seu IN EXCLUSIVE per munificentiam beneficia HEREDIBUS dederunt; quorum etiam REQUISITIONIS a REALI INVESTITURA differentia jam tum notabatur.* Quamvis vero nondum intelligam, quid hic sibi velit illa differentia *requisitionis a reali investitura:* illud tamen video; si verum esset, ista contineri in illo pacto duorum regum, haberemus haud dubie feuda ad heredes transiéntia diu ante extinctam familiam Merovingam. Sed age videamus. Excerpsimus ex illo pacto verba huc pertinentia jam supra *ad th. XII. lit. I.* Nulla ibi nec in antecedentibus aut subsequentibus pactis verbis *heredum* mentio, tantum abest, ut

Nova opinio, jam sub rege Guntramo & Childeberto feuda heredibus data fuisse. Ostenditur, eam ex loco adducto nequaquam probari.

illud *illimitate*, aut *inexclusive* intuitu heredum ibi legatur: quin potius commode exponi potest ille textus de vasallis, quibus ab antecedentibus regibus feuda fuere indefinite data, quique, ut modo *lit. prec. a. circa finem* monuimus, a subsequentibus regibus, muneribus datis vel ex mera gratia usque ad regem Clotharium feuda illa renovata obtinuerunt. Nam nulla, ut dixi, neque heredum, neque parentum aut similis vocis ibi mentio.

Rejicitur sententia distinguentium inter feuda majora & minora, atque hæc posteriora ad heredes fuisse transmissa statuentium.

(*h*) Hachenbergius *dissertat. 9. Germ. med. §. 8. Quæ quidem feuda*, (ducatuum, comitatuum &c.) *cum jam cætera minora ad filios irent, diu ad terminum vita legibus adstricta steterunt.* Exscripsit hunc locum pro more ex Spelmanno *voce feudum p. 259.* Sed antecedentia & consequentia ostendunt, autores illos magis respicere ad feuda Longobardica, quam ad Francica. Quod si maxime eorum intentio sit, extendi hanc assertionem ad feuda Francica, non procederet tamen extensio ista, qui jam notavimus *ad th. XV. lit. h.* primis temporibus Francorum nulla feuda minora, ingenuis data, fuisse cognita, & infra probabimus eam assertionem ulterius.

(*i*) No-

Digitized by Google

(i) Notavimus in præcedentibus aliquoties, feuda Ducibus quidem & Comitibus &c. data fuiſſe ad ſervitia militaria præſtanda ſed non tantum, verum & ad aulæ regnique offi-cia pacifica expedienda; & officia adeo illa fuiſſe a datis feudis inſeparabilia. His vero ita ſuppoſitis, quæ fere ex ſingulis Gregorii Turonenſis paginis firmari poſſunt, ſua ſponte ſequitur ex natura talium officiorum, quod illo modo feuda data fuerint, quem in theſi expreſſimus. Nam regulariter officiales aulæ & regni in monarchiis conſtituuntur indefinite, non ad certum tempus, regulariter ea ad heredes non transeunt, neque tamen auferri ſolent viventibus, niſi ob prætextum rei male geſtæ, aut ex culpa neglectæ. Ipſi tamen reges facile prætextus inveniunt removendi ab officiis officiales ſuos, nec officiales, quia a mera regum gratia acceperunt officia, reges poſſunt adigere, ut judicialiter ob id negotium cum ipſis experiantur. Et hoc modo jam facile in conſonantiam redigi poterunt loca ad quæ provocant ſcriptores, quorum ſententiam *in literis præced. ad hanc th.* adduximus atque examinavimus. Quod vero de temporibus Pipini adjecimus, non ita intelligendum eſt, ac ſi tum feuda indiſtincte ad poſteros fuerint transmiſſa, ſed quod tempore Pipini Craſſi feuda majoratus cœperint ad filios a parentibus transmitti, interque eos a paren-

noſtra ſententia probatur ex natura officiorum aulicorum & regni.

Digitized by Google

tibus dividi. Et huc respexit etiam Spelmannus *sub voce Comes p. 178. feudales* (i. e. *hereditariæ*, ut in margine explicat, quia apud Anglos feuda sæpe denotant puras hereditates. *Ibid. p. 256.) apud Germanos cœperunt fieri Comitivæ & illustria munera sub Othonibus --- apud Gallos vero sub excessu. Merovingæ stirpis. Torpente enim jam splendore regio, quidam potentiores hæc invadebant hereditarie &c.*

§. XVII.

Jus Vasalli in illis feudis erat usufructus precarius, omne jus alienandi excludens.

Ex dictis vero apparet *jus Vasallorum* in istis feudis non referri posse ad genus *proprietatis irrevocabilis*, sed fuisse merum jus *usufructuarium*, non quidem durabile ad vitæ exitum, sed *mere precarium* (*a*). Unde necessario sequitur, nullum jus *alienandi* ista feuda competiisse vasallis. Adeoque errare videtur clarissimus Bignonius, formulam donationis inter virum & uxorem de feudo exponens (*b*).

Declaratur & confirmatur usufructus precarius.

(*a*) Repetente hic ea quæ jam supra notavimus *ad th. I. lit. e.* Utrobique dicta illustrari iterum possunt ex natura officiorum aulicorum, quæ non nisi precaria sunt.

(*b*) Mar-

Digitized by Google

(b) Marculfus *lib. 1. form. 12.* exhibet formulam donationis inter virum & uxorem, ubi maritus & uxor liberis non extantibus coram rege ſibi mutuo donarunt univerſa bona, & maritus quidem villas, quas aut *munere regio*, aut de alode parentum, vel undecunque acceperit. Hic Bignonius in notis verba: *munere regio (Tom. 2.* Baluz. *pag. 895.)* ſic explicat: *MUNERE REGIO, id eſt per beneficium regis, quod poſtea FEUDUM dictum eſt: licet non ignorem, a regibus tunc quoque in proprietatem prædia data, ut infra cap. 17.* Sed refutabimus facile Bignonium ipſiusmet verbis *ad d. cap. 17. Marculfi p. 898. Confirmatio eſt a rege conceſſa, ejus quod ab anterioribus regibus quibusdam perſonis ex fiſco donatum fuerat, non in beneficium ſeu feudum, (forte quippe accipientis finiebatur) ſed in proprium ut ad ſucceſſores etiam tranſiret.* Optime. At ille etiam villæ *de munere regio* quas *in form. 12.* maritus donabat uxori, tranſibant *ad heredes*, ergo non erant feuda. Ita enim diſerte Marculfus in verbis ſequentibus: *& poſt amborum de hac luce diſceſſum --- ad --- eorum propinquis debeant revertere HEREDIBUS, tam ſupra ſcriptas villas, quam & de præſidio illorum, quicquid morientes reliquerint.* Ut taceam, fœminas illis temporibus fuiſſe feudorum plane incapaces,

Refutatur Bignonius, aſſerens maritum illo tempore bona feudalia donare potuiſſe uxori.

Digitized by Google

neque adeo bona feudalia ad ipsas per maritum, ne quidem ad dies vitæ transferri potuisse. Conf. Alteserram *de Originibus feudorum cap. 2. circa finem.*

§. XVIII.

Investitura vasallorum, & horum juramenta fidelitatis.

Investitos fuisse vasallos de feudis (*a*) & *juramentum fidelitatis* (*b*) præstitisse constat; *Solennitas* investituræ quomodo peracta (*c*), & qua *formula* juramentum præstitum fuerit (*d*), de eo nihil certi asseri potest. Non confundenda tamen fidelitas *vasallagii* cum fidelitate *subjectionis* (*e*), licet utramque deberent vasalli illorum temporum (*f*).

Investitos fuisse illo tempore vasallos probatur.

(*a*) Nam qui jubentur revestiri, illi utique etiam fuere investiti. At prius constat ex loco supra *ad th. XII. lit. m.* descripto.

Probatur etiam eos præstitisse juramenta fidelitatis.

(*b*) Duces & Comites ac officiales aulicos sacramenta fidelitatis præstitisse regibus prima fronte quidem ex Gregorio Turonensi difficulter probari posse videtur, postquam supra *ad th. XI. lit. c.* latius probavimus, eum voce *sacramenti fidelitatis* nimis vage uti, ut ex solis illius locis de fidelitate loquentibus, si aliunde jam non con-

Digitized by Google

conſtet exiſtentia feudorum, certo demonſtrare nequeas, utrum ſacramenta fidelitatis, quæ ad vaſallos pertinent, voluerit intelligere. Interim poſtquam jam *th. XII.* fuſe probavimus uſum & exiſtentiam feudorum apud Francos ex ipſo Gregorio, huc maxime pertinet locus *ex lib. 7. cap. 38.* jam ſupra *ad th. XI. lit. c.* deſcriptus de Mummulo & Waddone, qui Gundowaldo ſacramenta fidelitatis dederant. Erat enim Mummulus dux & Waddo major domus ut ex eodem Gregorio *lib. 7. c. 34. & cap. 27. in f.* conſtat. Etſi igitur *d. lit. c.* ratione ſacramenti fidelitatis a Mummulo & Waddone præſtiti, dixerimus, non poſſe per illud intelligi juramentum vaſallagii, quia Mummulo & Waddoni in illo Gregorii loco jungatur epiſcopus, feudi non capax; ad illam tamen objectionem jam facile reſponderi poteſt ex illa ipſa obſervatione quam ibidem latius deduximus, Gregorium voce fidelitatis uti in ſenſu ampliore, atque adeo ſignificatus ſpeciales variare pro diverſitate ſubjectorum capacium; itaque juramentum fidelitatis ab epiſcopo præſtitum eſſe juramentum ſubjectionis, non vaſallagii, ab officialibus & ſubjectionis & vaſallagii.

(c) Meminit quidem Gregorius Turo- De ſolemenſis *lib. 7. cap. 33.* INVESTITURÆ, nitate in-

Digitized by Google

pe tradantur vel recipiantur. Sed illæ quidem consuetudines noviores sunt, quam ut ad tempora, de quibus nos quærimus, applicari possint. Hachenbergius *dissert. 9. §. 12.* Frisingensis locum etiam recitat, aliaque ad nostrum scopum parum facientia collegit ex Spelmanno, quem cum isto *§. 12.* confer, *voce Ducatus p. 237. & voce Feudum p. 259.* In *§. 13.* vero Hachenbergius ad quæstionem nostram propius accedere videtur. *Francorum*, inquit, *Gallorumque vetustissimus erat mos, non solum episcopatus, sed OMNIA FEUDA tradere per ANNULUM & BACULUM quod per RAIN & BASTON dicebant, ut Cujacius ad 2. Feud. Tit. III. annotavit.* Sed nobis non sufficit autoritas Cujacii, verum desideramus probationes, ad quas parum conferunt sequentia quæ annectit Hachenbergius. *Et BACULI quidem usus*, inquit, *ab antiquissimis Germanis acceptus est, qui FESTUCAM, id est, VIRGAM simplicem dixere, cujus tanta apud cunctos erat veneratio, ut, quod ratum esse vellent, ea interposita confirmarent, per eam sacramenta tonciperent, fidem facerent, potestatem cederent. Hinc in l. Ripuar. Tit. 30. §. 2.* cum *FESTUCA* fidem facere. *In formul. vet. incert. autoris cap. II.* Tale sacramentum per suam FESTUCAM visus fuit adhamire. *Et in formull. solenn. passim*

ad an. 787. *dicitur. Illucque venit Deſſilo Dux Bejuveriorum, ad eum* (Carolum M.) *& reddidit ei cum BACULO ipſam patriam, in cujus capite ſimilitudo hominis erat, & effectus eſt vaſſus ejus, & Theodonem filium ſuum dedit ei obſidem.* Ex quo loco videtur concludi poſſe, quod Ducatus, etiam primis temporibus, per baculum ſceptriformem fuerint translati & Duces a Rege inveſtiti, quia hiſtoricus eam rem narrat tanquam non novam ſed conſuetam. Veruntamen nolim adhuc aliquid ex eo loco definire, partim quia pertinet ad familiam Carolinam, ubi multa ſunt mutata, partim quia loquitur de feudo oblato, non dato, partim quia modo *ad th. præc. lit. f.* notavimus, a Bavariæ Ducatu ad Ducatus reliquos tuto inferre non licere. Venit etiam in mentem, annon inveſtituræ primitus per ſolennes VESTES factæ fuerint, non ſolum etymologia eo ducente, ſed etiam quia ex antiquitatibus hiſtoricis certum eſt, Reges & Principes vaſallis ſuis ſolennes veſtes dediſſe, & talium veſtium uſum indicium ſubjectionis feudalis fuiſſe. Vide Cangium *vocibus Liberatio, Pallium, Roba,* & multa alia exempla notabilia ex noviore hiſtoria collecta in diſp. illuſtriſſ. Dn. Comitis ab Arco *de formul. Ducatus Brandenburgici pag. 76. ſeq.* Et videbatur prima fronte ille derivatio inveſtituræ ab indumentis

tis maxime juvari per hypotheſin noſtram de originibus feudalibus, eamque rurſus multum juvare. Diximus enim hactenus, omnia feuda primitus fuiſſe conjuncta cum officiis aulicis, & valde veroſimile eſt, Reges Francorum primis monarchiæ temporibus omnibus ſuis aulicis æque veſtimenta ſolennia dediſſe, ac poſtea id a ſucceſſoribus factum eſt. Sed tamen re penitius paulo expenſa, rationes in contrarium mihi viſæ ſunt fortiores, (1) quia inveſtitura etiam prædicatur antiquitus, de allodialibus: ergo non veroſimile, quod inveſtire dicatur de veſtibus, ſed (2) veroſimilior eorum ſententia, quia a germanica voce Veſt derivant, ut inveſtire ſit beveſtigen. vid. omnino Illuſtr. Eyben. *Elect. jur. Feud. cap. 5. §. 2. 3.* (3) quia veſtimenta data quidem vaſallis, ſed ſæpius, & aliquando annuatim; nusquam vero legitur, inveſtituram per veſtimenta factam, (4) quia Cangius ultra triginta modos varios inveſtiendi ex antiquitatibus deduxit, de inveſtitura vero per veſtimenta nihil invenit.

Nec certum quid ſtatui poteſt de formula juramenti fidelitatis, pro-

(*d*) Hachenbergius *diſſertat. 9. §. 8. in fine.* *Præcipuum* (primævis temporibus) *omnibus* (vaſallis) *juramentum impoſitum, ut patriam armis tegerent, dominum defenderent, militanti auxilium portarent, ſua fortia facta gloria ejus magnitudinique aſſigna-*

Digitized by Google

assignarent. Sed pro more nullus citatur autor, qui Hachenbergio istud arcanum revelaverit. Equidem si quis recordetur eorum, quæ Tacitus de moribus Germanorum scripsit *cap. 14. (Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adæquare. --- Illum defendere, tueri, sua quaque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum est)* putare posset, Hachenbergium ex illo Taciti loco formulam suam juramenti fidelitatis consarcinasse. Sed uti sæpius annotatum a nobis, probatumque est, totam illam Hachenbergii dissertationem ex Spelmanno esse descriptam; ita etiam, evolventi in Spelmanno *vocem fidelitas & sacramentum fidelitatis p. 267. seq.* patebit, illa omnia quæ Hachenberg. non solum *d. §. 3.* sed & *§. 14. & 17.* de fidelitatis juramento ejusque formula adduxit, e Spelmanno esse desumta, qui & ipse *d. p. 267.* mox ab initio Tacitum citat, sed simul se ipsum refutat, dum in margine duobus verbis exponit, quod Tacitus per *præcipuum sacramentum*, non intelligat formulam juramenti, sed quod comitibus principum *religio* sit, talia facere. Formulæ Longobardicæ & quæ extant in capitularibus Caroli, ad subsequentia tempora pertinent. Marculf. *lib. 1. form. ult.* dicit quidem, quod sacramenta fide-

babile tamen esse, id generaliter & brevissimis saltem verbis conceptum.

Digitized by Google

poſſit. Bodinus *de republ. lib. 1. cap. 9. p. 169. ſeq. 180. ſeq.* Sed formaliter tamen vaſallagium ſubjectionem ſervilem non inferre, uti nec clientelam, patet, quod vaſalli & clientes ſæpe ſtatu ſuo paululum aſtute utentes, ipſos dominos feudorum & patronos ſibi ſubjecerint, uti vel exemplo majorum domus in linea Merovinga & Paparum intuitu Regum Germaniæ conſtat. Cæterum in quo formaliter differat fidelitas vaſalli a fidelitate ſubditi, communiter quidem creditur eſſe notiſſimum, dum ad fidem vaſalliticam pertineat formula **treu, hold und gewärtig**, ad ſubditorum fidelitatem addendum ſic etiam **gehorſam und unterthänig**, quamvis alii vocem **gehorſam** adhuc ad fidem vaſalliticam referant. Sed per eam doctrinam non explicatur quæſtio, ſed implicatur. Sane enim differentiæ rerum non in vocibus ſed rebus conſiſtunt. Nobis ita videtur. Subdito fidem violanti non ſolum bona ſed & vita ac fama auferri poſſunt, & quidem per modum pœnæ judicialis & executione etiam judiciali. At ſi vaſallus merus, & non ſubditus fidem violet, ſenior non habet jus pœnæ inferendæ, ſed ſaltem auferendi beneficii propter ingratitudinem, & quidem per vindicationem bellicam. Hanc puto eſſe maxime perſpicuam differentiam inter utramque fidelitatem quoad effectum. fidelitatis remiſſive.

Sunt equidem, qui juramentum vaſallagii vocant homagium, & juramentum ſubjectionis, ſacramentum fidelitatis, aut ordine inverſo, nam nec in terminis conveniunt. Alii olim a vaſallis duplex juramentum, alterum homagii, alterum fidelitatis præſtitum fuiſſe aſſerunt, & de utriusque differentia multa obſcure & dubie proferunt. Videantur Cangius & Spelmannus *ſub vocibus homagium & fidelitas*, & Spelmanni exſcriptor Hachenbergius *d. diſſ. 9. §. 14. & 17.* Schilter *ad jus feudale Alemann. cap. 4. & ad rubric. §. 6.* Occaſionem diſſenſionis inter alia dedit *capitulare Caroli de anno 802. §. 2. Ut omnis homo in toto regno ſuo, qui antea FIDELITATEM regis nomine ſibi promiſſiſſet, nunc ipſum promiſſum HOMINIS Cæſari faciat &c.* Sed iſta quidem diſquiſitio non ad origines, ſed progreſſus feudales ſpectat; & ita doctores illam differentiam inter homagium & juramentum fidelitatis diligentia ſua intricarunt, ut res requirat peculiarem diſſertationem, nos vero ad finem properamus. Conf. interim infra *th. XX. lit. a.*

Fidelitas vaſallorum primævorum, ſimul feudalis & ſubjectionis.

(f) Non quod duplex præſtare debuerint juramentum, hoc enim jam rejecimus, ſed quod non niſi ſubditis aut qui ſubditi fieri vellent, feuda darentur. Conf. Schilterum *dd. ll.* Unde legimus etiam apud Gre-

Digitized by Google

Gregorium Turonenſem plurima exempla quod Ducibus, Comitibus &c. judicialiter, ſæpe etiam extrema ordinem judiciorum, ob delicta etiam leviora, non ſolum feuda, ſed & reliqua bona omnia per modum pœnæ fuerint ablata, atque ipſimet miſere & crudeliter, ut mancipia, torti ac necati. Imo cum per toties dicta, initio omnes vaſalli fuerint ſimul officiales, concurrebat in vaſallis primævis intuitu effectus, etſi ſub ſimplici formula, triplex fidelitas, feudalis, ſubjectionis & officii, quæ ſubſequentibus temporibus etiam formulis fuere diſtinctæ, 2. *F.* 5. *ibique* Bitſchius, ut ſtatim docebimus curatius.

§. XIX.

Etſi vero tum *omnes ingenui* vi ſubjectionis ad *ſervitia militaria* Regibus eſſent obſtricti; nullum tamen eſt dubium, *vaſallorum ſervitia* fuiſſe *arctiora*, & ſtrictiore vinculo libertatem vaſallorum coarctaſſe (*a*). *Servitia vaſallorum primorum arctiora, quam reliquorū ſubditorum ingenuorum.*

(*a*) Hachenbergius *d. diſſert. 9. §. 21. Quod feudales libri vocant SERVITIA, onera, auxilia, id alii ſtrictiore vocabulo SERVITUTES DURAS, mancipatum, onera poſt mortem etiam gravia appellarunt.* Sed quinam illi alii? Spelmannus *voce Ho-* Scilicet (1) ratione ipſius ſervitii militaris, (2) ratione defenſionis vitæ

domini, (3) ratione servitiorum aulicorum.

magium p. 356. Conditiones & DURAS admodum SERVITUTES supra exposuimus in voce feudum. Ibi vero *p. 259.* dum exponere vult *servitutes feudi militares*, remittit iterum ad feudum *hauberticum.* Et de hoc *p. seq. 260.* ita disserit, quod hujus possessores debeant militanti Regi adesse *armis integris*, id est, *equo, lorica, scuto, hasta, gladio & galea.* Compilator consuetudinum Longobardicarum *2. F. 5.* dicit, *vasallum* simplicem promittere saltem *fidelitatem*, domesticum vero seu *ministerialem*, & *subditum* insuper promittere, quod *vitam, membrum, mentem & rectum honorem* domini custodire velit. Sed forte illæ diversitates formularum non fuere ubivis observatæ. Sane Hachenbergius illam clausulam *de vita, membro* &c. etiam inseruit fidelitati feudali *d. dissert. 9. §. 14.* quam iterum exscripsit ex Spelmanno *voce Homagium pag. 346.* Magis notari meretur locus ex Matthæo Parisiensi ab Hachenbergio *d. §. 14.* allatus, uti in mutuo Regum Galliæ & Angliæ fœdere illa clausula *de vita, membris & terreno honore* etiam extat. Etsi igitur ex hactenus dictis, tanquam dubiis & ad tempora etiam sequentia magis quam ad origines feudorum pertinentibus, thesis nostra probari nequeat, potest tamen ex illis nostra doctrina illustrari. Conjecturæ igitur nostræ ex hactenus dictis eo ten-

tendunt, ſervitia militaria vaſallorum primævorum in eo fuiſſe arctiora ſervitiis communibus ſubditorum, (1) quod vaſalli, Duces, Comites &c. obligati fuerint equeſtri militia, propriis ſumtibus, Regi inſervire, ingenui vero ratione allodiorum, ut pedites, non tantis, nec forte etiam unice ſuis ſumtibus. Conf. ſupra dicta *ad th. XV. lit. f.* (2) quod etiam haud dubie vaſalli & ſubditi æque ac officiales ſeu miniſteriales ad defendendam vitam & membra ac honorem domini ſui vel ſenioris perpetuo fuerint obſtricti, ſed quod tum illa obligatio, intuitu officialium aulicorum, eo fuerit adſtrictior, quod hi, utpote magis aſſidue circa perſonam regis conſiſtentes plures occaſiones habuerint, ea ſervitia præſtandi, adeoque pluribus etiam periculis ſubjecti fuerint, & ſponte, nec rogati debuerint defendere regem, a quo ſimul beneficium habuerunt, cum contra vaſalli ſimplices & ſubditi non officiales fere ſuum officium facere debuerint rogati vel juſſu regis ſpeciali præcedente (3) quod vaſalli quotidiana ſervitia aulica tenerentur præſtare regibus, a quibus reliqui ingenui erant liberi. Conf. omnino dicta ſupra *ad th. XIII. lit. c.*

§. XX.

Fuit igitur iſto tempore *differentia* inter *feuda* & *allodia* non in præſtatio- *Differentia genuina in-*

ter feuda primæva & allodia.

ne fidelitatis (*a*), aut in ſervitiis militaribus (*b*), minime omnium vero in immunitate a tributis (*c*), ſed in eo ſolum quærenda eſt, quod *allodia* ingenuorum eſſent *proprietates* & tranſirent *ad heredes*, *feuda* vero eſſent *uſufructuaria* & prope *precaria* (*d*).

Non quærenda differentia in præſtatione fidelitatis.

(*a*) Scilicet ratione formulæ & effectus per ea quæ diximus *th. XIIX. literis d. e. f.* Interim tamen in eo puto eſſe differentiam. Vaſalli juramenta fidelitatis immediate præſtabant regi, ingenui ſubditi miſſis dominicis & comitibus vel ducibus, ut ex variis locis partim ſupra *ad th. XI. lit. c.* excerptis, partim alibi notatis conſtat.

Nec in ſervitiis militaribus in genere.

(*b*) Scilicet ratione obligationis generalis addita limitatione de qua *ad th. præc. lit. a.*

Nec in immunitate a tributis. Nam & allodia ingenuorum gaudebant immunitate.

(*c*) Supra ad *th. 14. lit. b.* retulimus diverſas ſcriptorum duorum clariſſimorum ſententias de differentia primæva inter bona tributaria & immunia a tributis. Valeſius putabat, allodia omnia Francorum ingenuorum fuiſſe immunia a tributis, Gallorum vero bona & plebis non ingenuæ fuiſſe tributaria. Contra Stephanus Paſchaſius docebat, fundos beneficiales ſive feudales fuiſſe immunes a tributis, allodiales

Digitized by Google

les etiam Francorum non item. Causa dissidii est, quod scriptores coævi parum distincte doceant doctrinam de immunitate a tributis, & fundis tributis obnoxiis, licet illa de tributis materia sæpius occurrat apud Gregorium Turonensem *lib. 5. cap. 27. 29. 35. lib. 9. cap. 30. lib. 10. cap. 7.* Interim notabile est, quod apud eundem *lib. 7. cap. 15.* factum comitis ab ingenuis tributa postulantis tanquam injustum notetur. *Habebat tunc temporis secum Audonem judicem, qui ei tempore Regis in multis consenserat MALIS. Ipse enim cum Mummulo præfecto multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis senioris INGENUI fuerant, publico TRIBUTO subegit.* Non a vero igitur est abslimilis sententia Valesii, ingenuos de fundis suis allodialibus non dedisse tributa. Equidem *in form. 14. lib. 1.* ap. Marculfum dicitur de bonis fiscalibus ex *munificentia* regia Francis ingenuis donatis in proprietatem, quod debeant integra *immunitate* permanere & nemo judicum debeat introire ad exigendum *fredas*, id est tributa. Unde videri posset, saltem bona allodialia, ingenuorum quæ ex munere regio acceperant, fuisse immunia, reliqua vero quæ ex alode parentum, aut ex aliunde acquisitis comparaverant, fuisse tributis obnoxia. Sed tamen conjectura ex loco præcedente Gregorii Turonensis videtur

Digitized by Google

fortior, unde ad hanc objectionem responderi posset, formulam illam immunitatem bonis ex munere regio datis non concedere de novo, & cum exclusione immunitatis respectu bonorum reliquorum, sed saltem servare immunitatem pristinam, quam habebant istæ villæ tanquam bona fiscalia, ante donationem, sine exclusione jurium similium aliis bonis allodialibus competentium. Porro ex dictis videtur sequi, bona allodialia libertorum & servorum fuisse tributaria, uti idem Valesius docebat. Nec obstat Marculfi *formula 36. lib. 2.* quæ agit de cessione prædii servo vel *gasindo* (liberto) facta sub *immunitate*, ut nihil exinde solvi debeat. Nam immunitas illa est saltem privata, ut inde nihil solvi debeat domino cedenti, & ejus heredibus, non publica, a tributis & vectigalibus, quod docent etiam verba diserta illius formulæ, *nisi tantum si ita vult Riga. Riga* enim erat species tributi & vectigalis publici, ut notat Biguonius *ibid.* Omnia igitur feuda erant tum temporis quidem immunia a tributis, sed non contra omnia bona immunia a tributis erant feudalia, sed potius allodia dividebantur in immunia ingenuorum *Franc aleud*, & tributaria libertorum & servorum, ac, si Valesio credimus, etiam Gallorum, qui tum Romani dicebantur, etiamsi ingenuorum, quamvis

vis de hac ultima Valesii assertione adhuc dubitare, aut certe judicium suspendere velim.

(d) Utraque assertio patet ex hactenus dictis, nec memini etiam, quoad illas duas assertiones, quenquam controversiam movere.

Sed quod feuda essent usufructuaria, allodia hereditaria.

§. XXI.

Feuda primitus erant *unius generis*, neque obtinebat tum temporis ulla feudorum *divisio*, quarum in hodierno jure feudali fit mentio. Neque enim feuda erant *propria* vel *impropria*, sed omnia habebant eandem naturam & proprietatem. Neque *nova* alia, alia *antiqua* vel *paterna*, quia omnia erant nova, cum nulla transirent ad heredes. Neque erant vel *ligia* vel *non ligia*, quia omnia erant immediata. Neque *nobilia* alia, alia *ignobilia*, quia omnia erant officialia. Neque vel *regalia*, vel *non regalia*, quia tum quidem nulla regalia concedebantur in feudum neque clericis, neque laicis. Neque *secularia* alia, alia *ecclesiastica*, quia omnia erant secularia, & quia clerici nec accipiebant feuda, nec dabant.

Feuda primæva habebant unã eandemque naturam, undè hodierna feudorum distinctiones omnes illo tempore erant incognitæ.

bant. Denique neque feuda erant *hereditaria*, neque etiam *ex pacto & providentia*, quia plane ad nullos ſucceſſores tranſibant (*a*).

Reſpondetur ad dubia nonnulla contra doctrinam noſtram. (1) Probatur fuſius, prædia ingenuorum non officialium omnia fuiſſe allodialia non feuda, & tolluntur ſummatim objectiones plures. (2) Reſpondetur Alteſerræ, ſubfeuda a temporibus Merovingorum deducenti. (3) Docetur, eunmunera regia feudalia non tranſire ad heredes,

(*a*) Non opus eſt, ut ſingulis aſſertionibus ſingulas addamus probationes, quia rationes, quas in th. adjecimus, jam in præcedentibus ſatis ſunt probatæ. Ergo hic ſaltem removebimus adhuc paucas objectiones & dubia, quæ ex lectione ſcriptorum coævorum, vel etiam noviorum alicui oriri poſſent. Jam ſupra diximus & hic repetimus, omnia feuda fuiſſe officialia & ingenuos reliquos tantum habuiſſe allodia. Non equidem memini, aliquem ex ſcriptoribus contrarium diſerte aſſeruiſſe, videtur tamen eo inclinare Bignonius, dum in formulis Marculfi bona de munere regio, & fiſcalia, quorum aliquoties in illis formulis fit mentio, facit ſynonyma beneficiorum i. e. feudorum. Vide eum *ad lib. 1. form. 2. p. 875.* At vero ingenui ex populo etiam talium bonorum erant capaces, quia formulæ talium munerum, nullam faciunt mentionem aliorum officiorum. Sed ad iſta facilis eſt reſponſio. Errat Bignonius, quod illa munera regia & bona fiſcalia habeat pro feudi ſynonymis, cum tamen ipſe fateatur *d. p. 875. & ad form. 17. p. 898.*

Digitized by Google

redes, ad illa munera de quibus loquitur utraque *formula 2. & 17.* transibant ad heredes, ut jam supra ex ipsis formularum verbis probavimus. Facit ad hoc assertum adhuc illustrandum egregie locus Gregorii Turonensis *lib. 8. cap. 29.* ubi Fredegundis duos clericos, ad interficiendum Childebertum regem electos, ita alloquitur: *Armate virilitate animos, & considerate, sæpius FORTES VIROS in bello corruere. Unde nunc parentes* (i. e. agnati) *eorum nobiles* (i. e. divites) *effecti, opibus immensis cunctis supereminent, cunctosque præcellunt.* Qui locus de feudis ducum & comitum per hactenus dicta intelligi nequit. (Unde simul obiter nota, non esse universale, quod supra *ad th. XIV. lit. b.* volebat Valesius, per *fortes viros* apud coævos scriptores semper intelligi majores natu & seniores.) Deinde alicui mirum videri posset, cur solis potentioribus & officialibus suis reges Franciæ feuda dederint, cum tamen reliqui ingenui omnes etiam militarent, adeoque beneficiorum regiorum erant digni. Sed respondeo ex præcedentibus: Causa feudorum constituendorum non erat præ-

dem Alteserram fuisse deceptum, dum putat, Merovingorũ tempore ecclesiasticos feuda dedisse.

Digitized by Google

præmium meritorum bellicorum, sed suppressio libertatis popularis, cui Franci nimis essent adsueti. Unde in præmium virtutis sæpe dabantur ingenuis bona ex fisco regio, sed non per modum feudi & ususfructus, sed ut essent allodia & proprietates. Si bona omnibus ingenuis post irruptionem Francorum in Gallia data, fuissent feudalia, non habuissent heredes eorum, unde se sustentassent. Deinde proceres peculiariter beneficiis temporariis erant alliciendi, quia hos in servitium per beneficia adductos vulgus populi, id est, reliqui ingenui, sua sponte sequebantur. Quod si dicas, id in quæstione esse, an omnia feuda primitus fuerint usufructuaria; respondebo: Doctores in eo consentire communiter, nec ullam rationem adesse, quæ suadeat contrarium. Si porro urgeas, te non videre, quid obstet, quo minus feuda possint dividi in usufructuaria, majorum & seniorum natu, regni & regis officialium, & hereditaria, minorum & juniorum seu ingenuorum reliquorum, ita ut allodia

lodia sint plebis non ingenuæ; dicam, obstare formulas Marculfi, quæ alode etiam prædicant de bonis haud dubie ingenuorum. Sed forte urgebis, bona illa ingenuorum esse tamen renovata a successoribus *per d. form. 17. lib. 1.* renovationem vero esse feudorum, non allodiorum. Verum respondebo, non eam esse renovationem, sed confirmationem, quemadmodum etiam ibi vocatur, uti confirmari solent quævis privilegia. Si regeras, renovationem & confirmationem esse synonyma, de verbis non movebo litem, sed urgebo tamen contra, renovationem non omnem esse feudalem, uti est iterum renovatio quorumvis privilegiorum. Unicum adhuc restat dubium, idque prima fronte haud leve. Diximus cum Valesio, omnes ingenuos militasse, & eo intuitu ipsis prædia esse data. Si prædia militiæ causa data, necesse est, ut soli masculi in iis successerint: At masculi soli succedentes sunt heredes feudales, in allodiis succedunt & fœminæ. Sed salva res est.

Olim

Olim non erat sic. Neque jure Romano ante-Justinianeo, ubi soli agnati succedebant in bonis haud dubie non feudalibus, neque apud Francos, nec apud *hos* solum, sed apud omnes Germanos, imo & alias gentes jure Justinianeo non utentes, usque ad tempora, quibus hoc jus in academias Germaniæ fuit introductum. Probationem plenam dare hic non possumus, ad finem enim properandum est. Interim vide quæ notavi *in select. capp. histor. jur. feudal. th. 22. litt. m. n. o. p. q. pag. 26. seq.* Porro dum hic iterum ex supra deductis repetimus, omnia bona feudalia fuisse immediata, id est nulla subfeuda fuisse in usu, contradicentem videmus Alteserram, qui *de origin. feud. c. 6.* subfeuda, aut, ut ipse vocat, retrofeuda deducit etiam ex lege Alemannorum *tit. 36. cap. 5. Qualiscunque persona sit, aut VASSUS Ducis aut Comitis.* Sed ad hanc objectionem responsio petenda est ex supra dictis *ad th. XI. lit. b.* per *vassos* sub regi-

regibus Merovingis intelligi *ſervos* vel *famulos*, non vaſallos. Adde, quod in illo loco legis Alemannorum plane non agatur de re militari, ſed de compariticne in judiciis. Denique, dum hic repetitum a nobis fuit, epiſcopos illo tempore feuda nec accepiſſe nec dediſſe, iterum diſſentit Alteſerra *d. lib. cap. 4.* ubi feuda eccleſiaſtica, id eſt a perſonis eccleſiaſticis data deducit ex lege Bojoariorum *tit. 1. cap. 1. Et poſt hæc nullam habeat poteſtatem exinde quicquam auferre, nec ipſe nec poſteri ejus, niſi defenſor eccleſia illius per BENEFICIUM præſtare voluerit.* Sed reſpondeo: omne quidem feudum eſt beneficium, ſed non omne beneficium eſt feudum, v. g. beneficium eccleſiaſticum, quod datur clericis ad ſuſtentationem. Ita etiam hoc loco per beneficium intelligitur *precaria*. At precaria haud dubie feudum non eſt.

§. XXII.

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A Del-Erbe quid? 37
Adolescentia quo anno incipiat? 87. quando desinat? 87
sub Advocatia urbium an omnis jurisdictio comprehendatur? 225
Ager unus an multorum dominorum esse possit? 81
Agnati an jure Romano ante Justinianeo in bonis non feudalibus soli successerint? 414
Allodia undecunque nomen acceperint? 8. quid per ea intelligatur? 10
Allodium (Allodis) antiquitus primario de prædio rustico dictum 12. denotat omnem proprietatem 12. 14 æque pertinet ad bona acquisita, quam ad hereditatem paternam 12
Allodium hereditarium olim frequentior & quasi nobilior species allodii fuit 13. error clarissimorum scriptorum circa Allodium 15. an proprie denotet terram aviaticam? 21. an vetus sit patrimonium? 24
in Allodiis hodie fœminæ pariter ac masculi succedunt 24. quid ratione successionis circa Allodia primis temporibus obtinuerit? 25
Allodia post masculos demum transmissa sunt ad fœminas 26. fuerunt prædia ab omni dominio libera 29. 30
Allodii pristina qualitas 29. nobile erat & villanum 29. utrumque sine homagio sine servitiis, sine præstationibus & laudemiis ibid. nobile jurisdictione præditum erat ib. Villanum jurisdictione carens ibid. a superioritate alterius non fuit exemtum 30
Allodium an excludat principis aut reipublicæ dominium eminens? 30. dissensiones circa antiquas differentias allodii & feudi 31
Allodia seu prædia Salica separata sunt a privata hereditate 32. an pro synonymis haberi & feudis opponi possint? 233
Allodia an ad proceres veteris Franciæ pertinuerint? 34
in Allodialibus qualis fuerit ante receptum jus Justinianeum in Germania successio? 227. an hodie bona civium urbano-

fortior, unde ad hanc objectionem responderi posset, formulam illam immunitatem bonis ex munere regio datis non concedere de novo, & cum exclusione immunitatis respectu bonorum reliquorum, sed saltem servare immunitatem pristinam, quam habebant istæ villæ tanquam bona fiscalia, ante donationem, sine exclusione jurium similium aliis bonis allodialibus competentium. Porro ex dictis videtur sequi, bona allodialia libertorum & servorum fuisse tributaria, uti idem Valesius docebat. Nec obstat Marculfi *formula 36. lib. 2.* quæ agit de cessione prædii servo vel *gasindo* (liberto) facta sub *immunitate*, ut nihil exinde solvi debeat. Nam immunitas illa est saltem privata, ut inde nihil solvi debeat domino cedenti, & ejus heredibus, non publica, a tributis & vectigalibus, quod docent etiam verba diserta illius formulæ, *nisi tantum si ita vult Riga. Riga* enim erat species tributi & vectigalis publici, ut notat Biguonius *ibid.* Omnia igitur feuda erant tum temporis quidem immunia a tributis, sed non contra omnia bona immunia a tributis erant feudalia, sed potius allodia dividebantur in immunia ingenuorum *Franc aleud*, & tributaria libertorum & servorum, ac, si Valesio credimus, etiam Gallorum, qui tum Romani dicebantur, etiamsi ingenuorum, quamvis

vis de hac ultima Valesii assertione adhuc dubitare, aut certe judicium suspendere velim.

(d) Utraque assertio patet ex hactenus dictis, nec memini etiam, quoad illas duas assertiones, quenquam controversiam movere.

Sed quod feuda essent usufructuaria, allodia hereditaria.

§. XXI.

Feuda primitus erant *unius generis*, neque obtinebat tum temporis ulla feudorum *divisio*, quarum in hodierno jure feudali fit mentio. Neque enim feuda erant *propria* vel *impropria*, sed omnia habebant eandem naturam & proprietatem. Neque *nova* alia, alia *antiqua* vel *paterna*, quia omnia erant nova, cum nulla transirent ad heredes. Neque erant vel *ligia* vel *non ligia*, qua omnia erant immediata. Neque *nobilia* alia, alia *ignobilia*, quia omnia erant officialia. Neque vel *regalia*, vel *non regalia*, quia tum quidem nulla regalia concedebantur in feudum neque clericis, neque laicis. Neque *secularia* alia, alia *ecclesiastica*, quia omnia erant secularia, & quia clerici nec accipiebant feuda, nec dabant.

Feuda primæva habebant unã eandemque naturam, unde hodiernæ feudorum distinctiones omnes illo tempore erant incognita.

Digitized by Google

bant. Denique neque feuda erant *hereditaria*, neque etiam *ex pacto & providentia*, quia plane ad nullos ſucceſſores tranſibant (*a*).

Reſpondetur ad dubia nonnulla contra doctrinam noſtram. (1) Probatur fuſius, prædia ingenuorum non officialium omnia fuiſſe allodialia non feuda, & tolluntur ſummatim objectiones plures. (2) Reſpondetur Alteſerræ, ſubfeuda a temporibus Merovingorum deducenti. (3) Docetur, eun-

(*a*) Non opus eſt, ut ſingulis aſſertionibus ſingulas addamus probationes, quia rationes, quas in th. adjecimus, jam in præcedentibus ſatis ſunt probatæ. Ergo hic ſaltem removebimus adhuc paucas objectiones & dubia, quæ ex lectione ſcriptorum coævorum, vel etiam noviorum alicui oriri poſſent. Jam ſupra diximus & hic repetimus, omnia feuda fuiſſe officialia & ingenuos reliquos tantum habuiſſe allodia. Non equidem memini, aliquem ex ſcriptoribus contrarium diſerte aſſeruiſſe, videtur tamen eo inclinare Bignonius, dum in formulis Marculfi bona de munere regio, & fiſcalia, quorum aliquoties in illis formulis fit mentio, facit ſynonyma beneficiorum i. e. feudorum. Vide eum *ad lib. 1. form. 2. p. 875.* At vero ingenui ex populo etiam talium bonorum erant capaces, quia formulæ talium munerum, nullam faciunt mentionem aliorum officiorum. Sed ad iſta facilis eſt reſponſio. Errat Bignonius, quod illa munera regia & bona fiſcalia habeat pro feudi ſynonymis, cum tamen ipſe fateatur *d. p. 875. & ad form. 17. p. 898.* munera regia feudalia non tranſire ad heredes,

redes, ad illa munera de quibus loquitur utraque *formula 2. & 17.* transibant ad heredes, ut jam supra ex ipsis formularum verbis probavimus. Facit ad hoc assertum adhuc illustrandum egregie locus Gregorii Turonensis *lib. 8. cap. 29.* ubi Fredegundis duos clericos, ad interficiendum Childebertum regem electos, ita alloquitur: *Armate virilitate animos, & considerate, sæpius FORTES VIROS in bello corruere. Unde nunc parentes* (i. e. agnati) *eorum nobiles* (i. e. divites) *effecti, opibus immensis cunctis supereminent, cunctosque præcellunt.* Qui locus de feudis ducum & comitum per hactenus dicta intelligi nequit. (Unde simul obiter nota, non esse universale, quod supra *ad th. XIV. lit. b.* volebat Valesius, per *fortes viros* apud coævos scriptores semper intelligi majores natu & seniores.) Deinde alicui mirum videri posset, cur solis potentioribus & officialibus suis reges Franciæ feuda dederint, cum tamen reliqui ingenui omnes etiam militarent, adeoque beneficiorum regiorum erant digni. Sed respondeo ex præcedentibus: Causa feudorum constituendorum non erat præ-

dem Alteserram fuisse (deceptum, dum putat, Merovingorū tempore ecclesiasticos feuda dedisse.

lodia sint plebis non ingenuæ; dicam, obstare formulas Marculfi, quæ alode etiam prædicant de bonis haud dubie ingenuorum. Sed forte urgebis, bona illa ingenuorum esse tamen renovata a successoribus *per d. form. 17. lib. 1.* renovationem vero esse feudorum, non allodiorum. Verum respondebo, non eam esse renovationem, sed confirmationem, quemadmodum etiam ibi vocatur, uti confirmari solent quævis privilegia. Si regeras, renovationem & confirmationem esse synonyma, de verbis non movebo litem, sed urgebo tamen contra, renovationem non omnem esse feudalem, uti est iterum renovatio quorumvis privilegiorum. Unicum adhuc restat dubium, idque prima fronte haud leve. Diximus cum Valesio, omnes ingenuos militasse, & eo intuitu ipsis prædia esse data. Si prædia militiæ causa data, necesse est, ut soli masculi in iis successerint: At masculi soli succedentes sunt heredes feudales, in allodiis succedunt & fœminæ. Sed salva res est.

Olim

regibus Merovingis intelligi *ſervos* vel *famulos*, non vaſallos. Adde, quod in illo loco legis Alemannorum plane non agatur de re militari, ſed de comparitione in judiciis. Denique, dum hic repetitum a nobis fuit, epiſcopos illo tempore feuda nec accepiſſe nec dediſſe, iterum diſſentit Alteſerra *d. lib. cap. 4.* ubi feuda eccleſiaſtica, id eſt a perſonis eccleſiaſticis data deducit ex lege Bojoariorum *tit. 1. cap. 1. Et poſt hæc nullam habeat poteſtatem exinde quicquam auferre, nec ipſe nec poſteri ejus, niſi defenſor eccleſia illius per BENEFICIUM præſtare voluerit.* Sed reſpondeo: omne quidem feudum eſt beneficium, ſed non omne beneficium eſt feudum, v. g. beneficium eccleſiaſticum, quod datur clericis ad ſuſtentationem. Ita etiam hoc loco per beneficium intelligitur *precaria*. At precaria haud dubie feudum non eſt.

§. XXII.

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Aas Del Erbe quid? 37
Adoleſcentia quo anno incipiat? 87. quando deſinat? 87
ſub Advocatia urbium an omnis jurisdictio comprehendatur? 225
Ager unus an multorum dominorum eſſe poſſit? 81
Agnati an jure Romano ante Juſtinianeo in bonis non feudalibus ſoli ſucceſſerint? 414
Allodia undecunque nomen acceperint? 8. quid per ea intelligatur? 10
Allodium (Allodis) antiquitus primario de prædio ruſtico dictum 12. denotat omnem proprietatem 12. 14 æque pertinet ad bona acquiſita, quam ad hereditatem paternam 12
Allodium hereditarium olim frequentior & quaſi nobilior ſpecies allodii fuit 13. error clariſſimorum ſcriptorum circa Allodium 15. an proprie denotet terram aviaticam? 21. an vetus ſit patrimonium? 24
in Allodiis hodie fœminæ pariter ac maſculi ſuccedunt 24. quid ratione ſucceſſionis circa Allodia primis temporibus obtinuerit? 25
Allodia poſt maſculos demum transmiſſa ſunt ad fœminas 26. fuerunt prædia ab omni dominio libera 29. 30
Allodii priſtina qualitas 29. nobile erat & villanum 29, utrumque ſine homagio ſine ſervitiis, ſine præſtationibus & laudemiis ibid. nobile jurisdictione præditum erat ib. Villanum jurisdictione carens ibid. a ſuperioritate alterius non fuit exemtum 30
Allodium an excludat principis aut reipublicæ dominium eminens? 30. diſſenſiones circa antiquas differentias allodii & feudi 31
Allodia ſeu prædia Salica ſeparata ſunt a privata hereditate 32. an pro ſynonymis haberi & feudis opponi poſſint? 233
Allodia an ad proceres veteris Franciæ pertinuerint? 34
in Allodialibus qualis fuerit ante receptum jus Juſtinianeum in Germania ſucceſſio? 227. an hodie bona civium urbano-

banorum immobilia dicantur esse allodialia? 253. cur ædificia in urbibus subsequentibus temporibus fuerint bonis allodialibus accensita? 253
Allodialium rerum traditio quomodo olim data fuerit? 396
Allodia Francorum ingenuorum an a tributis fuerint immunia? 406
Allodia libertorum & servorum an fuerint tributaria? 408
Alteserræ opinio de Ducibus & Comitibus 381. seqq.
Ampulla Rhemensis in baptismo Clodovæi an sit fabula? 288
Angli quot hominum ordines olim habuerint? 341
Antiquitates quomodo conquiri debeant in historicis veteribus? 329
Anvelle quid? 88
Apocrisiarii officium in quo constiterit? 173
Archiepiscoporum trium imperii functio in quonam adhuc hodie primario consistat? 203
Aviaticum quid? 20

B.

Bannus quid? 130
Barbari Saxoniam attingentes quinam? 207. an illi inter cives & subditi regni Germanici fuerint numerati? 207
Barones seu domini liberi quinam? 305
Belli etiam civilis finis pax est 222
Beneficium quid? 40
Beneficia ecclesiastica an sub voce beneficii comprehensa? ibid.
Beneficialis clypeus unde descendat? 73
Beneficio uno an plures inbeneficiari queant? 76. 90
Beneficii expectatio an alteri concedi possit absque petitione beneficium possidentis 78
Beneficium an hereditet filius, qui non vivit post patrem? 82
Beneficiales reditus puerorum quamdiu dominus habere queat? 87. si inbeneficiat dominus unum ex filiis, secundum libitum & non secundum jus, an aliis noceat? 89
Beneficium quomodo filii obtineant, si possessio inbeneficio fuit communis, & æqualis filiorum & patris? 92. inbeneficiatus si quis sit proprietate alterius, an de jure in heredem & in aliquem alium sequatur? 117

Digitized by Google

Beneficia aliqua si pater filio resignat a domino, an filius eadem jure hereditali habeat? 117
Beneficium domino resignans, an jus hereditarium perdat? ibid.
de Beneficii probandi neglecto termino 95
Beneficium urbanum an descendat in secundam manum? 118. 254
Beneficia an dentur, quæ ad tempus deficiant? 122. seq.
Beneficia quotuplicia? 331
Beneficium omne an sit feudum? 415
Bona quotuplicia? 8
Bona beneficialia, quænam? 306. seqq. tempore interregni fidelibus sine culpa sunt ablata 311
Briarium quid? 116
Burg quid hodie denotet? 252. quid olim denotaverit? 252. an hæc mutatio significatus vocis Burg etiam mutaverit significationem feudi Burgensis 252
Burg-Lehen und Bürger-Lehen in antiquis diplomatibus fuerunt synonyma 252. quid hodie denotet vox Burg-Lehen 253
Butellarius (Buticularius) quinam dicatur? 172. 176

C.

Camerarii officium in quo constiterit? 175
Carinthii quinam fuerint? 205
Cives urbani (Burgarii) an jus militandi habuerint? 211. 255. an militare poterant extra castrum? 214
Clerici carent jure beneficiali 73. quinam fuerit scopus communis omnium clericorum sub papatu historias scribentium? 234. an olim servi fuerint inter clericos? 342. an Clerici primitus feuda acceperint? 357. an Clerus honoribus & divitiis sit augendus? 358. an ad paupertatem & ignominiam redigendus? 358
Clerico an licitum sit habere beneficium judicandi? 101
Clodovæus Rex quo anno regaverit 39. describitur genius ejus 321. 327
Clypeus legalis quibus deest, an a testimonio in jure beneficiali, & a dandis sententiis abjici possint? 73. seq. explicatio & applicatio terminorum circa sex clypeos est incerta 210

Digitized by Google

Cœcus an beneficio abjudicari queat? 90
Codex Theodosianus quando obsoleverit? 58
Comitum variæ significationes recensentur 368. seqq.
Comites & Grafiones quomodo differant? 374. seqq.
Comites an officia ad vitam acceperint? 386. an sacramenta fidelitatis Regibus præstiterint? 392
in Criminalibus an indicia plura producant fidem? 317
Curia, in qua dominus placitat, an incusato exire liceat? 114

D.

Debitum pecuniarium cujus chirographus extat, ante aliquot secula ab alio imperii statu contractum, non obstante præscriptionis exceptione, an princeps imperii repetere possit? 226
sub Democratia quis status libertatis & servitutis? 320
Dignitatum aulicarum ordo sub Merovingis recensetur 370
Diplomata sæpius sunt ambigua & obscura 212. 245. per magnum tamen usum habent 218. sub Regibus Merovingis conscripta rarissima sunt 352
Diplomatum usus in quo præcipue consistat? ibid.
Dominium utile quid? 24
Dominii quinam? 34
Dominum alium sequi vel non sequi, quid denotet? 256
Donatio inter virum & uxorem quid? 391
Ducatus quid? 121
Ducatus & Comitatus datis immensis muneribus mercati, olim communis fere usus fuit? 385
Ducatus quomodo primis temporibus fuerint translati? 357
per Duella an Germani jura quæcunque dubia definirint? 161. in quibusnam causis olim regulariter adhibita fuerint? 161
Dux, variæ ejus significationes recensentur 368. 389. an duces XII. Comites sub sua curia & regimine habuerint? 368. an officia eorum vita circumscripta fuerint 386 an sacramenta fidelitatis Regibus præstiterint? 392. a quo Duces fuerint investiti? 397. an Ducibus & Comitibus ob delicta etiam leviora, feuda & reliqua bona omnia per modum pœnæ fuerint oblata? 403

Digitized by Google

E.

Edle Knechte quinam? 321
Ehrschätzige Hof-Güther, cur dicantur agri fiscalini? 38
Emphiteusis an consistere possit in ædificiis? 269
Erb-Guth, quomodo ex usu idiomatis germanici dicatur? 14. quotuplex? 14. minus apta interpretatio vocis germ. Erbe vel Erb-Guth 15

F.

jus Feudale non extitit ante feuda 7. varia desiderantur in vulgaribus historiis juris feudalis 7
Feudis ortis simul jura feudalia sunt orta 8. an jura feudalia ab initio statim fuerint scripta 8. dissentiunt JCti circa ortum feudorum & juris feudalis ibid. quid intelligatur per feuda? 8. 258
Feuda an vasallus ad descendentes heredes masculos transferat? 24. an usumfructum in feuda habeat? 24. an dominii aliquam speciem? ibid. an ab origine temporaria fuerint? 25. 379
Feudi proprietas an transferatur in vasallum? 25. An separari possit ab Alode? 25
Feuda olim durabant ad vitam 25. 30. 31. 349. a temporibus Ludovici pii ad heredes transire cœperunt 26
Feuda fuerunt prædia alieno dominio subjecta 29. unde Fisci nomen acceperint? 31. feudorum (beneficiorum) fiscalium delineatio 31. an feudorum an allodiorum melior sit conditio? 30. 35. seq.
Feuda orta sunt sub Franciae Regibus 8. 38. 39. 42. 276. 312. non sub Longobardis 42. vocata sunt olim bona de munere Regio, postea beneficia 40. 306. seqq.
Feudi nomen quo seculo fuerit in usu? 41. circa juris feudalis germanici historiam distinctiones 61. juris feudalis Saxonici quis sit auctor? 63. unde provenerit differentia juris feudalis Longobardici a Germanico 65
Feudale Longobardicum jus sub Friderico II. collectum 66. ob varios defectus & contradictiones a multis fuit taxatum 67. Germanis fuit inutile 68. cum academiis tamen in Germaniam pervenit 68
Feudalis Longobardici juris exiguus usus in foris Germa-

Digitized by Google

niæ oſtenditur 69. laudatur conatus Schilteri antiquitates juris feudalis Longobard. in lucem protrahentis 69
Feudale Longobardicum jus intuitu Germaniæ obtinet quidem vices juris communis, ſed ſubſidiarii ſaltem 70. controverſiæ feudales ex quo jure ſint decidendæ? 70
Feuda majora vocantur regalia 154. ſeq.
Feuda minora dicuntur nobilium 155. ſucceſſionem nepotum & fratrum in feudis quis primus introduxerit? 171
Feudum caſtrenſe in quem finem detur? 214
Feudum urbanum in quo primis temporibus conſtiterit? 215
Feudum ſoldatæ quid? ibid.
Feudum Caſtellaniæ quid? ibid.
Feudorum Germanicorum & Longobardicorum magna eſt differentia 228. an conſuetudines Longobardicæ feudales in definiendis controverſiis feudalibus allegari queant? 228
Feuda Germaniæ longe antiquiora ſunt feudis Longobardicis 233. juris feudalis Germanici collectiones antiquiores ſunt collectionibus Longobardicis 233
Feudum caſtrenſe quomodo differat a feudo caſtri? 214. 253
Feudum caſtrenſe an ſit nobile? 253
Feudum Burgenſe ſeu urbanum an ſit feudum ignobile? ib.
Quomodo feudum a vaſallo amittatur? 254. ſeq.
Feudorum nobilium poſſeſſores cuinam ſerviant? 255
Feudi urbani primus vaſallus an continuet poſſeſſionem feudi ad alterum? 256. quid intelligatur per origines feudales? 258. 267
Feudum modo denotat rem in feudum datam, modo jus vaſalli in feudo, modo contractum feudalem 259
Feuda ſunt vel propria vel impropria ibid. Quænam impropria? 261
Feudum in pecunia & aliis rebus mobilibus conſiſtens eſt Chimæra 264
Feuda pecuniaria in Ducatu Megopoli ſunt rara 264. inter feudum & beneficium eccleſiaſticum inſignis eſt differentia 266

Digitized by Google

Feuda ruſtica & feuda franca plane a natura feudorum verorum degenerant 267
Feuda franca ſeu libera in quonam ſignificatu ita dicantur? 267. variæ rationes afferuntur ad probandam feudorum originem 269
Feudorum origo Longobardis adſcribitur ſed fruſtra 269. 273
Feuda an tempore Taciti Germanis jam fuerint cognita? 275. 277. an uſus feudorum ſub Merovingis ex voce fidelitatis, fidelium, ſacramenti fidelitatis probari poſſit? 297
Feudorum introductorum cauſa quænam fuerit? 318
Feudorum origo an explicari poſſit? 326. ſeq. quibus primitus in Francia feuda ſint data? 353. quinam acceperint feuda? 353
Feuda primitus à ſolis Regibus ſunt data 356
Feuda cujus conditionis olim fuerint? 367. res in feudum primitus data in quo conſtiterit, & quamdiu duraverit? 376. quomodo feuda ſub Merovingis ſint data? 377
Feuda ab antiquiſſimis temporibus ad nudam voluntatem domini etiam non delinquentibus ſunt adempta 25. 379. ſeq. an hoc adhuc hodie etiam ſine culpa ſeu cauſa ingratitudinis vaſalli fieri queat? 379. ſeq.
Feuda apud Anglos quid denotent? 390
Feuda omnia primitus fuerunt conjuncta cum Officiis auſicis 398. quid competat illis, qui feudum hauberticum poſſident? 404. inter feuda primæva & allodia quænam differentia? 406
Feuda primæua an habuerint unam eandemque naturam 409. hodiernæ feudorum diſtinctiones an antiquitus fuerint incognitæ? 409. renovatio feudorum quid? 413. renovatio & confirmatio feudorum an ſint ſynonyma? 413. an omne feudum ſit beneficium? 415. cur primis temporibus non opus fuerit jure feudali ſcripto? 416
Fidelitatis præſtatio eſt de eſſentia feudi 266
Fidelitatis promiſſio an abſolvat totam feudi eſſentiam? ib.
Fidelitatis præſtatio eſt multiplex ibid.

Digitized by Google

Fidelitatis & obedientiæ canonicæ promissio cuinam præstetur? 266
Fidelitatis feudalis promissio cuinam præstetur? ib. Quid per fidelitatem intelligatur? 298
Fidelitas an primitus Ducibus vel Comitibus data fuerit? 356. quinam intelligantur per reliquos fideles 376
a Fidelitate reverentiæ ad subjectionem servilem facilis est transitus 333-400
Fidelitas vasalli in quo formaliter differat a fidelitate subditi? 401. differentia inter fidelitatem subditi & vasalli meri quoad effectum ostenditur 401. quotuplex fidelitas in vasallis primævis requisita fuerit? 403
an Fœdera inæqualia majestatem & libertatem tollant? 332
Fœminæ omni tempore regno Galliæ fuerunt exclusæ, non tamen ex lege Salica 23
Fœminæ dotatæ jure gentium a successione fuerunt exclusæ 28
an Fœminæ antiquis temporibus feudorum plane incapaces fuerint? 391
in Fornicatione nati carent jure beneficiali 73
Franci quænam jura habuerint? 42. libertatis conservandæ studiosissimi fuerunt 327. Quot hominum genera olim apud Francos fuerint? 341. 359. cur tributorum ac vectigalium immunitatem habuerint? 345. quinam apud illos ad bellum fuerint admissi? 366
Franci quomodo feuda tradiderint? 395
Freherus quis fuerit? 133. fluctuans ejus assertio de origine vocis feodi seu feudi 130. 131. 140. quo anno natus sit? 190. quo anno denatus? ibid.
Fundi limitrophi quinam? 349. quamdiu assignatio eorum duraverit? 349

G.

Galli quomodo feuda tradiderint? 395
de Glossatorum scriptis quid sentiendum? 233
Grafiones & Comites quomodo differant? 374. sqq.

H.

Habitum secularem in spiritualem mutans, an beneficium hereditet? 90

Here-

Digitized by Google

Hereditas quid denotet? 14
Heredum feudalium vox quando sit inventa? 159
Historiæ in quem usum scribantur? 210
Homagium quid? 402
Hominium intra quot tempus & quibusnam solennitatibus, filius post obitum patris domino præbere debeat? 89
Hominium si renuerit dominus suscipere, quid a parte vasalli obtineat? 83
Hominium quomodo dominus suscipiat a vasallo? 84. quid si dominus ad hominium suscipiendum non venerit? 85
per Hominium suum si dominus humiliat clypeum, a quo beneficiati beneficia sua suscipiant? 100
per Hominium quicquid vasallus non suscipit, an beneficium esse judicetur? 101
per Hominium quodlibet beneficium sequi tenetur vasallus ibid.
Homines proprii an jus militandi habuerint? 211
Hominum genus duplex 331

I.

Infames carent jure beneficiali 73
Infami an licitum sit habere judicandi beneficium 101
Ingenui quinam? 211. quænam servitia ingenui apud Germanos & Francos præstiterint? 330. 366. 413
Ingenui hodie dicuntur nobiles 360. an omnes ad bellum fuerint admissi? 367
an Ingenuis in dignitate non constitutis feuda fuerint concessa? ibid.
Ingenui quomodo juramentum fidelitatis præstiterint Regi? 406
an Ingenuis bona in præmium virtutis ex fisco Regio per modum feudi & usufructus fuerit data? 412
Investire bevestigen, derivatur a germ. voce vest 398
Investitura an hasta olim facta? 394. an per solennes vestes? 397
Judicium Dei an licitum sit adhiberi in causis controversis? 94

Digitized by Google

Liberti an tempore Taciti melioris conditionis fuerint servis? 361
Liberti quotuplicis generis fuerint? 362
Libertinitatis tres exant species 363
Liberti an ad bellum fuerint admissi? 367
Locus quomodo secundum regulas criticas sit explicandus? 13
Longobardi quinam populus quoad originem fuerit? 272

M.

Mansum quid? 131
Mansionarii officium in quo constiterit? 175
Marculfus quo anno & sub quonam Rege vixerit? 16. 57. 294
Mareschalli officium in quo constiterit? 175
Membro aliquo carens an beneficio abjudicari queat? 90
Mercatores carent jure beneficiali 73
Militari ex homine qui non sunt, carent jure beneficiali ibi.
Ministeriales an habeant jus singulare? 101
Ministeriales quinam vocentur? 132
Ministerialis seu domesticus quale juramentum domino promittat? 404
Monarchia, qualis libertas & servitus in illa reperiatur? 320
an cum Monarchiis feuda sint exorta? 326
status Monarchicus quomodo concipi debeat? 354
Mulieres carent jure beneficiali 73
Mulieri an licitum sit habere judicandi beneficium? 101

N.

Nepotes quare tardius in feudis successerint? 160
soli Nobiles seu ingenui militabant olim equitatu, unde & equites dicti 255
Nobiliores ex Francis quomodo antiquitus dicti? 360
Nobilitas unde olim desumta? ibid. An ad heredes transierit? ibid.

O.

vox antiqua OEDE quid denotet? 9
Officia quatuor aulicæ quænam olim fuerint? 101
Officiales aulæ & regni quomodo in Monarchiis constituantur? 389

Digitized by Google

an Prædia ingenuorum omnia fuerint allodialia an feuda? 410
Precaria an sit beneficium, an feudum? 415
Principes laicales in quem clypeum descenderint? 78
Procerum veteris Franciæ descriptio 34. an in allodiis procerum mares præ fœminis successerint? 34
Prolocutor quis? 109. 111
Promissio reverentiæ & fidelitatis an inferat subjectionem? 338
Provinciæ an per vexillum a principe tradantur vel recipiantur? 394
Purgatio vulgaris quomodo olim facta? 94. Canonica facta est per juramentum 94

R.

Rebellis quinam dicatur? 300. pœna Ducum rebellium 310
Regni Germanici quatuor periodi 197
Regnum Germanicum ex quibus populis olim constiterit? 207
Regna an per gladium a principe tradantur vel recipiantur? 394
Reipubl. ordinatio in quo consistat? 197
Res usus exigui cum inutilibus rebus non sunt confundendæ 217
Rex Bohemiæ an possit eligere Imperatorem? 51
Rex a Teutonicis electus quot principes de jure illum Romam comitari debeant 75. ratio hujus actus 75
Regem Germaniæ eligendi quinam populi olim jus habuerint? 205
Regis Poloniæ autoritas an sit imbecillis & restricta? 333
Riga quid? 408
Rustici an jus militandi habuerint tanquam servi? 211

S.

trans-*Salani* inbeneficiati ubi am serviant? 75
in Saxonia quot hominum genera olim fuerint? 341
Sclavi an habuerint jus civitatis germanicæ? 205. an jus eligendi Regem Germanorum? 205
Senescalci officium in quo constiterit? 175

Sermo

Sermo ruſticus quid? 295
Servi jure Rom. pertinent ad inſtrumenta fundi II. moribus noſtris ad inventarium II
Servorum ſtatus quis olim fuerit? 34. 360. an Servi ad ordinem eccleſiaſticum fuerint admiſſi? 361. ad quænam ſervitia ſub Francorum regno adhibiti? 361. quænam perſonæ olim inter ſeruos recenſitæ? 362
Serui quando ad militiam admiſſi? 365. ſeq.
Seruitia militaria vaſallorum primævorum an arctiora fuerint ſervitiis communibus ſubditorum? 405
Societas quamdiu manere cenſeatur in priſtino ſtatu? 221
Speculi Saxonici & Suevici collectiones quid contineant? 61. ſeq. quare ſpeculum Saxon. primum in idiomate latino ſit conditum? 62. poſtea idiomate germanico editum? 62. vius forenſis ejus etiam in Polonia eſt inſignis 64
an Speculi Suevici collector in jure provinciali & feudali ex ſpeculo Saxonico ſua deſumſerit? 65. ſeq.
Stamm-Güther quænam? 32
an Subdito fidem violanti bona, vita ac fama auferri poſſit? 401. quale juramentum domino promittat? 404
Subfeuda an dominus ſine conſenſu ſuo data a vaſallo, extincto hujus jure relinquere ſubvaſallis teneatur? 85. 239. quotuplex ſit ſubfeudum? 240. ſeq.
Subinfeudans defendere debet ſubvaſallum in judicio rei vindicationis 243
Subfeuda an primitus fuerint in uſu? 356
Subinfeudatio an locum habeat in feudo urbano? 215
Suppellex per vocem rerum mobilium (meublen) denotatur II

T.

Tagedingen quid? 182
de Terra Salica multiplex variatio 37
Tropiloquium quid? 112
Gregorius Turonenſis in opere ſuo hiſtorico deprecatur ignorantiam in arte grammatica 295. quo anno obiit? 289
Tutorem quo tempore pueri neceſſe habeant? 86

Digitized by Google

Tutor quis possit esse alterius? 87. in jure feudali dicitur Mundibardius ibid.

V.

Vadium an vasallus pro domino supra censum tolerare teneatur? 104
Vadium acquisitum intra quot tempus redimere debeat vasallus? ibid.
Vadiare an vasallus teneatur domino pro omni incusatione 112. plures causæ vadii recensentur ibid.
Vadium an pro debito domini accipiat vasallus? 120
Vasallagium an subjectionem servilem, uti & clientelam inferat? 401
Vasallus an feuda ad descendentes heredes masculos transferat? an usumfructum in feuda habeat? an dominii aliquam speciem? Vid. Feudum.
Vasallus si a clerico vel muliere inbeneficiatur, an hæc beneficia in alium dominum sequantur? 74
Vasallus domino suo præstare debet juramentum fidelitatis 74. 404. 406
Vasallo si dominus justitiam renuat cum ab eo fuerit incusatus, quid obtineat? 76
Vasallus filio carens in quem possessionem beneficii hereditet? 78. an bona quæ in possessione sua non habet, in filium hereditet? 79. an bona quæ justa querimonia prosecutus est, in filium hereditet? 79. an villam vel vineam, judicium vel decimam hereditet? 80. an secunda vice bona ab uno domino suscipere queat? 81
Vasallum omni tempore & ubique dominus inbeneficiare debet 83
Vasalli beneficium an domino licitum sit separare? 88
Vasallo si dominus accipit bona sua contra justitiam, aut injuste renuit illam inbeneficiare, quis ejus sit Warandus 98
Vasallus quibus vestimentis comparere debeat coram domino, cum venerit in curiam ad beneficialem determinatum diem 110. quomodo coram domino loqui debeat cum procuratore suo? 112

Va-

GRATIANI ASCHPANI

DE

SVPERSTITIONE ERVDITA

SEV

LITTERARIA

LIBELLVS.

COLONIAE,

cIↃ lↃ cc XXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPVT I.

DE SVPERSTITIONIS ERVDITAE SEV LITTERARIAE NATVRA AC INDOLE.

QVamuis forte non deeſſet, qua argumentum noſtrum exordiri poſſemus, de ſuperſtitionis litterariae nomine ac vera ratione copioſa diſputatio, iſta tamen, cum breuitati ſtudeamus, in praeſenti ſuperſedemus. Paucis modo, quid nobis ſit erudita ſuperſtitio, hoc loco explicare, noſtrarum partium ducimus. Intelligimus ſcilicet per ſuperſtitionem eruditam ſeu litterariam illud humani intellectus voluntatisque vitium, quo propenſiori, quam par erat, affectu, & quae hinc oriri ſolet, praepoſtera exiſtimatione & litteratos viros & res litterarias proſequimur, idque vel verbis, vel actionibus palam facimus. Apparet hinc non vnius generis litterariam eſſe ſuperſtitionem; quapropter diſtincte nobis circa eam verſandum, atque primum illa contemplanda erit, quae vi-

Digitized by Google

ris eruditis exhibetur; tum ea, qua res ad litterarum ſtudia ſpectantes coli inepte ſolent.

SECTIO I.

DE SVPERSTITIONE ERGA VIROS LITTERATOS GENERATIM.

Conſpectus.

Superſtitioſus doctorum cultus mox cum incunabulis bonarum litterarum cepit, quo affecti ſunt Ebraeorum, Aegyptiorum, Perſarum, Indorum doctores, §. I.
Graecorum Philoſophi, §. II.
primi Eccleſiae doctores, Patres vulgo dicti, §. III.
nominatim ex illis Beda, §. IIII.
doctores Scholaſtici §. V.
alii antiquioris §. VI. & recentioris aeui ſcriptores; §. VII.
immo etiam foeminae eruditae, §. VIII.
omnium vero impenſiſſime Ariſtoteles. §. VIIII. X. XI.
Variae autem ſuperſtitioſi illius eruditorum cultus ſpecies dantur. §. XII.

§. I.

ANtiqua eſt ſtultitia, viros, qui aliis doctrina praeſtant, nimium ſuſpicere, & ſtatim nata, cum ex hominum ſocietate quidam ſcrutandis diuinis humanisque rebus totos ſe darent, atque hac ſcrutatione ignorantiae errorumque caliginem

ab

Digitized by Google

ab aliorum animis depellere conarentur. Non fert instituti nostri ratio, hanc rem a scientiarum natalibus repetere. Hinc veteres Ebraeorum * doctores, Aegyptiorum sacerdotes, ** Persarum Magos, *** Indorum Brachmanes, * aliosque antiquorum temporum sapientiae magistros tacemus, de eorum cultu parum solliciti. Saltem post HOMERVM ** & HIPPOCRATEM, *** e sequioris aeui Philosophis vnum atque alterum, ab aliis superstitiose amatum laudatumue, in medium producimus.

* Quanta in autoritate & existimatione inter suos sint Ebraeorum magistri, quos Rabbinos vocant, ex hisce ipsorum sententiis cognosci potest: *Dilectiora sunt verba scribarum seu doctorum prae verbis legis: Etiam profanus doctorum sermo toti legi est aequiparandus: Veneratio magistri tui eadem sit, quae Dei.* Immo tam peruerso cultu suos Iudaei prosequuntur doctores, vt sententias eorundem, sibi inuicem repugnantes, vna eademque fide recipiendas esse iubeant. Conf. IO. FRISCHMVTHI Disput. *de quaest. an Ebraei statuant, idem simul posse esse, & non esse,* §. XIV. & IO. ANDR. EISENMENGERVS *im entdeckten Jüdenthum Part. I. Cap. VIII. pag. 331. seqq.* qui copiosissime stultam doctorum inter Iudaeos venerationem exponit. Lepidum huius documentum dederunt in laudibus R. HILLELIS augendis, quod commemorat IO. FRANCISCVS BVDDEVS in *Introduct. in*

Philoſoph. Ebr. ad §. XXII. pag. 105. ſeqq. edit. rec.

** Hos magnum olim gloriae gradum, proximumque a Regibus honoris locum obtinuiſſe, DIODORVS SICVLVS autor eſt *Lib. I. Biblioth. Hiſtor. Cap. XXXVII.*

*** Magna cum dignitate inter Perſas Magi vixerunt. APVLEIVS enim in *Apologia pag. 290. Opp.* edit. ELMENHORSTII 1621. 8vo. teſtatur, *nulli temere inter Perſas conceſſum eſt, magum eſſe, haud magis quam regnare:* & CICERO *Lib. I. de Diuinat. pag. 1160. b. Opp.* edit. SCHREVELII: *nec quisquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non ante magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit.*

* Vnus eorum nomine BVDDES celebris fuit, quem ceu Deum honoraſſe ipſius ſectatores, CLEMENS ALEXANDRINVS teſtis eſt *Lib. I. Stromat.* Conf. GERH. IOH. VOSSIVM *de Philoſ. Sectis Cap. I. §. 20. pag. 7.*

** Hunc ex antiquis ſolum fere laudabat CODRVS, Orator & Poeta antiquus, eumque Amaſium ſuum vocabat, iureiurando affirmans, eum non hominem, ſed ex Diis vnum fuiſſe, qui olim vixerit inter homines, donec diuina illa carmina ſcripſerit. Vid. VINC. PARAVICINI *Singularia de viris eruditione claris, Centur. I. num. XVI. p. 8.* Ipſius honori templa quoque dedicata, ſummaque hominum erga eum nunquam non ſtudia fuiſſe, alibi percipiemus. Legatur interim de ſuperſtitioſo HOMERI cultu GOTTLIEB STOLLE *in der Einleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit, Part. I. Cap. V. §. 25. not. (w) p. 170. ſeq. & in den neuen Zuſatzen p. 23.*

*** Ille

*** Ille sane per vniuersam Graeciam tanta in admiratione fuit, vt vivus ab omnibus veluti praesens Deus quidam haberetur, & post mortem diuinis afficeretur honoribus. Lege GALENVM *Lib. I. de vsu partium Cap. 8. 9.* & IO. ALB. FABRICIVM *Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. XXIV. §. I. p. 843.*

§. II.

PYTHAGORAS * certe & SOCRATES, ** vti omnes aeui sui sapientiae doctores doctrinae morumque integritatis laude facile superarunt; ita non paucos mortalium in caecam sui venerationem rapuerunt. Sed & EPICVRI, *** cuius praeclara in sapientiae studium merita haud dubie plures inficias ibunt, magnam olim opinionem fuisse ac existimationem, admiratione non minus, quam memoratu dignum est.

* De hoc DIOG. LAERTIVS *de vitis Philosophor. Lib. VIII. Segm. 14. 15.* refert: *Adeo omnibus admirationi fuit, vt dicta eius familiares dicerent, Dei omnigenas voces. Itaque cum illo perdurabant, atque adibant illum studiorum causa & Lucani, & Picentes Mesapiique & Romani. Neque vero pauciores sexcentis erant, qui noctu ad illum audiendum confluebant. Ac si qui praesentia illius frui meruissent, scribebant suis, tanquam magnum quiddam ac praeclarum adepti essent.* Quo loco PYTHAGORAM Romani habuerint, statua Romae in eius honorem exstructa nos

BRICIVS *Biblioth. Gr. Lib. III. Cap. XXXIII. §. 1. p. 805.*

§. III.

Humanae sapientiae doctoribus doctores diuinae succedunt, quos recentius aeuum glorioso Patrum titulo condecorauit. Hos tantum honoris prae gentilium Philosophis mereri, quantum diuina humanis praestant, nemo sanioris mentis abnuet. Sed & heic interdum superstitioni aliquid datum esse, rerum annales dubitare nos haud sinunt. Ipsorum Patrum nonnulli in eos, qui doctrina & vita praeceſſerant, impensiori haud raro ferebantur amore, qui in nimias eorum laudes peruersamque placitorum admirationem erumpebat. * Id quod coeco satis impetu imitata est Romana ecclesia. Haec enim veteres diuinarum litterarum doctores maximo opere veneratur, atque ex hominum fere sorte eximit, dum lapsus & erroris omnis immunes eos pronunciat, ipsorum cogitationes sancte custodit, easque cum sanctioribus diuini spiritus dictis exaequat. ** Equidem nos haud fugit, quam varius sit Pontificiorum erga venerandos Patres affectus, aliis peruerse, aliis satis ingenue de illis existimantibus: existere tamen inter Papaeos, qui maius illis ecclesiae lumini-

orbis angulo natum vniuerſum orbem ingenio ſuo perſtrinxiſſe. Quin eo vsque heic progreſſi ſunt Pontificii, vt ſomniare non erubeſcerent, lapides quoque, aues & piſces BEDAM veneratos eſſe, atque ſermonibus, quos ad ipſos habuit, hunc impoſuiſſe colophonem: Amen, venerabilis Beda, Amen! **

* Qua occaſione nomen illud obtinuerit BEDA, non uno ore eloquuntur annalium conditores. Mirae de eo nugae in *vita Bedae*, *Operibus* eius praemiſſa, leguntur. Si HOTTINGERVM audiamus in *Hiſtor. Eccleſ. Part. I. Cap.* ſeu *Sec. VII. Sect. V. p. 434.* haec iſti cognomini origo fuit: *Diſcipulus quidam, cum praeceptori ſuo,* (BEDAE) *epitaphium ſcribere vellet verſibus Leoninis, eſſetque non ſic exercitatus, ita incepit: hac ſunt in foſſa Bedae Presbyteri oſſa. Intelligens autem metrum hoc modo ſtare non poſſe, mire ſe torſit, & tandem defatigatus in his cogitationibus obdormiuit, atque in ſomnio putauit, ſibi diuinitus ſuggeri vocabulum Venerabilis, quo verſum compleret, vt eſſet: Hac ſunt in foſſa Bedae Venerabilis oſſa.*

** Ex DVRANDO haec confirmantur apud AD. TRIBBECHOVIVM *de Doctoribus Scholaſt. Cap. VI. §. I. p. 287. ſeqq.* nouiſſ. edit. ubi p. 288. & haec afferuntur: *Beda, cum prae nimia ſenectute oculi eius caligarent, fecit ſe duci per villas & caſtra, vbique verbum domini praedicando: Cumque quadam vice per quandam vallem magnis lapidibus plenam tranſiret, & quidam ex doctoribus ei diceret, quod*

Digitized by Google

larga ac profusa.* Ne quid de scriptis eorum dictisue, quae cum diuinis oraculis eadem metiebantur nonnulli existimatione, commemorem.

* Sic THOMAE DE AQVINO, principis Scholasticorum, vniuersa doctrina a Pontifice approbata est, vt asserere etiam audeant Pontificii, neminem ab illa sine haereseos suspicione dissentire posse. Plura de hoc & aliis dabit AD. TRIBBECHOVIVS in libro *de Doctoribus Scholast.* speciatim *Cap. VI. p. 329. seqq.* nouiss. edit. in 8vo.

** Infra *Sect. II. §. I.*

*** Vt vnum atque alterum speciminis loco proferamus; IACOBVS DE SVSATO in has immodicas THOMAE & ALBERTI laudes erumpit: *Duo magna luminaria ex ordine Praedicatorum mundo apparuere, scilicet luminare maius i. e. B. Thomas de Aquino, vt praeesset diei: & luminare minus, i. e. Albertus M. vt praeesset nocti.* *Vid.* IO. HERM. AB ELSWICH *Schediasma de varia Aristotelis in Scholis Protestant. fortuna*, quod cum IO. LAVNOII libro *de varia Aristotelis in Academia Paris. fortuna*, ante annos aliquot editum fuit, §. VI. p. 12. STANCKARI de PETRO LOMBARDO encomium est: *Plus valet vnus Petrus Lombardus, quam centum Lutheri, ducenti Melanchthones, trecenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres & quingenti Caluini, qui omnes si in vno mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia veraé Theologiae.* Conf. VAL. ALBERTI *Interesse Religion. Artic. III. p. 193.* De GABRI-

tur non fieri, cum praestantissima ingenia in recudendis iis, emendandis, extollendis quotidie fere laborarent, quin haud pauci in peruersum veterum autorum amorem abriperentur. Reperti hinc sunt, qui HOMERVM, HIPPOCRATEM, ARISTOTELEM ita admirabantur vnice, vt in hominibus excessisse humanum fastigium ipsis viderentur: qui de LIVIO censebant, nec aetatem superiorem, neque totam posteritatem, non modo potiorem, sed ne parem quidem vllum habuisse scriptorem: qui PLVTARCHVM ex omnibus libris seruatum volebant, quippe qui vere thesaurus sit eorum, quae praestantissima in omnibus aliis scriptoribus sparsim inueniuntur, siue Philosophiam & alias disciplinas, siue historiam Graecam & Romanam spectes. *

* Conf. VINCENT. PARAVICINI *Singularia de viris erudit. claris Centur. I. num. XCI.* & C. *pag. 31. 33. Centur. II. num. VII. p. 41.* In hoc superstitionis litterariae genus haud dubie digitum intendit, illudque falsè ridet TRAIANVS BOCCALINI in *Relationibus ex Parnasso Centur. I. Relat. LXXXVI. p. 311.* In ista enim relatione, cui titulum fecit: *Damit Iustus Lipsius den Fehler, so er mit seiner Anklage wider Tacitum begangen, verbessern möchte, observirt er solches so genau, daß ihm von Apolline zugemessen wird, als ob er ihn vor einen Abgott hielte;* LIPSIO, ceu super-

Theologus cum BACONE DE VERVLAMIO, *** praecipuae olim dignitatis & autoritatis viro, exemplum praebere possunt.

* Conf. IO. HERM. AB ELSWICH in Schediasm. *de varia Aristotelis in scholis Protestant. fortuna. §. XXXI. p. 97.* & IO. HALESII *Historiam Concil. Dordrac.* a MOSHEMIO in latinum sermonem translat. *p. 154.* in not.

** Hunc eo honoris loco habuit ERNESTVS, Dux Brunswicensis & Lüneburg. vt supremi sacri Senatus mandata sub eius quoque nomine publicarentur, hac praefixa formula: *Wir von Gottes Gnaden Ernst, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, und Urbanus Regius, der H. Schrift Doctor &c.* Quam rem iam alii inter excessus amoris & deuotionis retulerunt. Vide CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHII *Schediasma de Theologis ad tempus commodatis §. VII. Unschuldige Nachrichten A. 1709. Siebende Ordn. p. 413.* Aliud prolixioris ERNESTI Ducis erga VRBANVM REGIVM affectus documentum ERDM. VHSE commemorat *in den Leben der berühmtesten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. Seculi p. 344.*

*** Etenim non infimi ingenii homines inter Anglos haec subiit cogitatio, VERVLAMIVM prae ceteris mortalibus peculiari quadam rerum humanarum scientia, ope diuini prorsus luminis, fuisse instructum imbutumque, praecipue, ex quo tantam in regio Anglorum consessu autoritatem obtinuit, vt dicta, & pro-

Heinsius nennte sie die zehende Muse: Iac. Crucius die Hollandische Minervam: Johann Schmieth Alpha Virginum. Salmasius spricht: Sie sey so mit allerley Gelehrsamkeit ausgerüstet, daß er nicht wisse, in welcher er ihr den Vorzug geben solle. Der Konigl. Polnische und Schwedische Secretarius Rôtger nennet sie das eintzige Exemplar aller Wunderwercke an einen gelahrten Menschen, ein gäntzliches Monstrum ihres Geschlechts, doch ohne Fehler und Tadel. Paschius in Gynaeceo suo p. 55. exclamat: o! foeminam prodigio similem, quam nemo aemuletur, quia nemo imitari potest, nemo inuideat, quia supra inuidiam, non mortem posita fuit. Ein anderer sagt also von ihr:

Es konnte Griechenland kaum sieben Weisen finden,
Die doch mit ihrem Witz wie Butter an der Sonn
Bestehn, woferne sie sich wollten unterwinden,
Mit dir zu kämpffen, denn du trägst den Krantz davon.
Nur sieben Wunder-Werck hat uns die Welt gewiesen,
Die doch, genau beguckt, der Rede fast nicht werth;
Du, theures Wunderwerck, wirst überall gepriesen,
Und doch das tausende nach Würden kaum erklärt.

*** In Εὐκλείᾳ *seu melioris Partis electione*, quo libro breuem vitae suae delineationem exhibet, *Part. I. Cap. I. §. VI. p. 10.* edit. Altonae

tonae 1673. his verbis: *Priusquam vero ad magis particularia accedam, illud mihi tanquam vniuersale quid, quod se per omnes pene vitae meae actus diffudit, ad vanitatem eius arguendam occurrit, detegendum puto: quod scilicet, quamuis saepius reclamaret conscientiae occultus quidam fundus, tamen sub specie alicuius virtutis, aut officii, & communis cuiusdam Eruditionis boni, me ad illud illustrioris famae Theatrum, vnde deinde difficilis erat regressus, pedetentim introduci passa sim; &, nescio per quam incuriam, vel occoecationem mentis argumentum vel ansam praebuerim LITERARIAE IDOLOLATRIAE; cuius se reos constituunt omnes vanae gloriae cultores, siue (vt quidam non inique dixit)* mendaces Panegyrici, *qui mutuis sese laudibus incantantes, in mera animalia gloriae se transformant; cui latissimae culpae me catenus, a quibusdam immodicarum laudum mearum decantatoribus, inuolutam fuisse deprehendo, quod, dum me homuncionem mortalem, vermiculam terrae, & propter meam in Coelum multiplicem culpam, tum hacreditariam, tum actiuam infidelitatem aeternis tenebrarum catenis, ac carcere dignam, in coelum vsque euecherent, meque non tantum Ethnicorum Numinum ordini prophane adscriberent, sed & veri Dei diuinis attributis Omniscientiae, & nescio, quibus non odiosis titulis, blaspheme onerarent; ego, me nusquam satis fortiter eorum dementiae, an impietati, publica quadam Protestatione, siue Apologia opposuerim; quod igitur nunc mihi sero, sed & serio, cum quadam neglecti officii detestatione, hic agendum esse duxi.*

§. VIIII.

Digitized by Google

§. VIIII.

Sed vnum ARISTOTELEM produxiſſe in medium, forte ſuffeciſſet, quo celebrius idolum orbis litteratus vix habuit. Huius coeci ſtultique cultores magno numero per multa ſecula extiterunt, ſuaeque erga ipſum reuerentiae nimiae perſpicua dederunt documenta. * Ampliſſimis eum nunquam non titulis mactarunt, ** & cum idonea verba deficere viderentur, ſimplici voce Philoſophum nominare, ſummo ipſi honori gloriaeque duxerunt. Neque verbis modo, quantus in ipſorum oculis animisque ARISTOTELES eſſet, ſed re ipſa quoque teſtabantur, cum placita eius tanquam diuinitus tradita haberent, ſibique religioni ducerent, vel latum, quod dicitur, vnguem a doctrina Stagiritae diſcedere.***

* Circa hoc argumentum conſuli potiſſimum merentur IO. LAVNOIVS *de varia Ariſtotelis in Academia Pariſienſi fortuna*; IO. HERM. ABBLSWICH *de varia Ariſtotelis in Scholis Proteſtant. fortuna*, qui duo libelli vno volumine coniuncti jam proſtant; IO. ADAM. SCHERZERVS in *Programmatibus*, iunctim editis, *Program. VI. p. 58. ſeqq. Obſeruationes Selectae Halenſes Tom. VIII. Obſeru. X. §. 7. 8. p. 222. ſeqq.* IO. GEORG. WALCHIVS *in Diſſert. de Atheiſmo Ariſtotelis*, quae inter *Parerga* eius *Academica* eſt, *§. II. III. p. 299.*

 ** E.

** E.g. SCHEVRLIO, CASAVBONO, SCALIGERO, LIPSIO *magnum naturae miraculum; vnica Philosophiae Aquila; summus & primus scientiarum omnium dictator & imperator; summus omnium rerum iudex* audit. Vide dictas *Obseruationes Halens. §. VI. p. 219.* IVLIO CAESARI VANNINO apud IO. FRANC. BVDDEVM in *Thesibus de Atheismo & Superstit. Cap. I. §. 24. p. 125. Philosophorum deus, humanae sapientiae dictator, sapientum pontifex maximus* dicitur.

*** Ex horum numero peripateticus quidam Philosophus fuit, de quo referunt, quod tanta se erga ARISTOTELEM obstrinxerit fide, vt nulla adigi potuerit vi, quo tubum inspicerer, ne scilicet conuinci se pateretur, stellas quasdam a GALILAEO a GALILAEIS detectas, ARISTOTELI ignotas fuisse. Immo alius veritatem dogmatum ARISTOTELIS martyrio suo confirmare, & in eorum gratiam sanguinem effundere paratus fuit. Conf. IO. GOTHOFR. BÜCHNERI *Shediasma de vitiorum inter eruditos occurrentium scriptoribus Cap. II. Sect. I. §. 4. not. * p. 84.* MICH. LILIENTHALII *Machiauellismum Litterar. §. VII. p. 26.* IO. HERM. ABELSWICH *Schediasm. laudat. §. XXXVI. p. 109. seqq.*

§. X.

Et haec in retinendis Stagiritae dogmatibus superstitio, integras eruditorum societates, quas Academias vocamus, corrupit,* cursuque temporum adeo inualuit, vt scientiarum magistri in scholis quibusdam

dam celebrioribus cogerentur, iureiurando fidem facere, ** se constantissimos tenacissimosque Aristotelis sectatores futuros, neque quicquam ipsius doctrinae aduersum propugnaturos vnquam esse. Vbi, tantum abest, vt substiterit, vt longius progrediens, res sacras quoque inuaserit, cœtumque puriorem inquinauerit perversa Aristotelis autoritas & veneratio. ***

* Testes sunt Academia Parisiensis, Wittebergensis, Lipsiensis. De ista lege IO. LAVNOIVM *de varia Aristotelis in Academia Paris. fortuna Cap. XV. seqq.* de illa IO. HERM. AB ELSWICH *de varia Aristotelis in Scholis Protestant. fortuna §. VIII. p. 16.* de hac IO. BVRCHARD. MENCKENIVM, *Programmat. de dignitate magistri, inprimis Lipsiensis, Orationibus* eius *de Charlataneria* subnexo, & IO. HENR. ACKERI *supplementa ad* STRVVII *Bibliothecam Philosoph. p. 24. seq.* Regiomontanam Musarum sedem, cui idem seruile in custodiendis Aristotelis opinionibus studium exprobratum fuit, purgare conatur MICH. LILIENTHALIVS *de Machiauellismo litterar. §. VII. p. 25. in not.*

** Huiusmodi obligationis formulam cum sua interpretatione Germanica CHRIST. THOMASIVS exhibet *in monathlichen Unterredungen Ao. 1688. Part. I. p. 599.* quam vt denuo heic afferamus, instituti nostri ratio requirit: *Ich Endes unterschriebener, der sieben Künste Meister, für mich und meine Erben und Erbnehmen, mit Vollwort meines zu Ende un-*

Digitized by Google

terſchriebenen Curatoris, urkunde hiermit, und bekenne: demnach ich allbereit dem Herrn Decano, Vice-Cancellario und Examinatoribus beym Feſte Candelarum frey, wohlbedachtig und ungezwungen, auch mit nüchtern Gemüthe durch einen Handſchlag angelobet und zugeſaget, wenn ich in meinen Examinibus wohl, oder doch zum wenigſten mediocriter beſtehen, und die hochſte Ehren-Stelle in der Weißheit erlangen, und mit derſelben gleich als mit einem Halßband gezieret werden würde, ich durchaus nichts lehren wolte, was des heiligen Ariſtotelis Philoſophie, und der lang hergebrachten rechtgläubigen Lehre nur mit einem Winck zu wieder wäre; als wiederhohle auch izo nicht allein daſſelbe in beſter Form Rechtens, ſondern ich verſpreche auch, daß ich hoch-wohlgedachte hoch-gelahrte Welt-Weißheit des oberſten Philoſophi, welche auf dieſer Academie vom Anfang der Welt bis auf dieſe gegenwärtige Stunde allezeit in völliger Blüte und ungekränckter Freyheit geblühet und geſtanden, nicht nur nicht verdammen, ſondern auch in meinen künfftigen Collegiis und Diſputationibus, die ich ſo wohl zu Hauſe als öffentlich, allen rechtſchaffenen nach des Ariſtotelis Philoſophie hungrigen und durſtigen Seelen, zu ſonderbahren Troſt und Erquickung um einen wohlfeylen Preiß, den Armen ſo wohl als den Reichen, halten will. Conf. quoque IO. GOTTOFR. BÜCHNERI *Schediaſma de vitiorum inter eruditos occurrent. ſcriptoribus Cap. II. Sect. I. §. 5. not. **** p. 88. ſeqq.* & MICH. LILIENTHALIVS *loc. cit. §. VII. p. 26.* ***

De

*** De autoritate, qua gauisus in Ecclesia olim ARISTOTELES, agunt ADAM. TRIBBECHOVIVS *de Doctoribus Scholastic. Cap. V. §. III. p. 217. seqq.* edit. rec. IO. LAVNOIVS *loc. alleg. Cap. XII p. 234.* edit. nou. IO. CASP. LOESCHERVS *Fasciculo II. Obseruationum select. Obseruat. VII.*

§. XI.

Altius autem ire non potuit cœcus erga Stagiritam affectus, quam, vbi quosdam tanta cepit vesania, vt illum sanctorum beatorumque, in cœlo triumphantium numero adscribere, & pro quodam Saluatoris in naturalibus præcursore venditare; * eius scripta Θεόπνευστα pronunciare;** quin pro ipsissimo Deo Aristotelem habere non dubitarent. ***

* Stultitiae huius plura magistros Colonienses dedisse specimina, dudum viri docti notarunt. HENRICVS CORNELIVS AGRIPPA *de incertitud. & vanit. scientiarum Cap. LIV.* de Aristotele inquit: *dignissimus profecto hodie latinorum Gymnasiorum doctor, & quem Colonienses mei Theologi etiam diuis adnumerarent, librumque sub praelo euulgatum ederent, cui titulum facerent de salute Aristotelis: sed & alium versu & metro de vita & morte Aristotelis, quem theologica insuper glossa illustrarunt, in cuius calce concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi praecursorem in naturalibus, quemadmodum Iohannes Baptista in gratuitis.* Testis quoque superest huius rei, quae A. 1487. Coloniae Autore LAMBERTO DE

MONTE prodiit *quaestio magisterialis, ostendens per autoritates scripturae diuinae, quid iuxta saniorum doctorum sententiam probabilius dici possit de saluatione Aristotelis Stagiritae.* Vid. IO. FRANC. BVDDEI *Histor. Eccles. V. Test. Tom. II. Sect. VI. §. XIII. p. 1073.* Nec minus huc pertinet FORTVNI LICETI liber, cuius DAN. GEORG. MORHOFIVS mentionem facit in *Polyhistore Litter. Lib. I. Cap. XXIV. §. 8. p. 289.* cum titulo: *de pietate Aristotelis aduersus Deum & homines*, totus in Aristotelis laudem conscriptus, cui etiam aeternam salutem haud obscure pollicetur.

** *Vir aliquis magni nominis, quod saepe multumque audiui, in ore habuit, Aristotelem ὄργανον suum Θεωπνεύστως scripsisse*, inquit IO. HERM. AB ELSWICH *de varia Aristotelis in scholis Protestant. fortuna §. XXIX. p. 82.*

*** CAMPANELLAE & BARONII testimoniis nitimur apud ADAM. TRIBBECHOVIVM *de Doctoribus Scholast. Cap. V. §. III. p. 220.* edit. in 8. quorum ille, Carpocratianos & Theodotianos Aristotelem pro Deo adorasse perhibet; hic vero sequentia refert: *Non minus faciunt moderni, qui dicunt, Aristoteli non esse contradicendum, propter quod Melchior Canus iratus ait: habent Aristotelem pro Christo, Averroem pro Petro, Alexandrum pro Paulo.*

§. XII.

Quemadmodum vero, vt ex hactenus dictis abunde liquet, idololatria erga viros doctos varie committi solet, modo ver-

Digitized by Google

verbis, modo actionibus, modo alia ratione; ita operae praetium erit, cuncta superstitionis litterariae genera paulo curiosius scrutari, atque de iisdem singulis distincte ac copiose verba facere.

SECTIO II.

DE SVPERSTITIONE ERGA VIROS LITTERATOS SPECIATIM.

Conspectus.

Quomodo titulis & elogiis superstitiose colantur docti viri, §. I.
item anagrammatibus, §. II.
peregrinationibus, §. III.
Philothecis, §. IIII.
copia auditorum in academiis, §. V.
imitatione morum, gestuum §. VI.
ac stili, §. VII.
mutuatione nominis, §. VIII.
Epitaphiis, inscriptionibus ac carminibus, §. VIIII.
vitarum descriptionibus, §. X. XI.
imaginibus, §. XII.
cogitationum collectionibus, §. XIII.
vana praesentiae in aliquo loco iactantia. §. XIIII.
Transitus ad sequentem sectionem. §. XV.

§. I.

PRima ac praecipua erga eruditos homines superstitio titulis se prodit, quibus maiorem in modum magnificis subinde compellantur. Iam apud Iudaeos, sta-

Digitized by Google

MOLLERVM in *Homonymoſcopia, Sect. III. Cap. V. p. 878. ſeqq.* HENR. IVLIVM SCHEVRLIVM *Bibliogr. morali §. LXXVII.* DAN. GEORG. MORHOFIVM *Polyhiſtore Philoſoph. Lib. I. Cap. XIV. §. 3. p. 85.* qui inprimis de horribilibus, vt ipſemet vocat, elogiis, quae THOMAE AQVINATI impoſita fuerunt, exponit.

*** De BELLARMINO in Eccleſia Romana haec circumferuntur encomia: *Der andere Athanaſius, der andere Auguſtinus, der Kirchen GOttes ſtarcker Coloſſus oder Säule, des Heil. Geiſtes Schreiber, des Glaubens-Beſchirmer, der Ketzereyen Untertreter.* Vid. ERDM. VHSEVS, *in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi*, voce *Bellarminus, p. 46.* IO. CALVINVM *Herculem Chriſtianum; ipſa a quo potuit virtutem diſcere virtus*, praedicat IAC. VERHEIDEN in *Imagin. & Elog. praeſtant. aliquot Theolog. p. 80. & 81.* edit. Ao. 1725. NICOLAVS LEONICENVS ERASMO *vltimus Heroum & aurei ſeculi reliquiae* audit, teſte PARAVICINO *de Singularibus Erudit. Centur. II. num. XXIII. p. 49.* IO. CASPERIVS GEMARTIVS HVG. GROTIVM ita alloquitur: *Tu vera Europae noſtrae aquila es, qui adeo alte caput inter nubila condis, vt nemo ad te adſpirare audeat; in collectione Epiſtolarum Branliana p. 14.* BARTOLVS his laudibus olim oneratus verius, quam ornatus fuit: *Numen legum, ſeraphicus, omnipraeſens & omniſcius, qui vbique ſit, & nihil non dixerit.* Vid. IO. HENR. ACKERI *Obſeruat. de ridiculis elogiis Tom. II. Miſcellan. Lipſienſ. num. XLIII. p. 620. ſeqq.* Nec deſunt

venerandi cuiusdam Praeceptoris olim accepi. Accommodate ad horum temporum genium IO. BALTH. SHVPPIVS in *Dissertat. de Opinione*, quae extat in *Volumine Orationum solemnium & Panegyr. Marburgi habitarum p. 79.* inquit: *Haec mea consuetudo est. In titulis nunquam sum parcus, siue quis reuerendus appellari velit, siue formidandus, siue spectabilis. Domi mihi nascuntur verba. Non ea in nundinis Francofurtensibus emo.*

§. II.

Proxima a titulorum superstitione illa est, quae nominibus clarorum virorum cognominibusque ludit, & Anagrammatibus, vulgo dictis, exhiberi solet. Namque, vt eruditorum nomina mirum quid, inusitatum ac insolitum portendere ac praesagire quasi videantur, nimium quantum dilacerantur, misereque detorquentur, litterae multo sudore transponuntur, miscentur, eliduntur, aduocantur. Verum in quem vsum eiusmodi improbus, & nonnisi demorsos vngues prae se ferens, labor suscipitur? Vt superstitioni eruditae litemus, & vel in nominibus quaeramus, quae eruditos a reliquis hominibus distinguere, quin humana sorte penitus eximere possint. *

* Lipsiae in anagrammatibus multam olim operam posuit quidam M. FRENZELIVS, qui cum funus duceretur viri honoratioris, illud vno saltem anagrammate, si non pluribus pro-

prosequi sueuit. Sed referunt, tam difficiles ipsi partus hos extitisse, vt quoties in anagrammate inueniendo laboraret, toties humi se proiecerit toto corpore, atque ita se mirum in modum contorquens, & nunc huc, nunc illuc volutans, nunquam cessauerit, quin aliquid elicuisset, inuita licet Minerua. Debemus haec notis, quae IO. BVRCK. MENCKENII *Orat. de Charlatan. erudit. p. 149.* subnexae sunt.

§. III.

Quemadmodum vero titulorum pompa ac strepitu cuilibet, absenti pariter ac praesenti, doctos homines superstitiose colendi facultas datur: ita illi nouam superstitionis occasionem nanciscuntur, qui percepta de quodam viro erudito hominum opinione, illico euolant, visuri orbis litterati ornamentum, auditurique summum huius seculi oraculum miraculumue. Haud quidem nos latet, quantum peregrinationes litterariae ad constituendum felicius eruditionis corpus conferre soleant; verum haud omnes iusto & salubri fine itinera ad homines, qui in magna vbique sunt gloria, suscipere, experientia magistra haud raro condocemur. Plurimi quippe salutant viros, de quibus multa audiuerunt, ea saltem de causa, vt gloriari olim queant, se vidisse & inuisisse decora altius temporis & ornamenta, parum haben-

Digitized by Google

bentes, fructumne aliquem ac vſum ex eiusmodi colloquiis perceperint, nec ne.*

* In horum numero ſunt HELIVS EOBANVS HESSVS, qui Erphordia Louanum profectus eſt, ERASMVM ROTERODAMVM videndi cauſa, vt ipſe refert ERASMVS *Epiſtolarum Lib. IV. Epiſt. IV. A. 1518.* ſcripta; itemque GADITANVS quidam, qui autore PLINIO *Lib. II. Epiſt. III.* TITI LIVII nomine gloriaque commotus, ad viſendum eum ab vltimo terrarum orbe veniſſe, ſtatimque, vt viderat, abiiſſe dicitur. Feſtiuis moribus hanc peregrinantium ſtultitiam excepit, inſimulque deridendam dedit HENRICVS LORITVS GLAREANVS. Hic cum audiret, nobiles quosdam ex Italia ipſum videndi cauſa veniſſe, iuſſit, vt cras redirent. Qui cum reuerſi eſſent, GLAREANVS laurea indutus & aurea torque ornatus, concesſit in conclaue quoddam elegans & amplum, vbi ſe in hemicyclum recipiens, iuſsit eos ingredi. Nobiles ingredientes GLAREANVM ſalutabant, tum ille ſedebat immotus, perinde quaſi illos non videret, quos etiam ita abire patiebatur. Hoc cum Itali mirarentur, hancque inhumanitatem per nuncium quendam GLAREANO exprobrarent: cur illis inhumanus videar, cum ſolum ad me videndum venerint? reſpondit. Vid. VINCENT. PARAVICINVM *de Singularibus Erud. Centur. II. num. L. p. 81.*

§. IIII.

Qui iter litterarium ſuſcipiunt, ſocios ſibi

Digitized by Google

meditationibus PHILANDRI a SITTEN-WALD illustrat, qui eiusmodi idololatram eruditum ab aliis interrogatum: *Weil er zu Pariß gewesen, wie es daselbst dießmahls beschaffen? was für Doctores er gehört? wie das Collegium bestellet? Ob er den in aller Welt gelehrtesten Grotium, Rigaltium, Bertium, Salmasium, Pacium, Merillum auch angesprochen,* ita respondentem fingit: *Er habe sie alle gesehen, aber keinen gehöret. Er hätte sie auch angesprochen, und allemahl, wenn sie ihm begegnet, mit Hut-Abziehen begrüsset. Hätte es ihnen angesehen, es müsten geschickte Leute seyn, wie ihm andere gesagt. Wollte nicht ein groß Geld dafür nehmen, daß er sie nicht gesehen, und daß sie ihm nicht in das Stamm-Buch geschrieben hätten.*

§. V.

In Academiis, quæ sedes eorum sunt, qui, vt sapientes litteratosque viros adeant audiantque, peregrinantur, singulare superstitionis genus animaduertimus. Ibi non nisi doctissimos quosque, & artem, quam profitentur, optime callentes ad docendum admitti, experientia compertum habemus. Et tamen accidere sæpius solet, vt unum præ altero fauore suo ac studio prosequatur studiosa iuuentus. Quæ res licet causis suis peculiaribus haud destituatur, multum tamen & heic sibi vindicat præposterus cultus. Vbi enim doctor quidam semel apud studiosam gentem in opinione

& existimatione esse cepit, catervatim omnes ad ipsum concurrunt,* ceteros, nullo suo merito aut culpa, fastidientes despicientesque. Et quando semel superstitione duce doctorem elegerunt, sequuntur & illum in doctrina superstitiose. Quicquid docet, quicquid commentatur, illud credunt & probant, omniaque dicta eius ceu eruditissima, exquisita ac exasciata habent. ** Hinc in excipiendis eiusdem sermonibus toti indefessique sunt, non facile committentes, vt verbum aliquod calamo se subtrahat, quasi verba doctoris sint θεόπνευστα, aut ab ipsis magni montes pendeant, quod alias de sacro Codice Iudæorum est prouerbium.

* De eruditis, qui, multitudine auditorum stipati, liberaliores doctrinas tradiderunt, peculiari opera egit IO. BVRCH. MENCKENIVS in *Program. I. Oration.* eius *de Charlataneria Erudit.* annexo. Adde IO. ADAM. BERNHARDI *Kurtzgefaßte curieuse Historie der Gelehrten Lib. III. Part. VIII. Cap. 6. pag. 738. seqq.*

** Ingenue non minus ac vere MICH. LILIENTHALIVS: *porro imprudentes se gerunt iuuenes, tum vni tantum se mancipant doctori, eumque reliquis omnibus anteponunt, qui vel semetipsum obtulerit, & collaudauerit, vel qui iucunda & satyrica vtitur docendi methodo, vel cui tota fere studentium multitudo adhaeret. Quo fit, vt partim negligantur ea studia, in quibus ipse doctor satis exercitatus non est, cum in omnibus aeque doctus esse nequeat; partim,*

vt

Digitized by Google

vt praeiudicium autoritatis ſenſim introducatur; qui enim vni ſe totum dedit, nec alios audierit, is certe coeco obſequio doctoris ſui dogmata adprobabit & defendet; iudicat in *Conſultat. de Hiſtor. Litter. certae cuiusdam gentis ſcribenda Sect. IV. Cap. I. §. II. p. 205.*

§. VI.

Omnium autem vti craſſiſſima; ita ſtultiſſima litteraria ſuperſtitio in illis ſeſe prodit, qui praeceptoribus ſuis aut aliis celeberrimis viris adeo ſe mancipant, vt mores ipſorum ac geſtus, peruerſos ſatis nonnunquam atque ineptos, exprimere omni ſtudio fatagant. Illis alias, qui in dicendi artem indefeſſam conferunt operam, peculiare ac proprium hoc vitium eſſe ſolet, vt, quae in aliis, eloquentiae laude florentibus, notarunt minus vulgaria, illico arripiant, & ad ſuperſtitionem vsque imitari conentur, quanquam vt plurimum neque perſonae, quae dicit, neque loco, quo dicitur, conueniant. * Sed vlterius progrediuntur, qui etiam in vita communi, corporis habitu, externoque cultu, ad clarorum virorum, quos maxime venerantur & colunt, conſuetudinem moresque ſe componunt. **

* Illuſtrandae huic rei inſeruiunt, quae ERDM. VHSE *in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi p. 15.* De IACOBO ANDREAE, magno olim Theologo, narrat, quod ERHARDVM SCHNEPFIVM, Profeſſorem

Theologiae Tubingenſem, omni ſtudio imitandum ſibi propoſuerit. Quo factum, vt, cum praeſente Vlrico, Wurtembergiae duce, aliquando verba de rebus ſacris feciſſet, hic de eo dixerit: *Es mag dieſes Küchelgen herkommen, wo es will, ich weiß gewiß, daß es von Schnepffen iſt ausgebrütet und gebildet worden.*

** Sic Platonici gibboſum corporis habitum, quem in PLATONE viderant, imitabantur. Ariſtotelici cum praeceptore balbutire volebant. MOSES AMYRALDVS IO. CAMERONIS vocum pronunciationem capitisque inclinationem referebat. PHILIPPI MELANCHTHONIS diſcipuli ſubleſtam eius pronunciandi rationem, humerorum attractionem, manuumque inter loquendum commotionem expreſſerunt. Conf. MICH. PICCARTI *Obſeruat. Hiſtor. Dec. XIII. Cap. VII. p. 38. ſeqq.* Quo nomine notandus quoque ERASMVS SARCERIVS, princeps olim miniſtrorum verbi diuini Magdeburgi, cuius effigies ordini quintae *der Unſchuld. Nachrichten A. 1718.* praefixa eſt, additis his verſibus:

Sarcerius dem Melanchthoni auf Erden
Gleich gelebt hat mit Kleidern und Geberden,
Hat wider die Hoffart &c.

Neſcio, riſune potius, an commemoratione digna ſint, quae IO. BALTHAS. SCHVPPIVS in *Orat. de Oratore inepto p. m. 25.* prodit: *Quendam caſu vidiſſe, Eraſmum Roterodamum ſcribere calamo, cui ob breuitatem additum fuit lignum, & illico coepiſſe, pennis ſuis alligare baculum, credens, ſe imitari Eraſmum.*

§. VII.

§. VII.

Species peruersae huius ac coecae imitationis merito habetur, si quando homines offendimus, qui viri cuiusdam loquendi rationem vnice nimiumque sequuntur. In his enim nonnulli vsque eo procedunt, vt ne verbum quidem adhibere velint, quo non eorum magister est vsus. Dicendi ordinem, verborum structuram, sententiarum nexum adeo in eo obseruant, vt religioni sibi ducant, orationem componere, quae non ad leges & mensuram dicendi, ab ipso vsitatas, sit instructa. Nullus alius autor placet, imo citius omnibus aliis legendis abstinent, quam vt, eorum forte adsuescentes stilo, magistri sui perdant & inquinent dicendi formam. Inter veteres CICERO, romanae eloquentiae parens, simias eiusmodi nactus est, de quorum in imitando illo superstitione miras nugas in monumentis litterariis legimus. * E nostrae aetatis doctoribus ad eandem felicitatem, vt eius scribendi rationem superstitiosius quidam adamarent, vix quisquam adspirauit praeter IVSTVM LIPSIVM, cuius stilum feliciter exprimere, magna olim ducebatur gloria. **

* Ineptos CICERONIS imitatores, PETRVM

BEMBVM, CHRISTOPH. LONGOLIVM, MARIVM NIZOLIVM, PAVLVM MANVTIVM & BRVNELLVM exhibet DAN. FRID. IANVS in *Dissertat. de nimio Latinitatis studio* §. *XVI. p. 18. seqq.* De LAZARO BONAMICO speciatim notum est, eum tanto erga CICERONEM amore fuisse, vt dicere consueuerit: se magis velle loqui vt CICERO, quam esse Pontificem Romanum. Imo tam frequens superioribus seculis Ciceroniana idololatria fuit, vt teste WILH. SALDENO *de librorum vsu & abusu p. 759.* docti viri existimauerint: maius esse probrum Ciceronianum non esse, quam non Christianum. Incidit quoque in CICERONEM nimio, quod omnes fatentur, studio IANVS WILHELMVS, qui per breuem etiam vitam totum se dederat illi, ita, vt omnes formulas connectendi, elegantioresque loquendi rationes memoria teneret, & recitare sciret promtissime. At vix annum aetatis vigesimum septimum ingressus, tortum CICERONIS operibus spiritum efflauit. Vid. SCIPIONIS CAROLI IO. CASP. RVMPFFII Dissert. *de nimio in linguis studio §. XXV.* Scriptores alios, qui superstitiosos CICERONIS imitatores tum recensent, tum castigant, inuenies apud IO. GEORG. WALCHIVM *Historia Crit. Lat. linguae Cap. I. §. XIII. p. 103. & Cap. VIII. §. VI. p. 359.* quibus FRID. ANDR. HALLBAVERVM iungas, Ciceronianorum effigiem scite ac festiue delineantem, in Dissertatione *de Sectis imitatorum §. XXIIII. p. 20. seqq.* quam *Collectioni praestantissimorum Opusculorum de imitatione Oratoria* praemisit.

** Rem

** Rem noſtram iuuat IANVS NICIVS ERYTHRAEVS, qui in *Pinacotheca* ſua *Pinacoth. III. num. I. p. 544.* edit. Lipſ. ſcribit: *Quemadmodum Ciceronis ſtudioſi, Ciceroniani vocantur, ita etiam, qui ad Lipſii ſtilum ſe exercent, Lipſiani appellantur. Genus orationis eſt breue, conciſum, verbis inops, crebro incidens, nunquam vero circuitum & quaſi orbem verborum apta atque eleganti compoſitione conficiens. Quae ſcribendi ratio ac modus auide primum ab auditoribus eſt abreptus.* Gemina habet PETRVS BVRMANNVS in *Oratione*, quae in GRAEVII funere dicta, & huius *Epiſtolis* adiecta eſt, *p. 563. ſeq.* vbi inter alia etiam conqueritur: *Lipſianas haſce ſimias Graecuium quoque ſuum incautum in ſuas partes abſtuliſſe.* Reuera autem LIPSIVM in ſtili exemplum vnice ſibi propoſuerunt BERTILIVS CANVTVS, PVTEANVS, PETRVS GRVTERVS & COELIVS, de quorum ineptiis multa commentantur IAC. THOMASIVS *Praefatione in Epiſtolas* MANVTII: DAN. GEORG. MORHOFIVS *Polyhiſt. Litter. Lib. I. Cap. XXIV. §. 67. ſqq. p. 299. ſeq.* FRID. ANDR. HALLBAVERVS dicta *Diſſertat. §. XXIII. p. 19. ſeq.*

§. VIII.

Non procul ab expenſa hucusque, quae in vitioſa imitatione conſiſtit, ſuperſtitione abeunt, qui a doctore, quem impenſius amant, nomen ſibi ipſis imponunt, aut imponi patiuntur.* Nec tamen eſt, quod idem hoc crimen nobis, qui a LVTHERO no-

his plenius deducendis Theologi occupentur, qui dudum graues huius denominationis vindices extiterunt. *

* Vt recentiora taceamus exempla, e veteribus EVSEBIVS, Caesareae Palestinae Episcopus tam immodico PAMPHYLI, Ecclesiae Caesareensis Presbyteri, amore flagrauit, vt Pamphili nomen ex ipso ceperit, teste IO. HENR. HOTTINGERO in *Historia Eccles. Part. I. Cap.* seu *Sec. IV. Sect. I. p. 164.*

** Verba eius *Tom II. Ienens. Germ. fol. 50.* haec sunt: *Zum ersten bitte ich, man wolte meines Nahmens schweigen, und sich nicht Lutherisch, sondern Christen heißen: Was ist Luther? Ist doch die Lehre nicht mein. So bin ich auch für niemand gecreutziget. S. Paulus 1. Cor. 3. wolt nicht leiden, daß die Christen sich solten heißen Paulisch oder Peterisch, sondern Christen. Wie keme denn ich armer stinckender Madensack darzu, daß man die Kinder Christi solt mit meinen heillosen Nahmen nennen? Nicht also lieben Freunde, last uns tilgen die Partheyischen Nahmen, und Christen heißen, des Lehre wir haben. Die Papisten haben billich einen partheyischen Nahmen, dieweil sie nicht begnüget an Christus Lere und Nahmen, wollen auch Bepstisch sein, so last sie Bepstisch seyn, der ir Meister ist. Ich bin und will keines Meister sein. Ich habe mit der Gemeine die einige gemeine Lehre Christi, der allein unser Meister ist. Matt. 23.*

*** Audiamus ipsum LVTHERVM: *Es meinen etliche, damit der Gefährlichkeit zu entlauffen, wenn man sie angreift, daß sie sagen: Ich hal-*

ſplendida & magnifica monumenta *, in honorem celebrium virorum haud raro cuſa & exſtructa; nec non inſcriptiones & carmina funebria **, quibus defunctum doctiſſimum virum tot tantisque querelis lugent, ac ſi omnis cum ipſo doctrina & ſapientia exſtincta ſit, neque vllus alius futurus, qui litteras elegantiores profiteri, & ad poſteros transmittere queat. ***

* DEMETRIVM PHALEREVM Athenis CCCLX. ſtatuis aeneis honoratum eſſe, DIOG. LAERTIVS memoriae prodidit *Lib. V. de Vit. Philoſoph. Segm. 5.* GORGIAE quoque LEONTINO aurea ſtatua in Apollinis Pythii templo conſecrata fuit. Vide DIODORVM SICVLVM *Lib. XII. Cap. 53.* Pariter PROAERESII gloriae ſtatua dicata cum hac inſcriptione: *regina rerum Roma Regi eloquentiae.* Vid. EVNAPIVS in *vita* eius. In HOMERI honorem Ptolomaeus Philopater templum exſtruxit, narrante AELIANO *Var. Hiſtor. Lib. XIII. Cap. 22.* De eruditis, quorum imago numis impreſſa, & ſic conſeruata fama fuit, agit IO. ADAM. BERNHARD *in der curieuſen Hiſtorie der Gelehrten Lib.* III. *P.* IIII. *Cap. 11. p. 381. ſeqq.*

** Exempli loco ſit, quo IO. PICI MIRANDVLANI memoriam celebrauit HERCVLES STROZZA, epigramma:

Iohannes iacet hic Mirandula: Caetera norunt
Et Tagus & Ganges, forſan & Antipodes.

Item,

um chorus de tam grandi recepto laetatur alumno. Alius canebat:

Χαίρετε coelicolae decorati illo hoſpite, veſtri
Nunc orbis, noſtri gloria nuper erat.

Imo parum abfuit, quin Academia Oxonienſis inter Deos eum referret his verſibus:

Tu tamen in terris praeſens laetabere Numen,
Et tua iam poterunt templa probare Deum.

Conf. *Bücher-Saal Tom. V. Part. LI. p. 237. 239.* Addidiſſe tandem ſufficiat inſcriptionem, qua, referente IO. FRID. MAYERO in *Muſeo miniſtri Eccleſiae Tom.* II. *p. 847.* R. IOSE BEN IOESES ſepulchrum Iudaei ornarunt: *Hier ſchläft ein Mann, in dem alle Weißheit gewohnet.*

*** Conſentit nobiscum MATTH. GEORG. SCHROEDERVS in *Diſput. de Miſanthropia eruditorum §. I.* inquiens: *in morte per varia ſcripta in proſa & carminibus fata eruditorum decantantur, opera deſiderantur, diſceſſus eorum, vt nimis maturus conſideratur, vt in quibusuis fere exequiis putares, hunc ſolum fuiſſe eruditum, & eruditionem totam ſimul iam ſepulchris tradi.* Documentum vero huius rei praebent tum lamentabilis ille in obitum RENATI CHOPPINI, ICti apud Gallos, ſermo: *lugete, Pan magnus oraculorum forenſium occidit, Choppinus ille, ſcrinium legum, Canonum ſacrarium, lux Iuris Gallici, fax municipiis, Orator cauſarum pius, verus, elegans, mirabilis,* vid. *notas* ad IO. BVRCH. MENCKENII *Orat. de Charlataneria p. 253.* edit. Amſtelod. tum, quae PETRVS BVRMANNVS in *Oratione,* IO. GRAEVII memoriae conſecrata, ad calcem *Epiſtol.* GRAEVII *p.* 554.

rem ſuperſtitioni tribuendum maxime videtur, quando minima quaeque & περιστάσεις leuiſſimae de illis annotantur, publicisque diuulgantur monumentis. Quid enim magnopere intereſt, noſſe eruditos homines, qui epitaphia ſibi ipſis erexerunt; vel conciones funebres habuerunt; qui natiuitate ſpurii; ſtatura corporis parui fuerunt; qui coniugii infelicitate laborarunt; loco obſcuro nati honorum faſtigium conſcenderunt; qui Nicolai, Zebedaei, Caſparis, Melchioris nomine inclaruerunt. ** Scilicet ſuperſtitionem heic latere, vel inde apparet, quod momenta huius generis in aliis hominibus, vtut generoſis ſummumque ad humanae conditionis culmen euectis, non adeo diligenter obſeruantur, minimum peculiaribus ſcriptis non celebrantur. Quis enim integros libros de imperatoribus aut principibus coecis, ante mortem pro mortuis habitis, longæuis, ignobili loco ortis, caelibibus, annis climactericis vita defunctis &c. exaratos vidit? Clari doctrina homines ſoli ſunt, in quibus hæc curate animadverti, litterisque conſignari merentur. *** Quanquam non omnes, qui in doctorum vitis ſingularia ac leuia ſubinde momenta perſequuntur, ſuperſtitione duce & autore ſcripſiſſe exiſtimem. *

* Su-

ohngevviegt nicht haben ſchlafen vvollen. So hat auch noch keiner geſchrieben von Gelehrten, vvelche in der Jugend auf den Stecken geritten, die mit den Schiffern glücklich gevveſen, vvelche lange Zeit an A. B. C. gelernet, vvelche ſpat zu reden angefangen; und vvas dergleichen Capita mehr ſind.

* Sunt enim inter illos viri magni, omníque ſcientiarum genere probe inſtructi, qui eiusmodi argumenta eo fine tractant, vt dulce vtili miſceant, & hac quoque ratione rem litterariam illuſtrent, aliis frigide ſatis & ieiune circa Eruditorum ſingularia verſantibus, quod manifeſtum litterariae ſuperſtitionis indicium eſt. Ceterum de intentiori cura & induſtria ſingulari, in commemorandis doctorum virorum fatis & rebus geſtis adhibenda, quam laudant alii, alii culpant, vide ROL. MARESII *Epiſtolas Lib. II. Epiſt. 5.* DAN. GEORG. MORHOFII *Polyhiſt. litterar. Lib. I. Cap. XIX. §. 3. ſeq. p. 215. ſeq.* MICH. LILIENTHALII *Conſultat. de ſcribenda cuiusdam gentis hiſtoria litter. Sect. III. Cap. II. §. 12. p. 108. ſeq.* Iuſte exiſtimat BVRCARD GOTTHELF STRVVIVS in *Introd. in Notit. rei litter. Cap. VII. §. III. p. 311. Licet non negligenda ſint omnia, neque tamen nimis ſtrupuloſum eſſe decet in vita deſcribenda. Quae enim vſum non habent in re litteraria, nec fata ſunt ſingularia, illa ſunt omittenda.*

§. XI.

Alio ſuperſtitionis genere peccant, qui virorum, poſt fata etiam illuſtrium, virtu-

Digitized by Google

* RAEVS CARTESIO eiusque placitis adeo deditus fuit, vt nullum in iis errorem deprehendi posse, sancta fide & aureo pignore interposito, affirmauerit. Ex ore doctissimi cuiusdam Patroni, cui ista BVRCH. de VOLDER narrauit, haec refero.

§. XII.

Descriptioni vitae effigies clari viri plerumque praefigi solet, id quod nouam nobis superstitionem in mentem reuocat, eam scilicet, qua picturis, speciem eruditi quondam hominis sistentibus, stolidus haud raro affectus & vitiosus honor exhibetur. * Equidem haud inficias imus, imaginum aeque ac exemplorum non contemnendam, ad commouendos excitandosque ad praeclara quaeuis mortalium animos, vim esse; verum haec non eo trahenda, vt diuini quid huic rei inesse, cuidam persuadeatur. ** Illud etiam, quando nonnulli egregium effigierum vsum in eo laudant, quod affectus eruditorum latentes, ingenium, quo ad studia accesserunt, mores & alia plurima diuinare inde ac eruere queamus, tantum non est, vt superstitiosam eruditarum iconum custodiam nobis commendare possit. Praeterquam enim, quod doctissimorum hominum imagines nobis desint, partim quia temporum iniuria perierunt, partim quia effigiem sibi

accommodari, plures eruditorum non passi sunt; pleraeque ad nos transmissae celebrium virorum icones misere vitiis sunt deformatae, adeo, vt, si spiritum resumere illis liceret, vix ac ne vix quidem sui speciem sint agnituri. ***

* Non prouocamus ad CLAVDII BELVRGERII vanitatem, qui picta a celeberrimo pictore deformissimi THERSITIS imagine, qualem ipse ex HOMERO dictauerat, nihil illustrius, nihil magis diuinum visu censebat, teste VINCENT. PARAVICINO in *Singular. Erudit. Centur. III. num. XII. p. 150.* non ad peregrinantium illorum ineptias, qui picturae, quae MELANCHTHONEM refert, & in templo arci Wittebergensi contiguo asseruatur, cerussa nomina sua inscribunt, quae saepe tanto numero appicta reperiuntur, vt aboleri a ministro templi opus sit, ne pictura ex istis maculis corrumpatur, vid. IO. CHRISTOPH. COLERI *Historiam Godofredi Arnoldi Sect. I. §. IX. p. 20.* Illos superstitionis erga icones reos potissimum censemus, qui in conquirendis ex omni pene orbe litterato imaginibus eruditis toti sunt, multum temporis sumtuumque huic rei impendunt; vbi picturam quandam nacti sunt, tripudiant, incerti planè, annon nubem pro Iunone amplectantur; inter ceteras icones sollicite eam collocant; nunquam sine honoris & reuerentiae praefamine intuentur; & quae sunt huius generis alia.

** IVSTVS LIPSIVS tantam doctorum virorum imaginibus vim ac efficaciam tribuit, vt, quo

quo saepius intentiusque eas intuearis, hoc intimiorem commotionem ac propensionem sentias, obseruante IO. FRID. MAYERO in *Museo ministri Ecclesiae Tom. II. p. 1022.*

*** Vapulant hoc nomine doctioribus ab HENR. PANTALEONE, BOISSARDO, MARQVARDO FREHERO aliisque collectae icones, qua de re legas MICH. LILIENTHALIVM in *Consultat. de historia litter. certae cuiusdam gentis scribenda Sect. III. Cap. II. §. 14. p. 110. seqq.* & CHRISTOPH. AVG. HEVMANNVM in *Actis Philosoph. Part. II. Cap. V. §. 26. p. 363. seqq.* Quid praeterea circa effigies, quas personatus ADOLPHVS CLARMVNDVS *den Lebens-Beschreibungen der berühmtesten und gelehrtesten Manner* praemisit, nasutiores monuerint homines, recenti memoria tenemus. Conf. *Noua litter. Germ. A. 1704. p. 185. & 404.*

§. XIII.

Non vero inclitorum virorum imagines tantum, sed cunctae quoque, quas viui protulerunt, meditationes ab interitu & obliuione religiose vindicantur. Sunt enim, qui aut ipsi viris celeberrimis familiariter vsi, aut ab aliis edocti, omnia ipsorum dicta & sententias familiares in iustos commentarios referunt, lucique publicae tradunt. Enatum hinc est singulare librorum genus, quod in ANA * appellant, vbi vera ac falsa, pia & impia, bona & mala, docta & male sana, seria &

insimulat, in cuius *Opusculis litterariis* quaedam habeantur relationes de variis doctorum rebus & institutis secretioribus, minime propalandae. Immo plurima illis inesse mendacia, ingenue pronunciat *Cap. XV.* libri alleg. §. *56. p. 168.* idque exemplo quodam confirmat. Accedit huic, quod plura saepius in eiusmodi scriptis pro virorum sapientum dictis venditentur, quae nunquam ipsis in mentem venerunt. Ita prodierunt olim *Sancti-Euremoniana*, quorum ne verbum quidem, ceu sui ingenii foetum, Dominus de S. EVREMONT vindicare sibi voluit. Vid. *Monatlichen Auszug allerhand neu-herausgegebener Bücher A. 1701. Ian. p. 57.* Et quot non inesse possunt hisce libris aut male intellecta, aut interpolata, quae tamen, vt verae & genuinae celebrium virorum opiniones reuerenter habentur. IO. ALBERT. FABRICIVS in *Praefat. ad Colomesiana; Constat sane non esse omnia explorata, quae in Scaligerianis & similibus libellis traduntur.* Adde *auserlesene Anmerkungen Part. II. Obseru. 8.* Speciatim de Gallorum scriptis, quae in Ana terminantur, HENR. LVDOLF. BENTHEMIVS in *Praefat. des Holländischen Kirchen- und Schulen-Staats* observat, multa ibi reperiri *Arlequiniana.*

§. XIIII.

Extremum occupet locum extrema superstitio erudita, quae vane gloriatur, virum quendam, qui omnes in artibus & litteris superavit, in hac vel illa vrbe vixisse, ad minimum illam aliquando perlu-

Digitized by Google

Vide PHILIP. ALEGAMBE *Bibliothecam Ieſuit. p. 264.*

** Quin viſi iam ſunt aliis, ſuperſtitioni litterariae indulgere, nominatim IOACH. LANGIO in *Praefat. Tom. I. Antibarbari*, & IO. CONR. ZELTNERO in *Centuria correctorum in typographiis eruditorum.* Conf. IO. CHRISTOPH. COLERVM in *Hiſtoria Arnoldi Sect. I. §. IX. p. 70. ſq.* in not.

*** *Enimvero ſi inani ſuperbiremus tabulato, aut ſuper alios nos efferremus propterea, ſi quoddam infallibilitatis priuilegium eidem tribueremus, & cathedrae ipſi neſcio quam autoritatem vel ſanctimoniam vendicaremus, ſi denique plura nobis in alios, quam aliis in nos ipſos permittimus, ſumeremus, tum eſſet, cur nos eo nomine homines non minus, quam ob iactatam Petri cathedram Pontificios reprehenderent ac taxarent. Nunc vbi eandem non magis, quam ICtorum vel Medicorum ſanctam putamus, eandemque, vbi res poſtulat, cum his, tum aliis Collegiis libentes vtendam concedimus, denique illa tantum ad deſcribendam noſtram, vt veteres Marci cathedra ad ſignificandam Alexandrinam Academiam, vtimur, quae iſthaec vel malitia, vel indignitas eſt, ab ipſa lignorum ſtructura telum in nos contorquendum depromere?* Ita de frequenti cathedrae LVTHERI mentione rationem reddit IOH. GOTTLIEB WERNSDORFFIVS in *Program. de Cathedra Lutheri*, ex quo haec & alia excerpſit IO. CHRISTOPH. COLERVS in *Append. Hiſtoriae Arnoldi p. 222. ſeq.* qui & ipſe propugnationem huius rei in ſe ſucepit loco ſupra not. ** alleg.

rorum diuitiae, hi ſunt ſupellex, hi ſunt foetus, quos foecundiori ingenio praediti excludunt. Quid ergo mirum, ſi erga hos ſuperſtitioſum quorundam animum animaduertimus, dum vel omnes & ſingulos libros vehementiori affectu complectuntur; * vel ex innumero, quo orbis fere premitur, eorum numero vnum prae ceteris eligunt, legunt releguntque, atque vix è manibus deponunt, ſed tanquam familiarem ſemper ſecum eſſe volunt. ** Vbi tamen illos non culpamus, qui vni certo libro, omnium ſuffragio eleganti, luculento ac docto, à teneris adſueſcunt, ut firment memoriam, ac habeant, quo alibi lecta referant. Sed illos ſaltem cenſura dignos cenſemus, qui librum aliquem ea ſaltem de cauſa, quod ſemel ad palatum fuit, impenſe amant, diurna nocturnaque verſant manu, lima ac emendatione omni carere pronunciant, quin imo omnem vel dimidiam eruditionis partem ipſi ineſſe, affirmant. Quam erga libros inanem ſuperſtitionem illi inprimis comprobant, qui in gentilium ſcripta, ea quoque, quae bonos mores corrumpunt, prolixo affectu feruntur. ***

* Inſanum FREDERICI MORELLI in libros ſtudium erat, qui Libanii translatione occupatus, nec morbum nec mortem coniugis curabat, id quod pluribus exponit PAVLVS COLO-

LOMESIVS in *Recueil. de particularitez p. 99. seq. Opusculorum.* Legas quoque IOHANN. ADAM. BERNHARDI *kurtzgefaßte curieuse Historie der Gelehrten Lib. III. Part. VII. Cap. 11. p. 591. seqq.*

** Ita HIERON. GERARDVS BRENTII Commentarium in Iesaiam assidue lectitasse, & eundem sibi defunctum in sepulchro praesentem voluisse, dicitur. PETRVS CORNELIVS HOPFFIVS, Historicus Batauus, TACITI opera, quae in Belgicum etiam sermonem conuertit, quinquagies perlegit. De RVDOLPHO GOCLENIO refert ALSTEDIVS, quod solitus fuerit, Exercitationes SCALIGERI vocare sua Biblia. Magnus ille THOMAS AQVINAS tanti fecit CHRYSOSTOMVM super Matthaeum, ut mallet illum, quam ciuitatem Parisiensem. Conf. IOHANN. FRID. SOMMERLATTII Disput. *de Eruditis singularis cuiusdam libri amatoribus.* IOH. ADAM. BERNHARD *in der kurtzgefaßten curieusen Historie der Gelehrten Lib. III. Part. VII. Cap. 36. p. 696. seqq.*

*** Specimina huius superstitionis dederunt: IOH. PASSERATIVS qui PLAVTVM quatuor decies perlegit: ALPHARABIVS, qui ARISTOTELIS librum de auditu septuaginta vicibus euoluit, & nondum satiatus, illum ab initio repetiturus erat, vt credidisses, ipsum a superis suis huic poenae aeternae praedestinatum esse. ANDREAS DVDITHIVS qui, referente FREHERO, totum TVLLIVM ter manu sua descripsit: BELVRGERIVS, Gallus, qui tam insano in HOMERVM ferebatur amore, vt secum in templa sacrarum pre-

cum

cum loco tulerit, imo iter susceperit, ad perlustranda loca illa, quae ab HOMERO descripta & nominata legerat: Domina de DACIER, quae ARISTOPHANEM bis centies perlustrauit. Vide *Excerpta aus den Iournalen Part. XVI. p. 232.* Profusum hoc & vitiosum erga profanos libros studium haud dubie eludendum sibi sumsit Autor *der neuen Vnterredungen*, quando loco quodam fingit: *Cardenio klopfte mit seinen Compagnon an die Stuben-Thür an, in welcher der Herr Rector seine Acroamatische Lectiones zu halten pflegte. Nach langen meditiren rief er endlich herein, herein. Als sie aber hinzu traten, ihre Complimenten abzulegen, fiel er ihnen wieder in die Rede, sagende: Expectate paulisper, expectate. Ich habe hier noch einen saftigen locum aus dem Hesiodo zu lesen:* μὴ κακὰ κερδαίνειν. *Das schmeckt, fuhr er fort, habe ich die Zeit meines Lebens etwas netters exprimirt gesehen?* τὸν φιλέοντα φιλεῖν. *Deliciae, Ambrosia, Nectar. Ist wohl eine gesundere Philosophie auf der Welt?* Plura lege apud IO. GOTTOFRED. BÜCHNERVM in libro *de Vitiorum inter eruditos occurrent. scriptor. Cap. II. Sect. I. §. 10. pag. 110.* in not.

§. II.

Magis superstitiose erga libros gerere sese videntur, qui librum quendam, quem vir eruditionis laude quacunque celebris, oculis manibusque frequenter vsurpauit, vbi eius compotes fiunt, singulari affectu & vel osculo excipiunt, honorificum ipsi inter

inter monumenta ſua locum aſſignant, nunquam niſi cum religione in manus ſumunt, atque inter cetera rei ſuae librariae κειμήλια glorioſe, & non ſine honoris praefamine, aliis oſtendunt. Verum eſt, meretur iure ſuo liber, qui clari olim viri bibliothecae aſſociatus fuit, pretium aliquod, meretur veluti reverentiam, ſi quando, quod haud raro fieri ſolet, illuſtriorem illum, notas adpingendo, poſſeſſor reddidit. Sed & illud verum eſt, non omnes ab eruditis libros inſpici, ne dicam, obſeruationibus locupletari. Eiusmodi itaque monumenta litteraria eam ſolum ob cauſam, quod locum olim in libraria illuſtris viri ſupellectile occuparunt, vel adhuc nomen eius in fronte gerunt, prae ceteris ſuſpicere, multo coëmere pretio, caſte porro ac ſancte iisdem vti, illud demum eſt, quod ſtultae ſuperſtitioni merito imputandum. *

* Pertinent huc, quae DAN. MAICHELIVS in *Introd. ad Hiſtor. litter. de Bibliothecis Pariſienſ. Part. II. p. 135*, commemorat; *Memini cum Pariſiis pro auctione venderetur celeberrimi Baluzii bibliotheca, maximum tum litteratorum confluxum fuiſſe, quorum alii ſpectandi, alii emendi cupiditate acceſſerant, acciditque illo tempore, vt exiguae quandoque molis libri, in quibus olim Baluzius ſingulare aliquod pretium collocauerat, vel vbi viuus ad marginem aliquid annotauerat, pro triginta, quadraginta, & quod exce-*

excedit, libris venderetur, quaſi iam Baluzii ſpiritus in ipſos libros transmigraturus fuiſſet.

§. III.

Ille quoque librorum cultus, qui pretioſiſſimis ornamentis eos inuoluit, vitio laborat, atque ceu nimius & vanus iure merito heic notatur. * Eo fine componuntur a doctioribus ſcripta, vt euoluantur excutianturque, non vt inuiſentium oculos capiant atque delectent. Abeſſe itaque debet ornatus, ceſſare heic ſplendor, in primis, cum, qui in velandos ſplendide, auroque ac argento caelandos, libros erogantur ſumtus, maiori emolumento ad plures comparandos impendi queant. Principum eſt, quibus meliori de luto Titan marſupia finxit, exornare Bibliothecas in vſum publicum vel priuatum collectas, librosque magnificis induere veſtibus. Apud inferioris ſortis homines vbi id obſeruatur, vel ſocordiae, quae dulcem monumentis eleganter ligatis quietem indulget; vel ſuperſtitioſae vanitatis plerumque eſt indicium. **

* Aſſentiuntur nobis viri doctiſſimi prudentiſſimique GEORG. DAN. MORHOFIVS *Polyhiſt. litter. Lib. I. Cap. IV. §. 26. p. 32. 33.* THOM. BARTHOLINVS *de libris legendis Diſſert. IV. p. 99. ſeq.* edit. MEVSCHENII & GABR.

GABR. NAVDAEVS *de instruenda Bibliotheca p. 112.* cuius verba digna sunt, quae heic legantur: *Nullos videas nisi imperitiores, qui a forma externa pluris minorisue aestiment volumina; quoniam non aeque cum libris res comparata est, ac plerumque cum hominibus, vbi vestis virum facere alias creditur: adeoque praestat, multos habere libros, more ordinario bene compactos, quam vnum aliquod & augustum conclaue, comtis, inauratis ac superfluissa munditie tactum refugientibus libris, velut aulaeis & peristomatis distinctum, quodue luxu & variis oculorum illecebris non bibliothecam, sed theatrum imitatur.*

** Egregie tam inanem in tegendis voluminibus curam depingit IO. GERHARD. MEVSCHEN in *Praefat. de vana librorum pompa* THOM. BARTHOLINI libro *de libris legendis* praefixa §. 2. & 3. *Et quo magis* inquiens, *erudita supellex admiretur, operam nauant, vt pretiosissimas splendidissimasque, licet saepe vilissimas, quales sunt plurimae in vsum Delphini, editiones Auctorum habeant, vtanturque charactere chartae, vt dicitur Regiae, impressae, quo eo magis splendor Bibliothecae, ac illustris, si Dis placet, eorum nominis elucescat. Et ad hunc splendorem promouendum accedit splendida, & quidem vel Gallica, vel Italica, vel Anglica aequalis librorum ligatura, denudanturque libri priori, licet adhuc mundo, eleganti, longoque vsui inseruienti vestimento, & vel Gallico vel Anglico habitu teguntur, vt eo magis externo aspectu placeant suis possessoribus, ab interna inspectione & lectione abhorrentibus.*

§. VIII.

Digitized by Google

§. IIII.

Neque libros ſolum, quorum autores eruditi exiſtunt, ſed res etiam alias quascunque, ad laudatos, toto orbe ob praeclaram doctrinam, viros originem ſuam referentes, prolixo amore intentiorique veneratione dignas nonnulli cenſent. Haud nobis res eſt cum Romanae eccleſiae filiis, quibus dudum ſolemne fuit, virorum, qui vitae ſuae tempore ſanctimonia non minus ac eruditione excellentes fuere, veſtimenta, tibialia, baculos, pileos, & huius generis alia ſancta habere, ſtudioſe aſſeruare, & tantum non adorare. Adeo grauiter hoc ipſo peccant, vt ipſius idololatriae rei ſint pronunciandi. Saltem de ſubtili illa ſuperſtitione loquimur, qua inter eruditos cuiusuis ſectae, quae ex defunctorum celebrium virorum ſupellectile ſuperſunt, religioſe aeſtimantur & cuſtodiuntur. Quem enim latet, quod pretium ſaepius rebus viliſſimis ſtatuatur, qua cura, qua reuerentia circa illas verſentur mortales, non alia de cauſa, quam, quod illuſtris olim vir iſtas poſſedit. Inter diuitias ſuas & pretioſos theſauros talia reponunt ſtolidi mortales, ſatis felices ſe exiſtimantes, ſi rarae fortunae ventus vaſa, veſtes aut alia monumenta, doctorum virorum vſibus olim inſeruientia, ipſis attulerit. * Quin ex ipſis eruditis

inepto rerum ſuarum amore eo quidam abripi ſe patiuntur, vt ſtultiſſima ſuperſtitionis litterariae exempla aliis praeeant. **

* Magnus honor habitus fuit EPICTETI lychno fictili, quem, LVCIANO autore in *Dialogo aduerſus indoctum Tom. II. Opp. p. 386.* nonnemo ter mille drachmis emit, ſcilicet futurum ſperans, vt, ſi noctu ad illam lucernam legeret, illico EPICTETI ſapientia in ſomnis ad ſe veniret, ſimilisque admirando illi ſeni euaderet: nec non FRANCISCI PETRARCHAE tunicae craſſiori, quam, totam quippe PETRARCHAE meditationibus ſubitaneis refertam & commaculatam, ceu lipſana quaedam ſacra, aſſeruatam fuiſſe, WAGENSEILIVS teſtis eſt apud IOH. GOTTOFR. BÜCHNERVM in Tract. *de vitiorum inter eruditos occurrent. ſcriptor. Cap. II. Sect. II. §. 3. p. 152.* Quid vilius calamo, quo ad ſcribendum vir eruditus vtitur? Et tamen OVIDII NASONIS calamum, ſub quibusdam antiquis ruinis repertum, plurimi fecit Regina Pannoniae, Iſabella, & veluti rem ſacram carum habuit. Vid. IOH. ALB. FABRICII *Biblioth. Lat. Lib. I. Cap. XV. pag. 261.* IACOBI BALDI calamus magnam ac multam ſenatoribus Norimbergicis litem mouit. Vnusquisque cupiit poſſidere, qui obtinuit, argentea incluſum capſa tanquam theſaurum ſeruauit. BAILLETVS vero poſſeſſorem ſacrilegii reum agit, quod BALDVS illum Maciae conſecrauerat. EX BAILII *Dictionario*

haec

haec refert IO. HENR. ACKERVS in *Hiſtoria pennarum num. XII. p. 15.*

** IVSTVS LIPSIVS hoc nomine allegandus, qui pennam ſuam diuae Mariae dedicavit, prae vehementi in eam affectu, quae tamen ſordide & litteris lectu difficillimis ſcribebat. Verſus, quibus conſecratio illa facta, ex MIRAEI *vita Lipſii* exhibet IO. HENR. ACKERVS in *Hiſtoria alleg. num. XLVIII. pag. 35. ſeq.* Itemque LEO ALLATIVS, de quo MABILLONIVS in *Muſeo Italico* tradit, eum vnico calamo vſum fuiſſe ad Graece ſcribendum per annos quadraginta, & eo tandem amiſſo, tantum non lacrymaſſe. Conf. pluribus ACKERVM loc. cit. *num. IX. p. 13. ſeq.* Purgare tamen hunc de ſuperſtitioſa in pennam ſuam voluntate conatur ERNEST. SALOMON CYPRIANVS, vide WILHEM ERNST TENTZELS *Hiſtoriſchen Bericht vom Anfang und Fortgang der Reformation Lutheri* ab ipſo edit. p. 356.

§. V.

Eruditorum rebus vti opera manuſcripta annumerantur, ita in illa eruditam quoque ſuperſtitionem cadere, facilis eſt coniectura. Haec enim, cum exiguo numero in litteraria re publica extent; cum vtplurimum prudenti conſilio abſcondantur, nec omnium ſubiiciantur oculis; cum in veterum monumentis emendandis & recudendis inſignem praeſtent v-

Digitized by Google

ſum; non autoritatem ſolum magnam ſibi in orbe litterato conciliarunt, ſed plures etiam ad profuſam coecamque adduxerunt venerationem, quae illorum maxime, qui rebus criticis occupantur, propria ac peculiaris eſſe ſolet. Horum ſane multi coelum ſe manibus tetigiſſe, ac Diis ſimillimos eſſe putant, quando in codicem quendam manu veteri exaratum incidunt, quem, vtut exeſos tantum literarum ductus lacerasque chartas oſtendat, ſitque vel centies ab eruditis ſollicito ſtudio collatus, cum ingentibus diuitiis, & quicquid in rebus humanis eſt delitiarum, permutare nolunt. *

* Ex horum numero olim fuit FVLVIVS VRSINVS, de quo IANVS NICIVS ERYTHRAEVS in *Pinacotheca imaginum illuſtr. viror. Pinacoth. I. p. 10.* edit. Lipſ. A. 1712. *Pervetuſtis codicibus, quorum multos in ſua bibliotheca habebat, immania precia faciebat: atque illud accidit perridicule, quod cum die quodam Franciſco Cardinali Toleto Terentii comoedias oſtendiſſet, easque affirmaſſet, ante annos mille fuiſſe conſcriptas, ac reuera eſſent antiquae, ſed mire deprauatae atque corruptae, atque addidiſſet, nullam eſſe pecuniam, quae antiquiſſimi illius codicis aeſtimationi par eſſet; proh Deus, Cardinalis inquit, quid audio? equidem mallem codicem vnum, quantumuis recens impreſſum, ſed caſtigatum emendatumque, quam decem alios mendoſos & corruptos, quamuis Sibyllae manu exaratos: riſus omnium*

um, qui aderant, eſt factus, cum viderent, rerum earum precia, quae ille in coelum efferebat, Cardinalis aeſtimatione ſic concidiſſe. Quantos non triumphos agit LEONARDVS ARETINVS in vnius QVINTILIANI manuſcripto codice, quem integrum illi mittere POGGIVS promiſerat? *O lucrum ingens,* ſcribit ad POGGIVM, *inſperatum gaudium! Ego te Marce Fabi totum integrum quando aſpiciam! & quanti tu mihi tunc eris! quem ego quamuis lacerum crudeliter crudeliter ora ora manusque ambas populataque tempora raptis auribus & truncas inhoneſto vulnere nares, tamen in deliciis habebam. Oro te, Poggi, fac me quam cito huius deſiderii compotem, vt ſi quid humanitus impendeat, hunc prius viderim, quam e vita diſcedam. Quintilianus Rhetoricae pater & Oratoriae magiſter eiusmodi eſt, vt cum tu illum diuturno ac ferreo barbarorum carcere liberatum huc miſeris, omnes Hetruriae populi gratulatum concurrere debeant.* Vid. ARETINI *Epiſtolas Lib. IV. Epiſt. IV. p. 141.* edit. IO. ALB. FABRICII. Aſſociandus hiſce ANTONIVS PECCATELLVS, Italus, qui, vt ab eodem POGGIO, Florentino, libros TITI LIVII manuſcriptos emeret, praediolum ſuum vendidit, ſapientiorem ſe in eo putans POGGIO, qui, vt praediolum haud procul diſtans Florentia, ſibi compararet, TITVM LIVIVM venalem expoſuit. Vid. VINCENT. PARAVICINVM *de Singular. Erudit. Centur. I. num. X. p. 34.*

§. VI.

A manuſcriptis ad ceteras res antiquas

Digitized by Google

ſuperſtitioſus quorundam cultus progreditur. Sine antiquitatum ſtudiis hiſtoria muſaeque elegantiores parum valent. Ad illa vero tractanda & expolienda monumentis opus eſt, numis, ſtatuis, lapidibus, vrnis. Quod cum non ignorarent viri harum rerum peritiſſimi, iure priſci aeui reliquias fecerunt magni, iisque eruendis omnem operam & multum aeris impenderunt. Verum mox in vitium traducitur iſthaec aeſtimatio, vbi quidam nil niſi antiquitates crepant. Quiuis detritus lapis ex vetuſtis temporibus ſupereſſe, ipſis videtur. Quae alii gallorum gallinarumque vnguibus tribuerent, illi veterem ſcripturam, linguam ignotam ſuſpicantur & interpretantur. Tripudiare ſolent, vbi antiqua effigies, confecta temporum curſu columna, muſco obductus lapis, in manus eorum peruenit, vel cum Croeſi diuitiis eiusmodi theſauros non commutantes. Diem, quo in haec antiquitatis arcana penetrare ipſis licuit, albo notant lapillo, ſacrum atque dignum habent, cuius memoria annua feſtiuitate renouetur. Monumentum autem antiquum, quod indagarunt, ſecretiori loco reponunt, acceſſum ad illud non niſi viris illuſtribus, & multis exorati precibus, conceſſuri.*

* Par

* Par nobile fratrum, ATHANASIVS KIRCHERVS & IACOBVS GRONOVIVS, insani antiquitatis admiratores, quam turpiter se aliquando dederint, IO. BVRCARD. MENCKENIVS *Declamat. I. de Charlataneria Erudit. p. 63. seqq.* edit. cum not. var. hisce verbis exponit: *Erant Romae quidam adolescentes lasciuiusculi, qui cum alicubi in vrbe breui excitandum aedificium intellexissent, vt Kircheri ingenium tentarent, eodem in loco clam defodi curabant scabrosum lapidem, quem miris nonnullis, & ad libidinem excogitatis, figuris deformauerant. Quid fit? iaciuntur fundamenta noui operis; tollitur lapis, nouum vetustatis monumentum ipsa sui integritate admirandum; quaeritur Oedipus, itur ad Kircherum. Is vero, viso lapide, tripudiare prae gaudio, & pedibus terram pulsare, mox circulos, cruces & signa ad vnum omnia tam concinne tam apposite explicare, vt nihil supra. Quid Gronouius? Monstrauerat illi vir politissimus (quem vocat) Robertus de Neufville icunculam ligneam metallifossoris Saxonici habitu indutam, quales vulgo pueri apud nos inter puppas & crepundia seruant. Gronouius, qui nunquam homines metallobaiulos & natipellitos viderat, vetustissimi, vt ipse loquitur, monumenti spectaculo admodum laetatus, statim religiosam in eo memoriam renouari iudicabat, & cum imagunculam suam bellissime caelari curasset, interpretabatur Sacerdotem Germanum portantem nauigium Isidis.* Vix temperamus nobis, quin & illud addamus, quod de laudato KIRCHERO in eodem libro *p. 64.* perhibetur: *Obtulerat Kirchero*

amicus familiaris chartam bombycinam, quali Chinenſes vtuntur, miris characteribus inſignem. His explicandis cum multum operae & olei impendiſſet bonus Athanaſius, amicus denique impoſtor vani laboris pertaeſus, vltro papyrum ſpeculo admouit, ſtatimque Kircherus indigne ſe deceptum deprehendit; cum iſta litteris Longobardicis retrorſum pictis ſchedae inſcriptum legerat: Noli vana ſectari, & tempus perdere nugis nihil proficientibus.

§. VII.

Eadem exiſtimatione, ſtolida ac vituperanda, litteratorum gens cum rebus antiquis antiquos ſaepius libros metitur. Non ea nobis mens eſt, quam noſtra aetate IOHANNI HARDVINO fuiſſe conſtat, qui veteres autores, paucis exceptis, omnes nullo plane loco habuit, atque ceu falſos, ineptos, ſuppoſitos temerario conatu traduxit. Non poſſumus tamen illorum ſuperſtitioſas ferre ineptias, qui antiquos eruditorum foetus ſollicite vbique indagant, & vel futile quoddam poema, incomtam declamationem, aut refertam nugis quisquiliisque ſchedam, modo vetuſta tempora ſpiret, ſancte conſeruare ſtudent*; qui deperditos antiquiſſimi ſeculi libros aut librorum partes, oblata quacunque occaſione, acerbiſſime dolent, tantum non illis illacrimant, praeſtantiſſimum eorum vſum, quo concuſſis reipubli-

publicae rebus hinc inde expeditius ſubuenire potuiſſent eruditi, fuſiori ſermone lamentabilique voce praedicantes ** : qui omnia malunt ſceleratae crimina vitae admittere, quam pati, vt ſcriptor antiquus, quem idoli loco habent, erroris vel minimi reus poſtuletur, omnemque adeo lapidem mouent, vt vitia ipſius vel fuco, inuitis etiam muſis, obducant, vel pro elegantiis incognitis & inuſitatis credulo lectori obtrudant. ***

* *Vidi*, inquit, IO. LVDOV. VIVES *de cauſis corrupt. artium Lib. I. p. 32.* inter alios libros *de diſciplinis* Coloniae 1532. 8vo. coniunctim edit. *qui verſiculos hominis viuentis, quod in peruetere bibliotheca reperti eſſent pulueres obſiti, ac iam fere exeſi tineis, aperto capite veneratus ſit, tanquam Virgilianos, aut alicuius aeui illius.*

** Illudit his, qui in adorandis veteribus commentariis nimii ſunt, TRAIANVS BOCCALINI in *Relat. ex Parnaſſo Centur. II. Relat. XLV. p. 371.* quae titulum in fronte gerit: *Weil den 10. Julii etliche Bücher von Titi Livii ſeinen Schrifften verlohren worden, werden an ſelbigen Tag im Parnaſſo alle Kurtzweil und Freuden-Feſt eingeſtellet ;* & inter alia haec exponit: *Daß Raphael Vollaterranus eine Oration gehalten, und darinnen dieſen Verluſt höchlich beklagt. Es habe aber einer währender Oration erbärmlich angefangen zu heulen. Da nun Apollo demſelben nicht länger zuhören wollen, und dahero nach ihm geſehen*

ben, ſo ſahe er, daß es Cæſar Caporalis war, welcher, dieweil er niemahlen derjenigen Bücher Liuii, ſo noch vorhanden, groß geachtet hatte, beklagte izt die verlohrne ſo heftig, um welcher Affen-Poſſen willen männiglich zu einen ſolchen Gelächter verurſachet wurde, daß Vollaterranus ſeine Oration, die in der Mitte wegen großen Lamentirens interrumpirt worden, wegen großen Gelächters nicht zu Ende führen konnte.

*** Quanto feruore Galli pro HOMERO noſtro hoc tempore digladiati ſint, inter omnes conſtat, & publicâ rei litterariae monumenta loquuntur. Legenda, quae hac de re GOTTLIEB STOLLE obſeruauit *in der Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit Part. I. Cap. V. §. 25. pag. 171. ſeqq.* & in *den neuen Zuſätzen p. 23.* Et quam multum laborarunt alii, in excuſando Mantuani vatis Anachroniſmo, quando ille *Æneid. IV. v. 366.* Palinurum Velinos portus laudantem introducit, quae tamen Velia tum quidem nuſpiam terrarum extitit? Conf. IO. BVRC. MENCKENII *Declamat. II. de Charlatan. Erud. p. 105.* in notis.

§. VIII.

Peculiaris eorum eſt ſtultitia, qui in latina lingua omnem honorem, ſtudium omne, omnes cogitationes ſuas, omnem voluptatem ponunt. Hanc in deliciis habent, huius religioſi & deuotiſſima mente cultores exiſtunt. Haec omnis doctrinae fundamentum & firmum, ceterum

rum litterarum praeſidium illis audit. In hanc omne conferunt tempus, veriores artes diſciplinasque deſpicientes, quibus non eam ineſſe praeſtantiam ac nobilitatem exiſtimant, ac inſit auguſtiſſimae & excellentiſſimae latinitati. Nolunt loqui, niſi latine, nolunt verbum adhibere, niſi latinum, id eſt, patribus latini ſermonis probatum. Hinc vt genuinas latinitatis voces vel e digitis enumerare queant, in veterum monumenta ſe vnice penitusque abdunt, verba captant, ſignificationem eorum multa cura conſiderant, dictionis nexum expendunt, atque vel vnius vocis cauſa ſpiſſa volumina perluſtrant. Vbi, quae caſta latinitas ſit, nonnihil norunt, eiusque naturam ac indolem quodammodo ſunt aſſecuti, inſolentiori efferuntur voluptate, & ſeipſos ſtabilitatem veluti reipublicae admirantur. Summo deinceps ſtudio cauent, ne quosvis promiſcue libros manu voluant, corruptionem puriſſimi ſtili, imo triſtem forte iacturam inde metuentes. Tum ad ſcriptionem progrediuntur, & vt heic quoque romana ſapiant, malunt ſcribere inlumino, inluſtro, quam illumino, illuſtro; malunt diphthongos in pingendo diſiungere, quam connectere; malunt poſt puncta, quibus ſententia concluditur ac terminatur, minores ponere litteras

ras, quam maiores. Et quis omnes nugas superstitiosorum linguae latinae factorum oratione complectatur? *

* Plura qui vult, adeat IO. GEORG. WALCHII *Praefat. ad Historiam crit. lat. linguae*, qua de vitioso & cultu & contemtu latinae linguae commentatur. Cultores vero Romani sermonis superstitiosos hos damus: MELCHIOREM INCHOFERVM existimantem, coelicolas olim latine locuturos, & Christum latine interdum locutum esse: IVNIVM POMPONIVM LAETVM, Romanae puritatis adeo studiosum, vt nec Graece quidem scire voluerit, ne quid alienum sonaret, aut admisceret linguae illi; imo qui Petri nomine ideo sese abdicauit, quod non satis Romanam saperet dialectum; aedes praeterea agrosque in monte Quirino sibi coemens, vt memoriam vrbis Romae annuo celebrare posset tempore: PETRVM BEMBVM, qui tanti aestimabat latine scribendi facultatem, qua ipse pollebat, vt profiteretur, hanc ne quidem Mantuano Marchionatui permutare se velle. Quo fine epistolas Pauli omnes palam condemnauit, easque, deflexo in contumeliam vocabulo, Epistolaccias ausus est appellare, cum amico autor esset, ne illas attingeret, vel si coepisset legere, de manibus abiceret, si elegantiam scribendi & eloquentiam amaret. Conf. VINC. PARAVICINVS *de Singul. Erudit. Centur. II. n. XXVIII. & XLII. p. 52. 74.* IOACH. FORTIVM RINGELBERGIVM, cuius haec apud MORHOFIVM *Polyhist. Litter. Lib. II. Cap. VIII. §. 38. p. 415.*

Digitized by Google

415. ingenua affectus erga latinitatem confessio extat: *In libris excudendis, cum speciosum aliquem vocum contextum aut verba duo ornata inuenio, laetitia exulto maiore, quam si aureum reperissem. Tum mirus splendor pectus illustrat, hac ambrosia viuimus, hoc dulci gaudio mens tranquilla fruitur. Ea mihi sententia est, atque vti spero, ad vitae exitum manebit, vt pro singulis vocibus nitidis, significantibus, appositis, singulos recipere aureos nolim, etiamsi summa me premeret inopia. Malo dictionem esse decoram, aut voces duas commissas apte, aut splendide dictum aliquid in opusculis meis, quam aureum in manibus.* Omnibus autem religiosis latinitatis amatoribus palmam dubiam fac[it] IOSEPHVS SCALIGER, cui, referente BAELIO in *Diction. Histor. Crit.* adeo curae cordique fuit latinae linguae salus, vt, morti iam vicinus, inter vltima verba iudicium de LIPSII stilo protulerit, eumque sedulo fugiendum omnibus serio suaserit.

CAPVT II.

DE

CAVSIS ET EFFECTIBVS SVPERSTITIONIS LITTERARIAE.

Conspectus.

Tractationis ordo & ratio. §. I.
Causae superstitionis eruditae ex parte doctorum virorum: prima, varius corporis vestiumque habitus, §. II.

secun-

Digitized by Google

secunda, diuinum & praecox ingenium, §. III.
tertia, munerum amplitudo, §. IIII.
quarta, morum elegantia & grauitas, §. V.
quinta, crebra & insolens laudum & conatuum suorum mentio, §. VI.
sexta, instructissima bibliotheca, §. VII.
septima, discipulorum & sectatorum copia, §. VIII.
octaua, facundia, §. VIIII.
nona, obscurum dicendi genus, §. X.
decima, infinita librorum notitia, §. XI.
undecima, editorum operum multitudo. §. XII.
Causa superstitionis litterariae ex parte eorum, qui eruditos colunt: prima, peruersa animi propensio, §. XIII. XIIII.
secunda, beneficia a litteratis viris accepta. §. XV.
Effectus eruditae superstitionis ratione officiorum erga Deum, §. XVI.
erga proximum, §. XVII.
erga seipsum. §. XVIII.

§. I.

POstquam plura superstitionis litterariae specimina, quae quidem in mentem nobis in praesenti venerunt, exposuimus, operae pretium erit, in causas eius curate nunc inquirere, cum causarum iusta cognitio ad emendandos hominum mores efficaciſſimas opes & media subministrare alias soleat. Causarum vero nomine, quicquid superstitionem illam in hominum animis vel excitat, vel promouet & auget, vel confirmat, complectemur,

Digitized by Google

mur, discrimen illud, quod inter causas & occasiones constituunt alii, nihil curantes. His subiiciemus effectus eruditae superstitionis, vt foeditas huius vitii & noxa omnibus lucide appareat. In vtroque argumento ita versabimur, vt in superstitionem erga litteratos viros solam cogitationes nostras deinceps conuertamus, cum erudita cuiusuis generis superstitio inde originem trahat, & eo tandem redeat, vnde hoc fonte rite perspecto, cetera facile diiudicari poterunt. Ad causas igitur idololatriae literariae quod attinet, duplex illarum genus obseruamus; alterum idololatris, alterum idolis eruditis tribuendum est. Quae virorum doctorum culpa proueniunt superstitionis litterariae causae, foecundae admodum sunt & copiosae, hinc primum eis locum heic dabimus.

§. II.

Simul ac virum magni nominis & egregiae eruditionis adspicimus, adsunt, quae ad peruersam eius venerationem animum nostrum sollicitare possunt. Conspicuam vultus compositionem innuo, quae non nisi magna & seuera minari videtur, amplam & prolixam barbam, incessum grauem habitumque ad decorem compositum. Quae res quantam homi-

ni

ni reuerentiam conciliare queant, *vel* principum dominantiumque exemplo condocemur. Hi enim forma plerumque conſpicui, magnaque veſtium pompa incedentes, in ſui admirationem cultumque facile mortales rapiunt. Abit tamen heic paulum eruditorum conditio, quippe quibus non habitus ſolum ſplendidus ac magnificus, ſed miſerabilis quoque dignitatem affert. * Etenim qui veſtitum decentem cum ſqualore permutant, pallio velati ſordido, tibialibus ad crura demiſſis induti, omnes cogitationes ſuas & curas in ſtudia intendere creduntur, proinde duplici honore digni a multis aeſtimantur. Accedant ad iſtum corporis cultum mores *ſancti* & graues, eique vel veri, vel *fucati*, mox incrementa capiet docti viri autoritas. **

* Veteres ſane ſapientiarum doctores baculum peramque geſtantes, barbam alentes promiſſam ac ſylueſtrem, pallio ſaepius lacero, vultuque ſqualido & toruo vtentes, nihilominus in magna apud homines opinione & gloria fuerunt. Conf. IO. BVRC. MENCKENII Orat. *de Charlataneria Erudit. p. 81. ſeqq.* & FRID. ERNEST. SCHOLTZII Diſputat. *de Eruditis ſine moribus.*

** Nonne coeleſtes pene honores ob pietatem Socrates vſurpauit, qui tamen ſplendida potius vitia, quam veras virtutes perfecit. - IO. FRANC.

Digitized by Google

FRANC. BVDDEVS in *Dialogo de moribus Philoſoph. p. 41. Haec quoties mecum reputo, mirari prorſus deſino, quod diſcipulis ſuis Numinis inſtar habitus ſit Socrates, quodue laudibus eius vndique diſſeminatis, non Graeciam modo, ſed orbem quoque vniuerſum fama doctrinae & ſapientiae eius & compleuerit olim, & hodie compleat. Profunda enim accedebat vitiorum omnium diſſimulatio, ambitionis perpetuus comes, vt nihil praecipere aliis videretur, quod non ſuis ipſemet comprobaret moribus.* Nec defuerunt aliis temporibus, qui pietate, haud raro in ſpeciem ficta, exiſtimationem inter homines ſibi compararunt, in quam rem euolui meretur MICH. LILIENTHALIVS *de Machiauelliſmo liter. §. XXIII. p. 144. ſeqq.*

§. III.

AEtas inclitorum virorum inter alia primum in oculos noſtros incurrit. Haec ſiue ſit iuuenilis & florens, ſiue prouecta iam & ingraueſcens, ad ingerendam ſuperſtitionem plurimum facit. Vltima ſenectus & illa capitis canities omnium ſuffragio venerabilis habetur, vnde facilis ad exceſſum delapſus. Iuuenes vero homines, & in aetatis flore conſtituti, tum omnium oculos in ſe conuertunt, quando mirandos in litterarum ſtudiis progreſſus fecerunt, vt, quicquid Muſae habent, vno veluti ſpiritu hauſiſſe videantur: quando tenera adhuc aetate praeclara

ingenii monumenta in lucem emiſerunt: quando ampliſſimis admoti muneribus multorum de ſalute dudum egregie ſunt meriti. * Ad tantum ſortis humanae faſtigium illos ordinaria & trita via adſpiraſſe, per paucos aetatis annos haud credibile; hinc nihil ſupereſt, quam vt miracula heic comminiſcamur, quorum magnitudine vehementer adficimur.

* Praecocium titulo in re publica litteraria eiusmodi homines venire ſolent, de quibus verboſe commentantur DAN. GEORG. MORHOFIVS *Polyhiſt. litter. Lib. II. Cap. VIII. §. 53. ſeqq. p. 417. ſeq.* IO. WILH. TENZELIVS in *Monathlichen Unterredungen A. 1689. p. 269. 276.* GOTTOFR. BOETNERVS in Diſſert. *de eruditis ſtudiorum intemperie mortem ſibi accelerantibus;* IO. ADAM. BERNHARD *in der curieuſen Hiſtorie der Gelehrten Lib. II. Cap. II. p. 77. ſeqq.* aliique ſcriptores, enumerati iuſto ordine a BVRC. GOTTH. STRVVIO in *Introduct. in notit. rei litterar. Cap. V. §. VI. p. 208. Supplem. p. 39. ſeqq.* & IO. CHRISTOPH. COLERO in *Analectis* ad eandem *Introduct. p. 102.*

§. IIII.

Munera, quibus vir quidam celebris defungitur, omnibus quoque mox innoteſcunt. Haec vero vti alias homines eminentiori ſupra ceteros loco ponunt, ita, vbi cum inuſitatis dotibus & exquiſita meliorum litterarum doctrina con-

iun-

Digitized by Google

iuncta conſpiciuntur: non poſſunt non virum illuſtriorem longe dignioremque reddere, qui numinis inſtar habeatur. Inprimis, ſi prouinciae, docto viro iniunctae, neque viles & ſordidae, nec paucae ſint, ſed nomen ipſius, ceu vmbra corpus, magno ſtrepitu ſequantur, gregisque ad inſtar ſtipent, adeo, vt, ſi omnes honorum ediſſerere titulos velis, multo ſpiritu nec exiguo temporis momento; ſin vero litteris conſignare, ſat amplo folio tibi opus ſit. * Heic enim vel natura duce mortales ſic colligunt: qui tot tantisque dignitatibus cum laude praeeſt, illum ceteros omnes doctrina, ingenio, prudentia, virtute antecedere oportet; & in quo vno tanta ſunt, quanta in reliquis omnibus, illi quidem tanti non deferri poſſunt honores, quin maiores effuſioresque mereatur.

* Lepide IO. BALTHAS. SCHVPPIVS in *Orat. de lana caprina p. m. 119. Olim cum in Arcadia oues parentis mei paſcerem, noui medicum, cuius titulos vix memoriter recitare poteram, ſine tabella aut alio ſubſidio mnemoneutico, tot Principum Conſiliarium ſe appellabat.*

§. V.

Vbi iam propius ad viros, quorum peruulgata ſunt nomina, accedimus, in conſuetudinem cum ipſis deſcendere ſole-

Digitized by Google

mus, qua quidem in re diuersi eruditorum mores animaduertuntur. Alii aegre homines in consortium admittunt, ac vbi admittunt, seueros cum ipsis sermones miscent. Alii comitate & affabilitate omnes excipiunt, iucundissimis verbis animos eorum demulcentes. Vtriquetamen, id quod mireris, moribus suis obtinent, vt magna eorum hominibus sit reuerentia. Quod rarum, carum est. Proinde, qui in accipiendis aliorum salutationibus nonnihil difficiles se praebent, vehementius sui desiderium excitant, quod in foedam tandem superstitionem degenerat. Quo enim quis sollicitius aliorum deuitat societatem, hoc maiorem eum spirare excellentiam peregrinantes credunt; hoc etiam diligentius allaborant, vt inuisendi illum nanciscantur facultatem, iactaturi olim, se vidisse, se audiuisse illum, quem videre & audire, vix centesimo cuique datum. Praeterea id efficiunt, qui aegre aliis patent, & si patent, minimam temporis particulam confabulationi tribuunt, * vt non sine timore & tremore aliquo, peregre aduenientes ad ipsos, ceu numina quaedam terrestria, accedant. Econtra, qui faciles sunt & blandi in conferendis cum aliis sermonibus, superstitioni litterariae aeque ansam praebent. Quo blandius enim alios

ap-

appellant, quo lenius tractant, hoc magis eorum ineunt gratiam. Id quod in ſtudioſa iuuentute cumprimis patet, quae non alia re facilius feliciusque, quam affabili familiaritate ad cultum ac veneracionem inuitatur. **

* De GERHARDO IOHANNE VOSSIO conſtat, eum in ſalutandis excipiendisque peregre aduenientibus tam parcum temporis diſpenſatorem fuiſſe, vt eos nonniſi ad quadrantem horae nec vltra ad colloquium admiſerit. Quod cum CHRISTOPHORVS SCHRADERVS, VOSSIVM aliquando inuiſens, cognoſceret, elapſo quadrante, ſtatim valedicturus ſurrexit: VOSSIVS vero diſceſſum illi non permittens, vt diutius maneret, rogabat; ſed elapſo ſemihorio, clepſydram quaſſans aiebat: *Vide, quantum temporis tibi tribuerim.* Conf. VINCENT. PARAVICINI *Singularia Erudit. Centur. III. num. LVIII. p. 182. ſeqq.* Alii commercium litterarium omnibus propemodum denegare ſolent, vt maiorem eruditionis ſuae admirationem excitent. Quo nomine culpandus PETREIVS DANVS, qui a ſummis viris ad commercium litterarium incitabatur, quod coram HOEPFNERO, Tubingenſi, qui eum per tres dies Hafniae quaeſiuerat, iactauit, & cum impetu addidit: *Quid? num meo ſudore partum illis traderem, ipſi eo proficiſcantur, & videant, quid rerum agatur in orientalibus.* Vid. MATT. GEORG. SCHROEDERI Diſput. *de Miſanthropia Eruditorum §. X.*

** SOCRATES prodeat, celebris ille Philoſo-

phus, dicta noſtra moribus ſuis confirmamus. Ita vero de illo IO. FRANC. IVDDEVS: *Nec de humanitate eius quae traduntur, in dubium voco, cum notum ſatis in vulgus ſit, humanitatem, fictam ſcilicet, & ad capiendos hominum animos comparatam, ambitionis comitem eſſe perpetuum. Sic enim aucupari aliorum fauorem, ſic conciliare nobis illos oportet, qui nos fefellerunt, noſtraſque vndique diſſeminent laudes; in Dialogo de moribus Philoſoph. p. 62.*

§. VI.

Poſtquam viros ingenio excellenti doctrinaque ſingulari conuenimus, ſiue facile illud, ſiue difficulter factum ſit, & familiaria cum ipſis colloquia inſtituere cepimus; haud raro ipſi adeo nos faſcinant, vt eos deinceps quam diligentiſſime obſeruemus. Solent namque plures eruditorum non ſentire ſolum de ſe ipſis honorifice, ſed & in aliorum conſpectu loqui. * Solent multos magnificosque titulos ſibi ſumere, quo maior nobiliorque eorum euadat autoritas. ** Solent merita ſua in rem litterariam ipſimet praedicare. Solent de foetibus ſuis, breuiſſimo temporis ſpatio effuſis, multa taedioſe gloriari. *** Solent de commercio ſuo cum viris, quorum fama omnes terrae fines peragrauit, quin, ſi Diis placeret, cum ipſis ſpiritibus geniisque coeleſtibus haud pauca glorioſe mentiri. * Iubent à ſe expecta-

pectari vaſta volumina, mira ac ſtupenda prorſus opera, innumeros libros, quos componere, humanae aetatis & tempus & vires excedit; immo vel digito ceu iam confectos, typisque tradendos, monſtrant, modo adfuerit, qui ſumtibus auxiliatrices ferat manus; cum tamen ſaepius ne affecti quidem illi ſint, ſaltem paucis brevibusque delineati plagulis. ** Pollicentur ingenii monumenta tantum non omnem ſapientiam & vniuerſam eruditionem complectentia. *** Iactant recens inuenta, novas veritates. Solemnes hinc ipſis formulae: Haec primus vidi; tenebras, quae rerum ſcientiam adhuc obſcurarunt, diſpuli ego; ingenii mei vi & acumine haec erui, nemini doctorum vnquam perſpecta; meis libris nemo ſolidioris doctrinae cupidus carere poteſt; & quae huius generis ſunt alia. *

* Agmen ducat THEOPHRASTVS PARACELSVS, cuius ſatis elata vox: *Das ſolt ihr wiſſen, ihr Herren Medici, das geringſte Haar meines Kopfs weiß mehr, als ihr und alle eure Autores. Meine Schuh-Riemen ſind gelehrter, denn euer Galenus und Auicenna, und mein Bart hat mehr erfahren, als alle eure Academien. Ia ich will die Stunde noch ſelbſt erleben, daß ihr mir, und ich nicht euch, werdet folgen müſſen. Alle ihr Araber, Griechen, Lateiner, Franzoſen, Italiäner, Deutſchen und Pohlen, alle ſage ich, werdet mir nachfolgen müſſen. Ich werde ein Monarche unter*

euch ſeyn, mir wird die Allein-Herrſchaft bleiben, und ich will eure Lenden gürten. Vid. HENR. ANSH. ZIEGLERI *Schauplatz der Zeit fol. 1168. b.*

Iungamus ſocium IVSTVM LIPSIVM, qui de ſe ipſo haec verba facit: *Corpus & facies mihi non indecora, os probum, animus verecundus, ingenium docile & capax omnium, excipio muſicam: iudicatio collineans & recta; memoria non ſine praeceptorum miraculo etiam in puero: eloquentia promta, nec ſine venere in publico; priuatim reſtricta, magis & minus amoena. In cultu, geſtu, ſermone modicus: & exterorum qui Lipſium videbant, ſaepe requirebant. Scientiam & magis ſapientiam colui, lites fugi, honores fugi: domi foriſque benignus, comis, & quem vereri poſſes, non timere*, in Epiſtola ad IO. WOWERIVM *Centur. Epiſt. Miſcellan. Epiſt. LXXXVII.* Tres faciunt collegium; impudentium igitur oſtentatorum numerum perficiat TH. CR. non incelebris noſtri ſeculi ſcriptor, de quo ſequentia ferunt: *Accedentibus eum peregrinis ſolet eſſe laudibus propriis quam moleſtiſſimus, ac inuerecunde nugari: eſſe ſe vnum, qui viri docti ſummique Polyhiſtoris mereatur nomen, hinc notum ſe per omnes orbis terrarum angulos: aduolare indies ex Italis, Britannis, Gallis, Germanis, litteras eruditorum: fatigari domus ſuae fores tum curſoris publici, tum venientium maxime peregrinorum itu redituque: ſtudentes ad vnum omnes Collegium aliquod à ſe habendum auidiſſime, at fruſtra expectare; vrgere typographos, vt ex limatiſſimis ſuis manibus noua indies in lucem extrudat: adcurrere non raro exterorum principum ſtatus miniſtros, ſuum in rebus arduis conſilium expe-*

tentes: ſibi ſoli & terſae dictionis latinae & ſolidae in omni ſtudiorum genere doctrinae competere dictaturam: neminem à ſe diſcedere, qui non cognita nuditate ſua, doctior ab eo euadere enixe cupiat, neque ſe vllius votis ea in re deeſſe, qui ſe totum ſuo deuoueat ductui, huic ſe ſtudia ſua, huic ſe menſam ſuam conuictumque conferre. Conf. IO. GOTT. BÜCHNERI Schediaſma *de vitiorum inter erudit. occurrent. ſcriptor. Cap. II. Sect. I. §. 11. p. 116.* not. & IO. ADAM. BERNHARDI *kurtzgefaſte curieuſe Hiſtorie der Gelehrten Lib. III. Part. I. Cap. 15. p. 198. ſeqq.*

** Faſtum eorum, qui ipſi magnificis ſe exornant titulis, qui omnes triumphos ſuos, omnia ornamenta honorum, monumenta gloriae, laudis inſignia aliis verboſe pandunt, aut ſuis nominibus longa ſerie ſubiiciunt, acriter tangit IO. BVRC. MENCKENIVS *Orat. I. de Charlatan. Erudit. pag. 11. ſeqq.* edit. cum not. var. itemque SEB. STADELIVS in *Epiſtola ad Ianum Philomuſum de circumforanea Literatorum vanitate*, quae eidem libro eadem in editione iuncta eſt, *p. 210. & 212. ſeqq.*

*** Ex horum numero fuit FRANCISCVS AB AMAYA, qui in libro *Obſeruationum* ſuarum, vbi materiam ſingularem quandam finit, addit: *haec ſe apis inſtar intra viginti quatuor horarum ſpatium ex ſcriptoribus delibaſſe*, obſeruante BVRC. GOTTHELF. STRVVIO *Introduct. in notit. rei litter. Cap. V. §. V. p. 204.*

* Occupauit iſta inſania, execrabilis ille furor, vt commercia cum genio quodam prae ſe ferrent, praeter veteres, SOCRATEM & PLOTINVM; ſuperiori aeuo THOMAM CAM-

PANELLAM, HIERONYMVM CARDANVM, POSTELLVM, PICVM MIRANDVLANVM, HERMOLAVM BARBARVM, haud alia ſane de cauſa, quam vt in eam ſectatores ſuos inducerent opinionem, nil niſi praeclari & diuini ab eiusmodi homine proficiſci poſſe, qui diuino ſemper ſtipatus genio incederet. Conſentiunt nobiſcum doctiſſimi viri, qui perſuaſum ſibi habent, ea, quae PORPHYRIVS de genio PLOTINI, quod ipſe Deus fuerit, diuulgauit, ex cerebro PLOTINI ipſius conficta eſſe, vt ex communi hominum numero ſe eximeret, diſcipulorumque ſtuporem & venerationem in ſe, veluti Deum hominem, totam conuerteret. Conf. GEORG. CHRIST. WAGNERI Diſput. *de Eruditis ſpirituum familiar. vſu ſuſpect.* maxime *§. XXXI. p. 34. ſq.*

** Sic MARCVS MEIBOMIVS, cum Amſtelodami viueret, grandiſſima volumina monſtrabat aduentantibus, quae, ſi digno pretio redimerentur, (immenſum autem ſtatuerat) haud vltra inuiſurus eſſet eruditis. Alius, VINCENTIVS MARINERIVS publico promiſit, quae ipſe elaborauerit, volumina quinquaginta de argumentis grauiſſimis, praeter verſus, quorum octo & triginta millia effuderit. Cumque promiſſori liberaliſſimo fidem adhibere ſe poſſe negarent tantum non omnes, ipſe datis ad ſingulos litteris, perſuadere ipſis conabatur, vera eſſe, quae praedicauerat, amplos titulorum catalogos adiiciens. Confer copioſe induſtrieque de ſtolida hac eruditorum iactantia commentantes MICH. LILIENTHALIVM *de Machiauellismo*

Digitized by Google

lismo litter. §. XVI. p. 92. seqq. IO. BVRCK. MENCKENIVM *de Charlatan. Erudit. Orat. I. p. 50. sqq.* edit. Amstelod.

*** Verbi causa: *Thesauros, Lexica vniuersalia, Infundibula, Artes artium, Atlantes, Theatra historica, Claues aureas, Methodos regias, Aeraria, Promptuaria, Mellificia, Parnassos, Florilegia* & id genus alia. Commode huc pertinent librorum, quos QVIRINVS KVHLMANNVS promisit, stupendi tituli: *Ars magna sciendi: ars magna eloquentiae solutae & ligatae: ars magna scribendi; ars magna linguas discendi: ars magna commentandi; ars magna Critices: Bibliotheca Bibliothecarum,* de quibus multis verbis mentionem facit DAN. GEORG. MORHOFIVS *Polyhist. litter. Lib. II. Cap. V. §. 64. p. 361. sq.* Nec tacendus CLAVDII VERDIERII liber, *Censio autorum omnium veterum & recentiorum* inscriptus, de quo idem MORHOFIVS l. c. *Lib. I. Cap. XVI. §. 23. p. 175. sq.* iudicat: *Quis non de locuplete penu huius Pansophistae praeclara omnia, & tanti promissoris hiatu digna sibi spondeat. Sed misere ille coruos deludit hiantes. Vel ex ipsa libelli fronte non falsa metoposcopia conieceris hominis dementiam, qui triginta circiter foliis tam vastum argumentum exhaurire voluit.* Omnes autem inanes tumidosque scriptorum titulos ille superat, quem nonnemo ad IO. BVRC. MENCKENII *Charlataneriam Erudit. p. 28.* annotauit. *Orbis literarius vniuersus, exhibens materias & scriptores, in omni scientiarum & artium genere, quocunque idiomate ab initio rei litterariae usque ad praesens, expressis vtplurimum anno, loco & forma*

forma editionis librorum & in eos Commentariis, Notis &c. Opus ex mundi totius Bibliothecis praecipuis concinnatum, ordine indicis generalis materiarum alphabetici disposítum, & characteribus linguarum Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae, Graecae, Arabicae, Persicae, Armeniacae, Germanicae, Aethiopicae, Aegyptiacae, nonnunquam elaboratum, Italis, Gallis, Hispanis, Boemis, Pannoniis, Anglis, Belgis & ceteris exterarum nationum scriptoribus plerumque Latino, interdum vernaculo sermone appositis. Autore P. D. Raphaele Sauanarola, Patauino, ex Clericis Regularibus vulgo Theatinis S. Theol. Professore.

Variae enim sunt artes, varia consilia, quibus eruditorum nonnulli, quos vana ambitio vexat, opinionem de sese excitare inter homines conantur. Eaque non tantum tum adhibent, quando cum aliis congrediuntur; sed omni tempore omnes actiones suas, scripta & negotia alia eo componunt, vt super alios mortalium extollantur. Plenum hac de re commentarium scripsit MICHAEL LILIENTHALIVS, qui titulo *Machiauellismi litterarii* Regiomonti 1713. in 8vo prodiit, nobis aliquoties laudatus. Cui & isti interserendi essent, qui ex sapientibus doctisque viris Deorum filii credi olim appellarique voluerunt, vel alia commenti sunt, vt superstitiosae existimationis fabulam luderent. PYTHAGORAS hanc artem egregie calluit, de quo AELIANVS *Var. Histor. Lib. IV. Cap. 17.* haec tradit: *Pythagoras homines docuit, se praestantiorum seminum commixtione natum esse, quam quod mortalitati esset obnoxium. Nam*

Digitized by Google

eodem die, & eadem hora viſus eſt in Metapontio & Crotone, tum in Olympia alterum femur aureum oſtendit: & Milonem Crotoniatam admonuit, quod eſſet Midas filius Gordii, Phryx, & aquilam albam, quae volatu ſe ei ſubmiſerat, contrectauit. Tranſiens etiam fluuium Neſſum, appellatus eſt à fluuio dicente, Salue Pythagora. Quomodo praeterea arctius cum diuis commercium iactauerit, filium Mercurii ſe praedicauerit, in antro ſubterraneo diu ſe continuerit, vt magnam opinionem hominum ſibi conciliaret, alii veterum autores, idonei aeque & luculenti, perſpicue produnt. Quam ob rem, diu eſt, quod male audiit quibusdam doctis viris PYTHAGORAS. Conf. GOTTLIEB STOLLE *in der Hiſtorie der Heydniſchen Moral §. CXIX. p. 204. ſeqq.*

§. VII.

Qui manſuetioris & benignioris animi ſunt inter praeſtantes doctrina viros, librorum ſuorum apparatum, quem vna voce Bibliothecam nuncupant, inuiſentium conſpectui haud raro exponunt. Hic, ſi rarioribus, iisque haud paucis Manuſcriptis ſuperbit; ſi antiquitatum monumentis non vbique obuiis praeſtat; ſi omnis generis libris per vniuerſum orbem, Graeciam, Angliam, Galliam, Italiam, Germaniam ingenti ſtudio nec minori aere conquiſitis, recentiori & antiquiori aeuo euulgatis, omni idiomate, quo

ho-

homines in orbe loquuntur, compoſitis, ſingulas artes, litteras, diſciplinas tradentibus, longo ordine velut in armamentariis diſpoſitis, multo auro & purpura diſtinctis, praeſtantiſſimisque editionibus abundat: facile, qui haec ſacra luſtrant, in eam inducuntur opinionem, poſſeſſorem ſplendidiſſimae huius copioſiſſimaeque ſupellectilis omnem doctrinam, ſapientiam omnem cum illa ipſa poſſidere, dignumque adeo eſſe, qui non vulgari ratione colatur. *

* Adſcribamus feſtiuam narrationem, quam VINCENT. PARAVICINVS habet in *Singularibus Erudit. Centur. III. num. LXX. p. 190. Iohannes Harius Goricomienſis eo in litteras affectu fuit, vt per omnem aetatem, ſumma cum diligentia, nec minori impenſa, admirandam plane omne genus librorum Bibliothecam congeſſerit. Cum larem ſuum Hagam transferret, & vna tot libris inſtructam Bibliothecam; populus mirari, ſtupere, fateri denique, nunquam ſe credidiſſe, vel in toto terrarum orbe tot volumina reperiri, quare & inditum homini cognomentum* Iohannes de libris.

§. VIII.

Ea litterarum ſtudioſis mens, ille plerumque mos eſſe ſolet, vt ab ore ſummi illius eruditiſſimique viri, cui apparuerunt, pendere quoque velint. Dum itaque felicitatis huius participes fieri ſatagunt,

Digitized by Google

gunt, varia ipſis ſeſe offerunt, quibus haud difficulter ad ſuperſtitionem pertrahi poſſunt. Primum eſt audientium multitudo, quando quaſi agmine facto concurrere iuuenes vident. * Hoc enim mox illis perſuadet, in doctore, cuius inſtitutionis cupiditate flagrant, nihil mediocre & pro communi vſu, ſed ſingularis eum exempli, & inter maximos toga ſui ſeculi viros numerandum eſſe. Quapropter hunc ſolum ſibi deinceps auſcultandum ſtatuunt, hunc vnum ſumma religione & pietate venerantur.

* Equidem auditorum copiam, quam vulgo applauſum vocant, ſupra *Cap. I. Sect. II. §. 5.* inter ſuperſtitionis litterariae ſpecies retulimus; non dubitamus vero, eandem pro cauſa quoque huius mali venditare, quandoquidem vnus peruerſus doctorum virorum cultor & ſectator plures ſecum in idem ſtultitiae vitium trahere ſolet.

§. VIII.

In primis facundia doctoris, & illa ſuauitas oris ac vocis, faſcinare aliquem quam facillime poteſt. Quemadmodum enim dicendi vis ac copia alias ea virtute pollet, vt hominum animos commoueat, percutiat, & audientes oratori fauentes reddat; ita vbi cum multa rerum ſcientia ſuauiſſimum contubernium eloquentia con-

tur, ingenii monumenta, ab ipsis communi vsui exposita, euoluunt, quibus non minus ac aliis rebus ad intempestiuam eorum admirationem, & qui hanc sequi solet, nimium & profusum cultum saepius adducuntur. Obscurum dicendi genus, quo haud pauci laborant eruditorum foetus, quicquam huc facere quis putaret? Nonne & tritissimum & verissimum: si non vis intelligi, non debes legi. Nihilominus quorundam libros vehementer probari aliis animaduertimus eo, quod sensus ipsorum signis involutus non omnibus illico patet. Scilicet arbitrantur inepti mortales, res perspicuas, & quae sensum statim prae se ferunt, quotidianas esse ac peruulgatas: e contra sub obscuritatis tegumento non posse non incognita, inaudita, miranda latere, à quorum perscrutatione inconcinna verborum structura & implicatus rerum ordo plurimos auocauerit. Hinc magno loco eiusmodi libros habent, indefesse legunt, omnium scientiarum aurum ibi quaerentes, vbi ineptias citius stercusve inueneris. *

* Quam indefessum quorundam in Chemica scripta, quibus obscuritas propria ac peculiaris, est studium? Quam multorum in manibus WEIGELII, BOEHMII aliorumque Fanaticorum monumenta sunt, quae in tanto

eam ſolum ob cauſam pretio ſunt, quoniam non omnium, capere ea ac intelligere, dic perhibetur? Quot non myſticorum libris, cu pulchris virtutum incitamentis, delectant qui abſtruſis vocibus inutilia cognitu, expic tuque difficilia comprehendunt? Perpend debebant ſtulti mortales, res viliſſimas hor da & ſpinoſa oratione ab autoribus ſtud recitari, vt quae rebus deeſt praeſtantia nobilitas, vel ex verbis barbaris & inuſita iſtis accedat. Sapienter Autor *der Sammſchen Nachrichten aus der Thomaſiſchen Bibliothec Part. VI. p. 570. Viele Gelehrten ſind nicht anders, wie die Rienzenſtecher, die einen Riemen in viele Falten verſtecken können, daß keiner das Ende zu finden weiß. Gleichergeſtallt machen die Gelehrten die allerleichteſten Sachen den Leuten mit Fleiß ſchwer, damit ſie dadurch in hochachtung kommen, und die Gelehrſamkeit nicht gar zu vulgair werden möge.* Ita inique cum ſuis lectoribus ARISTOTELEM egiſſe, DAVID AMERICANIVS obſeruat in *Fure Academico p. 7. ſeq.* eumque accuſat, quod aliorum mentem perſpicue exponat, ipſe vero, quid velit, obſcurius eloquatur. Concludit denique: *Falſitas et monetae mere Ariſtoteliceae ſuperſcriptio eſt; ita nota eiusdem characteriſtica, non alia, quam obſcuritas merito perhibetur.*

§. XI.

Efficacius vero ad ſuperſtitionem eruditam quis incitatur, quando in libro, quem in vſum ſuum euoluit, innumeros fere ſcriptores ad dictorum confirmatio-

nem

nem in teſtimonium vocari videt. * Pro helluone librorum autorem eiusmodi ſcripti habet, qui tot monumenta litteraria excuſſerit, tanta volumina perlegerit, quae vix alius mente comprehendere, parumque delibare queat. Prouocet inprimis ſcriptor ad rariores & in vulgus non adeo notos, licet ſubinde confictos libros, ** ſtatim omniſcientiae laudem ipſi tribuet lector, quin ceu ſpirantem Bibliothecam, ceu obambulans quoddam eruditionis Lexicon, eum adorabit.

* IO. PINEDAM in vno opuſculo *de Monarchia Eccleſiaſtica* plures autores, quam toti terrarum orbi ex vſu ſunt, mille nimirum & quadraginta citare, THOM. BROWNE notat *in Religione Medici Part. I. Sect. XXIII. p. 151.* edit MOLTKENII.

** Eſſe inter litteratos viros, licet hodie in tanta rei litterariae peritia non ita multos, qui hac arte vtuntur, vt inauditos librorum titulos nominumque monſtra crepent, & hoc pacto docti viri laudem parare ſibi ſtudeant, non ſolum ea nobis teſtimonio ſunt, quae DAN. GEORG. MORHOFIVS hac de re diſſerit in *Polyhiſt. Litter. Lib. I. Cap. VIIII. §. 12. ſqq. p. 80. ſqq.* ſed THOMAS quoque MESSANENSIS, in quo id ſceleris PETRARCHA caſtigauit, ita ad eum ſcribens: *Animaduerti, te in ſcriptis tuis omni ſtudio vt appareas, niti. Hinc ille diſcurſus per ignota volumina, vt ex ſingulis aliquid decerpens rebus tuis interſeras. Plaudunt tibi diſcipuli, & omniſcium vocant, innumerabilium autorum nominibus attoniti.*

Conf. SEBAST. STADELII *Epist. de circumforanea litteratorum vanitate p. 220.* MENCKENII *Charletan.* annexam.

§. XII.

Plures, iique magnae subinde molis libri, ab vno claro viro non ita magno temporis interuallo in lucem emissi, & ad nos allati, gloriam ipsius magnopere amplificant, nostraeque erga ipsum venerationi mira incrementa addunt. Dum enim perspicere haud possumus, quo pacto quis litterarum studiis incumbere, plerasque scientias per multos annos imbibere, cetera, quae huius vitae necessitas imponit, negotia obire, & tamen tot ingenii foetus, quibus conscribendis vel omnis humana aetas consumenda esset, excludere queat,* mox ad miracula confugimus, diuinum quid, ad minimum ingenium supra hominum sortem euectum, ipsi attribuentes. Quo rarius enim quicquam mortalibus contingit, hoc superstitiosius, vbi id conspicitur, admirandum & collaudandum censemus.

* Qui foecundiori ingenio praediti plurimos partus eruditos edunt, polygraphi in republica litteraria appellantur. Eminent inter illos facile ALPHONSVS TOSTATVS & FELIX LOPEZ DE VEGA, de quibus affirmare: si numerus dierum, quos viuendo superarunt, cum scriptis eorundem componatur: illi quolibet die, à nativitate ad obitum ipsius, cui

tria amplius folia; huic vero quinque tribuenda esse. Vid. VINC. PARAVICINVS *de singular. Erudit. Centur. II. num. XIII. p. 43.* & notas ad IO. BVRC. MENCKENII *Charlatan. Erudit. p. 32.* Alios cognoſces ex DAN. GEORG. MORHOFII *Polyhiſt. litter. Lib. I. Cap. XXII.* quo capite argumentum de polygraphis ex inſtituto ille perſequitur. Adde IO. ADAM. BERNHARDI *kurtzgefaſte Hiſtorie der Gelehrten Lib. III. Part. VII. Cap. 40. p. 707. ſqq.*

§. XIII.

Non omnes vero ſuperſtitionis litterariae cauſae in eruditis quaerendae ſunt, habent illi ipſi, qui praeſtantiſſimos viros impenſe peruerſeque colunt, in ſe, quod ſuperſtitionem & gignit & alit. Inter has honoris cauſa primum nominandum eſt temperamentum, vel peculiaris, qua ineptus doctorum cultor gaudet, animi propenſio. Sunt enim mortalium quidam temperamenti ſanguinei, qui, vti amore complacentiae flagrant, ita omni niſu allaborare ſolent, vt in plurium hominum notitiam perueniant, eorum conſortio fruituri. Quae res, cum apud excellentes viros non aeque nullo negotio, ac apud alios procedere ſoleat, facile hinc inducuntur, vt geſtibus verecundis, obnixis genibus, capite inclinato, quin humi proſtrati ſummorum virorum gra-

Digitized by Google

tiam ambiant. Porro cum hiſce hominibus verba domi, beneuola natura, cumulatim naſcantur; cum etiam in adulationem plerumque illi ſint compoſiti, omnium mortalium aptiſſimi ad nimium & ſeruilem eruditorum cultum iure meritoque cenſentur. Ita enim fit, vt beneuolentiam illuſtrium virorum blanditiis & aſſentationibus colligant, in os ipſos laudent, cuncta, quae ſuſcipiunt, probent, quicquid dicunt, pro vero habeant, induſtriique & conſtantes laudum ipſorum buccinatores exiſtant. Accedit, quod ſanguinei, quos vocant, voluptatem maxime deſidiamque ſectantes, rudes ſunt plerumque litterarum, neque media & adminicula, quibus eruditio comparatur, explorata habent; proinde non poſſunt non ad immenſos doctrinarum theſauros, quos ingenium aliis cuſtodit, obſtupere, & pectora iis exculta, ceu ſumma oracula, venerari.

§. XIIII.

Neque tamen, cum temperamentum ſanguineum praecipue heic allegamus, ceteras animarum diſpoſitiones ad procreandam ſuperſtitionem litterariam ineptos arbitramur. Melancholici ſane, licet inhumani aliorumque calumniatores promiſcue audiant, nihilominus, ſicuti ad omnes

omnes mortales, ita etiam ad litteratos viros superstitiose honorandos, praecipue sunt idonei. Natura enim ita eos fecit, vt illos, qui saluti suae aut prodesse aut obesse multum possunt, vehementer timeant, adeoque, vt beneuolos sibi facilesque semper habeant, minus fauentes autem leniant, omni modo demissis verbis, ac seruili reuerentia istos permulcere allaborant. Vbi itaque sentiunt, commoda sua ac felicitatem à viris eruditione conspicuis valde amplificari, aut etiam labefactari posse, mox proni sunt, ad impensissime eos colendos, summisque honoribus & laudibus afficiendos. Iudicii praeterea defectus, quo eiusmodi homines laborant, efficit, vt, cum alias in superstitionem sint procliues, haud raro in venerandis eruditis viris, cum quibus rem habent, ad vltimam stultitiae lineam progrediantur.

§. XV.

Aliud vitiosae erga eruditos obseruantiae incitamentum beneficiorum cumulus, quibus à claro viro quisquam affectus est, addit. Haec enim cum reddere & compensare nulla ratione possit, coecam venerationem heic in subsidium vocat. Praemissa sanctissima stipulatione, se gratum pro beneficiis animum ad

Digitized by Google

cineres vsque, vsque ad rogum reſtaurum, laudes Mecaenatis ſui vbiuis extollit, meritaque ipſius in vtramque rempublicam, data quauis occaſione, concelebrat & decantat. Quin hoc ſibi negotium datum credit, vt omnia, quae Patronus perpetrauit, facinora purget, vitia eius pro virtutibus declaret; contumeliam, ſi qua ipſi inuritur, extinguat, minimeque permittat, vt ſapientia eius, ſanctitas, temperantia, candor vel leui de cauſa in dubium vocentur; id contra obtineat, vt patronus ſuus, tanquam ſupra humanam conditionem poſitus, ſuſpiciatur, atque ceu Deus quidam habeatur. *

* Obſeruantiſſimo hoc animo in ANTONIETTAM DE BOVRIGNON fuit PETR. POIRETVS, de quo CHRIST. PAVLLINI in libro *vom Hoch- und Wohlgelahrten deutſchen Frauenzimmer p. 25.* obſeruat: *der Antoniette de Bourignon ihr gröſter defenſor iſt Petrus Poiret, welcher aus ihr gar einen Abgott macht. Die Affection ſoll daher kommen, weil ſie ihm eine groſſe Summe Gelds vermacht.* Ita quoque LIPSIVS non ſine cauſa TACITVM plurimi fecit; id quod falſe in eo notat TRAIANVS BOCCALINI, quando in *Relationibus ex Parnaſſo Centur. I. Relat. LXXXVI. p. 213.* ſequentia fingit: *Wegen dieſes harten zuſprechens wurde Lipſius gantz beſtürtzt, iedoch faſſete er wieder ein Hertz, ſchöpfte Athem, und*

hat

hat Apollinem wegen ſeines Verbrechens aller-unterthänigſt um verzeihung, ſagte nochmahls frey heraus: Er wäre Tacito zum höchſten obligirt von wegen der groſſen Ehr; ſo ihm wegen dieſes Autoris bey den Holländern, Teutſchen, Franzoſen, Engelländern, Spaniern und Italiänern wiederfahren und angethan worden, daß, wenn er ihn gleich als einen irrdiſchen Gott von Hertzen liebte und ehrte, er dennoch ſeiner Schuldigkeit nach danckbar ſich zu erzeigen, viel zu wenig thäte. Denn ob er gleich viele Sachen publicirt und ausgehen laſſen, ſo haben ihm doch allein die lucubrationes über den Tacitum befördert, daß er in den Parnaſſum angenommen, und in der Welt bekannt worden.

§. XVI.

Num vero tanti intereſt, vt litterariam ſuperſtitionem perſtringamus, eamque e republica eruditorum proſcribendam arbitremur? Vtique, effectus enim ſatis triſtes & damna grauiſſima comitari illam ſolent. Etenim, qui in venerandis ſummi ingenii magnaeque gloriae viris nimius eſt, officia primum erga Deum, tum erga homines alios, denique erga ſe ipſum grauiter violat. Erga ſupremum numen haud leui ſe obſtringit crimine, dum gloriam honoremue, qui ipſi debebatur, ad res ab ipſo creatas transfert. Deus enim naturam fautricem eo fine quibusdam mortalium largitur, vt ceteri

videant, quae ſummi rerum moderatoris ſit bonitas, quae ſapientia, quae potentia. Verum enim vero inepti mortales maieſtatem diuini numinis, ex indole hominis praeſtantiori metiendam, adeo non agnoſcunt, ne dicam, laudibus efferunt praedicantque, vt mentes ipſorum, creaturis ſaltem infixae, his omnem gloriam deferant, Deoque proinde, quae Dei ſunt, impie ac proterue rapiant. Quae res quam prope à ſuperſtitione illa craſſiori, quae idololatria audit, abſit, nemini prudentiorum obſcurum eſſe poteſt. Quinimo facilis huc datur deſcenſus, ſi profuſiori eruditorum venerationi aliquandiu operam nauauimus. Id quod deplorando exemplo nos condocent Gentilium olim, hodie Pontificiorum ſacra. Dii, quos eximia religione illi coluerunt, ſi non omnes, ſaltem plerique ex ingenua ipſorum confeſſione * mortales fuere homines, quos, cum ob ſingularem virtutem, ob praeclara geſta, ob multarum rerum peritiam, maiorem in modum admirarentur, mox eo delapſi ſunt, vt numinis loco illos haberent, & paria diuinae potentiae ſacra ipſis facerent. Romanenſium vero cultus, quem ſanctis, vulgo dictis, exhibent, vnde? Nonne intempeſtiua illa praeconia, quibus nonnullorum ſapientiam & ſanctitatem primorum ſeculorum

lorum doctores commendarunt, & sanctior erga eos reuerentia, hodiernam superstitionem, quae precibus, sacrificiorum opulentia & pompa inani conficitur, introduxerunt? ** Sic etiam canonisatio, quam vocant, hodieque vsitata, & qua clarorum quoque virorum plures diuorum numero adscripti sunt, *** non aliunde originem ducit suam, quam ex praepostero erga illos affectu & cultu. Eandem impietatem, licet subtiliorem, & profundius subinde latentem, multorum animis superstitio erudita inspirat, vt Patroni ipsis sint idola, quae ante Deum ponunt & colunt. Quorum enim religiosior in doctos Mecaenates est pietas, illi, si qua fortuna ipsis affulget, hanc omnem patrono acceptam ferunt, huic omnia tribuunt. Is est, qui iacenti salutarem porrexit manum, qui pro ea, qua multum potest, autoritate patrocinium praestitit, qui consiliis, monitis, studiis suis pulchre & eximie de fortunis nostris meritus est. Nic Deus nihil fecit. Sin humiliore fortuna est superstitiosus cliens, omnis felicitatis suae spem à voluntate clarissimi viri, quem amat, pendere opinatur, hinc plus praesidii in eius bonitate, quam forte in summi numinis sapientia & beneuolentia ponit.

* Conf. PLINIVS *Lib. II. Hist. natur. Cap. 7.*

CICE-

CICERO *Lib. II. de Nat. Deor. Cap. 24.* DIODORVS SICVLVS *Biblioth. Hiſtor. Lib. I. Sect. I. fol. 12.* EVSEBIVS *Praeparat. Evang. Lib. I. Cap. 9. Lib. II. Cap. 1. 2.* LACTANTIVS *Inſtitut. diu. Lib. I. Cap. 15.* GERH. IOH. VOSSIVS *de idololatria Lib. I. Cap. 11. ſeqq.*

** Lege MART. CHEMNITIVM in *Exam. Concil. Trid. Part: III. Loc. IV. Cap. III. p. 877. ſqq.*

*** Extant ſingularia monumenta, quibus Iureconſultorum, Medicorum, Theologorum, inter ſanctos à Papicolis relatorum, nomina recenſentur. Quae ſi noſſe cupis, adeas 10. ADAM. BERNHARDVM *in der kurtzgefaſten curieuſen Hiſtorie der Gelehrten Lib. III. Part. IV. Cap. 12. p. 386. ſqq.*

§. XVII.

Hominum quoque ſocietati maxima incommoda ac detrimenta ſuperſtitio erudita infert. Non commemorabo, quod illa bonorum animos offendat; nec quam multis imponat, latius explicabo, cum inter omnes probe conſtet, quot falſa, ſpuria & ſuppoſititia monumenta prolixior in hunc vel illum doctrinae laude florentem virum affectus nobis pepereris, quibus detegendis diſcernendisque iam inde ab aliquot ſeculis Criticorum cohors inſudat. Illud ſaltem verboſius expendam, quod deuotiſſimus ſummorum virorum cultor eos ipſos, quos nimis veneratur, quam

quam maxime laedat. Ad peccata eos cultu ſuo ſollicitat, quo offendiculo nihil grauius excogitari poteſt. Etenim, qui magnae apud alios autoritatis, vix à faſtu & ſuperbia temperare ſibi poteſt. ** Dum alii illum ceu oraculum quoddam admirantur, ſeipſum admirari incipit. Perueſtigat hinc naturam ſuam, eruditionis ſuae opes, indagaturus diuinum illud & excellens, ob quod in tanta apud ceteros eſt gloria. Id ubi inueniſſe ſibi videtur, tumeſcit, alios contemnit, ſupercilium attollit, magnos ſibi ſpiritus ſumit, atque dum multa deuota ſibi pectora animadvertit, dictaturam in litteraria republica ſeu imperium arrogare ſibi non dubitat. Qua re nihil ſtultius eſt, nihil, quod muſarum libertati magis nocet. Longius progreditur, qui ſemel coeleſtes honores uſurpauit, & ſeruili coecoque cultorum ſuorum obſequio confiſus, magna quaeuis, ſtulta ſaepe & inſipida, quaeque ſtatum publicum turbant, aut probos mores peruertunt, audet. Quorum peſſimorum conſiliorum facinorumque participes merito habentur, qui effuſiori veneratione autorem illorum proſequuntur.

* Conf. ANDR. RIVETI Tract. *de autoritate patrum*, eius *Critico ſacro* praemiſſum, *Cap. XIII.* IO. WOWERIVS *de Polymathia Cap. XVI. num. 9. p. 165. ſq.*

* Di-

** Digna est, quae heic repetatur ingenua ANNAE SCHVRMANNIAE confessio, supra à nobis proposita.

§. XVIII.

Praesentissima vero ex litteraria superstitione damna, & vltima pernicies, penes ipsum superstitiosum cultorem manent. Hac quippe eo adducitur, vt magistrum suum oraculi instar habeat, eiusque dicta nequaquam in examen vocet, potius in singula verba, ab ipso prolata, iuret, tanquam indubitatae veritatis documenta. Ita in autoritatis praeiudicium non paulatim, sed cum impetu homo miser labitur, in Oceanum illum errorum, in voraginem istam, quae sensus, quae cerebrum, quae omnes animi dotes absorbet, quae libertatem adimit, & nil nisi deditum aliis ad superstitionem vsque pectus saluum relinquit. Tangerem vulnera, panderem miserias, in quas praecipitare mortales praeiudicium autoritatis solet, nisi ex instituto de istis alii plenis scriptis disputassent. * Ad alium potius animi morbum, quem peruersus doctorum cultor contrahit, pergendum est. Scilicet dum quidam nihil agit, quam vt circa aliorum labores conatusque mirabundus haereat, nec consilia, artes ac subsidia, quibus eruditi adiuti, tot insignia opera

praeſtant, explorat, aliter fieri nequit, quin ſibi ipſi diffidat, deſperetque, ſe ad illud eruditionis faſtigium aſpirare poſſe. Neque heic ſubſiſtit hoc malum, ſed eo illum adigit, vt omnem animum prorſus abiiciat, id ſaltem contendens, vt perfunctorie & mediocriter litterarum ſtudiis inuigilet; ceterum illos, qui in ſcientiis ſupra vulgus ſapiunt, non interrupta exiſtimatione proſequatur.

* Quos indicant IO. GOTTFR. BÜCHNERVS in libro *de vitiorum inter eruditos occurrent. ſcriptor. Cap. II. Sect. I. §. 4. p. 83. ſqq.* IO. HENR. BARTHIVS in *Diatribe de Praiudiciis §. II. p. 7.* edit. Ienenſ.

CAPVT III.

DE REMEDIIS SVPERSTITIONIS ERVDITAE.

Conſpectus.

Connexio cum antecedentibus. §. I.
Media aduerſus ſuperſtitionem litterariam generalia: §. II. III.
ſpecialia, quae cauſis ſuperſtitionis opponenda, ſcilicet ingeniis praecocibus, §. IV.
iactantiae, eloquentiae, librorum & auditorum copiae, §. V.
infinitae librorum allegationi, §. VI.

Edito-

* Ipſe ſacer Codex id nobis inculcat *Eccleſ. VI. 10. Was iſts, wenn einer gleich hochberühmt iſt, ſo weiß man doch, daß er ein Menſch iſt.* Quae verba licet ſecundum Ebraeam linguam paulo aliter inflecti poſſint, reipſa tamen idem dicunt. Conf. MART. GEIERVM ad h. l.

** Certe, ſi quidam ſapientiae doctor hominum conditionem ſupergreſſus eſt, ELIAS propheta hoc nomine laudandus, quippe qui praeter alias fortunas, quae ipſi arriſerunt, vius in beatorum ſedes translatus fuit. Aſt quid de eo diuus IACOBVS? Ηλίας, inquit *Cap. V. Epiſt. v. 17.* ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. *Elias war ein Menſch gleichvvie vvir*, interpretante LVTHERO.

*** DAN. GEORG. MORHOFIVS *Polyhiſt. litter. Lib. I. Cap. I. §. 12. p. 4. Intelligentia peragrare omnes diſciplinas ingenioſi homines poſſunt; ſed operari aequa ratione in omnibus mentis humanae anguſtia non permittit: cum vel excellentiſſima ingenia nunquam ita plures complexae ſint ſcientias, vt non in aliquibus defecerint; quod M. Varronis, I. Caeſaris, Plinii, Origenis, Clementis Alexandrini, Hieronymi, Auguſtini, Pici Mirandulae, Matthaei Aquauiuii, Scaligeri, Fracaſtorii, I. Baptiſtae Mantuani exemplis in doctiſſima de Encyclopaedia Oratione Tarquinius Gallucius probauit.*

* Hoſpitem ex Hiſtoria litteraria animum retulerit, neceſſe eſt, qui, quoties clari viri in re litteraria hallucinati ſint, ignorat, & qui ignorat, legat IO. GOTT. BÜCHNERI *Sched. de vitiorum inter Erudit. occurrent. ſcriptoribus Cap. II. Sect. I. §. 2. p. 74. ſeqq.* & *Supplem. p. 24. in notis.*

** Superſedemus pertexendo eorundem cata-

logo, cum IO. BVRCHARD. MENCKENIVS in duabus de *Charlataneria Eruditorum declamationibus* plures eorum, qui fucum in orbe erudito fecerunt, feliciter in apricum protraxerit, cum quo coniungi potest, quae iam *Declamationibus* istis in editione cum notis variorum iuncta est, SEB. STADELII *Epistola ad Io. Philomusum, de circumforanea literatorum vanitate.*

*** Grata heic nobis otia fecit BVRC. GOTTH. STRVVIVS, cuius plena *de doctis Impostoribus Dissertatio* ad calcem *Introduct. in notitiam rei litter.* extat.

§. III.

Et cum omnis praeposterus erga inclitos & eruditione praestantes viros profusae innitatur admirationi; admiratio vero inde originem trahat, quod effectus & opera videmus, causis ipsorum nos fugientibus, allabores, vt ad intimiorem Eruditorum notitiam pervenias, eoque condiscas, qua ratione, quibusue mediis tam immensa, totoque orbe dilaudata, scientia pectus excoluerint. Qui vero facultate in doctorum virorum arcana penetrandi destitueris, haec tecum saepius ponderes: Plures eorum, qui magnum inter Eruditos nomen sunt consecuti, ingentibus animi donis excelluerunt, cumprimis memoria, quae vastam rerum notitiam complectitur. * Plures summorum virorum, praefixo rite studiorum fine, statim à teneris annis recta via ad Parnassum iter institu-

ſtituerunt, qui adeo, dum alii per deui-
errarunt, longius gradum promouere poa
tuerunt. Plures eruditorum in emetien-
do ſtudiorum ſtadio arcana methodo, &
non trita alias via, vſi ſunt. ** Nonnulli
mediis illegitimis, ſpeciatim artis magi-
cae ope adhibita, ſtupendam eruditionem
ſibi compararunt. *** Haud pauci ex
doctis viris gaudent arcanis, habent mo-
numenta litteraria, quibus fere quotidie
vtuntur, & unde omnis eorum ſapientia
promanat, quae tamen ſummo ſtudio ce-
lant. * Qui eximia litterarum ſcientia e-
gregiisque operibus inclaruerunt, plerum-
que optimis & exquiſitis ſubſidiis, copi-
oſiſſimoque librorum theſauro ſunt in-
ſtructi. ** Solent Eruditi in excogitan-
dis veritatibus, in excutiendis libris, in
componendis ingenii foetibus aut re, aut
conſilio, ſeſe invicem adiuvare, *** un-
de non eſt, quod mireris, clariſſimum
quendam virum egregium quid inter-
dum praeſtare.

* *Multum imprimis ad faſcinandos Auditores memoria valet, promta ac praeſens, ſiue eam naturae beneficio acceperis, ſiue arte aliqua, quam multi iactant, comparaueris*, adſtipulante veritate quidam ſcribit *in notis ad* I. B. MENCKENII *Charlatancriam Erudit. p. 23.* Ita plurimi docti viri, quos ceu eruditionis oracula orbis litterarius ſuſpexit, memoria valuerunt: IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, HVGO

GROTIVS, GERARDVS IO. VOSSIVS, CLAVDIVS SALMASIVS, IO. PICVS MIRANDVLANVS, PASCHALIVS &c. Vid. VINC. PARAVICINI *Singularia Erudit. Centur. II. num. 99. p. 138. Centur. III. num. 22. p. 160. & num. 86. 87. ſeqq. p. 204. ſeqq.* & IO. ADAM BERNHARDI *curieuſe Hiſtorie der Gelehrten Lib. II. Cap. IV. p. 82. ſeqq.*

** Huc pertinet illud memoriae artificium, quo infinitas res nonnulli retinere, & illico bona fide ad miraculum & ſtuporem depromere ſciunt. Conf. DAN. GEORG. MORHOFIVM *Polyhiſt. Litter. Lib. II. Cap. VI.*

*** Confer huc GOTTF. HECKINGII *Diſput. de mediis illegitimis eruditionem comparandi*, qui §. *VII. p. 10.* ex MARTINI DEL-RIO *Diſquiſit. Magicis* obſeruat: Idiotam quendam ſubito per artes magicas factum fuiſſe Theologum. Edidit quoque GEORG. CHRIST. WAGNERVS peculiarem *Diſſert. Lipſiae 1715. de Eruditis Spirituum familiarium vſu ſuſpectis*, vbi inter alios §. *XXXV.* I. C. SCALIGERVM affert, qui ipſe de Spiritu ſuo familiari ita loquitur: *nunquam ad ſcriptionem ſeu commentationem accingor, niſi ab ipſo genio meo inuitatus fuero, qui nobiſcum intus loquitur, neque auditur, oſtendens diuinitatis late patentes campos in animis noſtris.* Addit memoratus WAGNERVS §. *XLII. p. 46. Vnicum forte eumque magnum ſeculo ſuperiori Theologum adducere potuiſſemus, cuius in Academia olim contubernalis retulit, habuiſſe eum ſpiritum familiarem, capſula incluſum & holoſerio caerulei coloris obuolutum, qui ipſi in ſtudio Theologico inſignes poſtmodum progreſſus faciens ductor monitorque extiterit.* Caue tamen, o-

Digitized by Google

mni ſupra captum tuum docto viro idem cum ſpiritu familiari aut malo genio commercium ſtatim exprobres. Caute in hac imputatione procedendum, vti laudabile exemplum praeiuit laudatus WAGNERVS, qui inter triginta octo Eruditos, hoc nomine ſuſpectos, plerosque excuſat. Id quod GABRIEL quoque NAVDAEVS fecit in *Apologie pour les grands hommes ſoupçonnés de magie.*

* Diſertum monitum eſt DAN. GEORG. MORHOPII in *Polyhiſt. litter. Lib. I. Cap. XV. §. 29. p. 160. Arcana ſtudiorum tuorum tibi ſerua*, quod mox ita illuſtrat: *Maiori admirationi ſunt, quorum modi & cauſae ignorantur. In omnibus negotiis, commerciis, artibus, aliqua arcana ſunt & recondita, quae ſibi ſeruant, qui iſta tractant: propalatis enim iſtis euileſcit illorum pretium, & ſimul vel lucrum, vel honor, vel quodcunque commodum illis decedit. Quare ſi tibi ſingulares in aliqua ſcientia profectus ſint, & occulta quadam arte parati, quam alii ignorent, eueniet, vt ea manifeſtata leuem rem aeſtiment, qui antea mirati ſunt, cum ſe eadem id efficere ratione poſſe credant.*

** *Non ſane Athenaeus eruditiſſimos ſuos* Δειπνοσοφιστὰς *libros nobis reliquiſſet, niſi Laurentii ſui magna Bibliotheca fuiſſet vſus: Non Plinius exaraſſet vaſtam ſuam Hiſtoriam naturalem, Bibliotheca Romana deſtitutus: Non A. Kircherus, Caeſar Baronius tot procudiſſent ingentia volumina abſque auxilio Bibliothecae Vaticanae: Nec Baronio oppoſuiſſet eruditiſſimas ſuas Exercitationes Illuſtris Caſaubonus, ſi non antea habitaſſet in Bibliotheca Regia Pariſina. Taceo Franciſcum Sylburgium, Salmaſium ac Gruterum, qui erudita ſua opera maximam partem debent Bibliothecae Heidel-*

Digitized by Google

eam conceſſit, penes diuinum numen exiſtit. Praecocibus felix plerumque educatio obtingit; adſunt ipſis vel verſati probe in omni litterarum genere parentes, vel prudentes ſtudiorum morumque rectores, qui, ſuppeditatis omnibus adminiculis, per compendia ipſis ad muſarum ſacra viam pandunt. Quicquid ſit de ipſorum foetibus, plerumque minus elaborati, imperfecti, manci, & ita comparati ſunt, vt, vbi ad maturiorem aetatem editores peruenerunt, ipſi eos improbent & reiiciant. * Neque ſemper, quae ſub illorum nomine lucem vident, ipſis ſolis tribuenda. Sunt enim, qui vel omnia ipſis ſubſtituunt, vel auxiliis ſaltem enixe eos iuuant. **

* Eadem haec, vt & alia circa conatus excitatorum mature ingeniorum MICH. LILIENTHALIVS monet in *Tract. de Machiauelliſmo litter. §. XXII. p. 136. ſeqq.* quem huc conferre iuuabit.

** E. g. HVGO GROTIVS anno decimo quinto aetatis nondum impleto, notas eruditas in *Martianum Capellam* edidit, iisque iam tum nominis celebritatem comparare ſibi coepit; ſed ſunt, qui illas à IOSEPHO SCALIGERO, GROTIO ſuppeditatas fuiſſe tradunt, vt BVRC. GOTTH. STRVVIVS habet in *Diſſert. de doctis Impoſtoribus Introd. in notit. rei litter.* ſubnexa §. *XXXIX. p. 59.*

§. V.

Arrogantiae vero, qua multi laude & fama inſignes viri ipſi ſe & res ſuas im-

delirantis huiuscemodi hominis meminit, qui in publica quadam Auctione omnes fere libros orientales, praecipue Arabicos, ſolus mercabatur, vt circumſtantes doctos emptores in ſui tanquam excellentis Arabis, pro quo ſe venditabat, admirationem raperet, ſed interrogatus praeter opinionem à quodam adſtante, de empti cuiusdam libri Arabici titulo ac contentis, obmuteſcebat, ac ſuffuſo in facie rubore prodebat maximam ſuam ignorantiam, ſeque omnium riſui ac ludibrio exponebat.

*** Spurias easque parum honeſtas, qua magnum auditorum numerum aduocant, cauſas diligenter euoluit CHRIST. WILH. LOEBERVS *in dem verniünfftigen Studenten, Part. I. Cap. XI. §. 5. p. 106. ſeqq.* Vin vero exemplum & ſimul documentum, quod decipientes alios haud raro multa iuuenum concio conueniat, lege PAVLI COLOMESII *Opuſcula κειμηλ. Litt. C. XXXI. p. 66.*

§. VI.

Si forte ad exiſtimationem docti cuiusdam viri praepoſteram inclinare videris, eo, quod monumenta eiusdem infinitam librorum cognitionem ſpirant, ad animum reuoces ſequentia. Viri, qui ſcribendo famam ſibi comparant, non omnia, quae allegant, ſcripta viderunt, ne dicam, euoluerunt. Praeterquam enim, quod alibi iam conſignata librorum autorumque nomina denuo afferunt; quae leuis opera, & dudum ſapientioribus bilem mouit; * ab amicis non pauca ſubinde loca, quae ipſi deinceps in ſua ſcripta transferunt, ſuppeditari ſolent. **

Non

SALMASIVS aliique praeſtantiſſimi viri fecerint, *Polyhiſt. Litter. Lib. I. Cap. XXI. p. m. 241.* Adde *Lib. II. Cap. VIII. p. 404.* Exempla doctorum virorum, qui hac ratione doctrinae ſuae opes amplificarunt, recenſet PAVLVS COLOMESIVS in *Recueil de Particularitez*, quae in *Opuſculis* eius deprehenduntur, *pag. 125. M. Iunius*, inquiens, *m' a aſſuré, que Selden (qu'il connoiſſoit particulierement) faiſoit lire pluſieurs perſonnes pour luy, comme on l' a dit autrefois du Cardinal du Perron, de l' Avocat General Servin, & de M. du Pleſſis.*

* Perhibetur id de GISB. VOETIO, quod autores, quos in ſuffragium vocare ſolitus fuit, ab initio ad finem haud perlegerit, ſed duntaxat quaſi per indicem. Vid. TH. CRENIVM *loco allegato p. 43.*

** Non idem omnibus cordatum pectus, vt cum BACONE VERVLAMIO ſtudioſam gentem moneant: *Sunt libri, quos leuiter tantum deguſtare conuenit, ſunt quos deglutire curſimque legere oportet; ſunt denique, ſed pauci admodum, quos ruminare & digerere par eſt; hoc eſt libri quidam per partes tantum inſpiciendi; alii perlegendi quidem, ſed non multum temporis in iisdem euoluendis inſumendum; alii autem pauci diligenter euoluendi, & adhibita attentione ſingulari. Inuenies etiam libros haud paucos, quos per alios & vicaria opera legere ſufficiat, eorumque compendia tantum deſumere*, apud MORHOFIVM *loc. cit. Lib. II. Cap. VIII. §. 20. p. m. 409.* Pari candore hoc de argumento diſſerit TH. BARTHOLINVS *Diſſert. VI. de legendis libris p. 144. ſeq.* rec. edit.

§. VII.

De illis vero, qui multis ingenii monumentis, quo-

*** Apprime huc quadrant, quae TH. BARTHOLINVS obſeruat: *notandum tamen in hac librorum fertilitate ex vno plerumque alteroue labore palmam meritam Auctori effloreſcere, ex reliquis diligentiae laudem. Sic inter innumera B. Auguſtini opera Libri de Ciuitate Dei eminent. Ioſephi Scaligeri de emendatione temporum, Petauii Rationarium temporum, Salmaſii in Solinum exercitationes Plinianas, Caſauboni in Baronium exercitationes &c. efferimus, quibus magna iſta ſeculi lumina inclarueruntſi nihil aliud poſteritati ſuae reliquiſſent, Diſſert. III. de libris legendis p. 65. 66.*

* Huc ſpectant quoque libri editi, manu illuſtrium virorum perpoliti & adaucti. Diligenter hos conquirere iubet harum rerum peritiſſimus MORHOFIVS *Polyhiſt. Litter. Lib. I. Cap. VII. §. 35. p. 59.* additque: *Ac fuere in Belgio hoc conſilio vſi, vt ſibi compararent autores, manu Scaligeri notatos, e quibus adeo profecere, vt magnam ſibi è ſcriptis Criticis famam, alieno tamen ingenio fulti, acquiſiuerint: quorum ego nomina intacta relinquo.*

§. VIII.

At Heroes iſti litterarum, illa reipublicae eruditae monſtra & oracula mentem tuam adhuc percellunt. * Quicquid ipſis ex momentis adhuc commemoratis applicaueris, ſemper tamen, quae tuum ſuperant captum, ſuperſunt. Hinc itaque vt te expedias, non potes non diuinum quid heic ſuſpicari, & eapropter effuſiſſimos honores deuotamque obſeruantiam ſummis illis viris decernere. Enimvero huc nondum delabendum eſt. Neque enim conſummata rerum notitia ipſis tribuenda, ** neque ſupremum Numen, quod inuſitatas ingentesque in Heroes illos